


2
6
443







# ELIÆ EHINGERI AUGUSTANI

PHILOLOGI AC POLYHISTORIS EXIMII, ANTIQUITATIS CANÆ ET SANAE Amatoris & defensoris strenui,

*THESAURUS ANTIQUITATUM Eruditione Ecclesiasticâ refertissimus,*

h. e.

# OPUS HISTORICUM

OMNIBUS OMNINO, CUJUSCUNQUE sint Religionis, utilissimum, Iis præsertim, quorum manibus *Controversiæ* tractantur, nec minus, qui Iisdem destituuntur, maximè necessarium: per omnes *Fidei Articulos* accuratâ & facili Methodô sanam Antiquitatem demonstrans, eâmque à ferme toto Adversariorum impuritate vindicans, ex rationibus MSC. & Autoritatibus [illegible] locupletissimè, [illegible]

AB

*A PURIORIS SOLIDIORISQUE ANTIQUITATIS Amantibus diu multumque desideratum.*

FRANCOFURTI,
Sumpt. Thomæ Matthiæ Götzii Bibliop.

ANNO MDCLXII.

# SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
# DN. AUGUSTO,
## Duci Brunſvicenſium ac Lunæburgenſium,
*PRINCIPI ET DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO.*

QUàm petulanter & quàm maledicè gens Pontificia purioribus noſtris Eccleſiis moleſta ſit, notius eſt, quàm ut prolixo ſermone nunc explicari debeat. Traducunt nos ut bonorum operum hoſtes acerrimos, qui latam feneſtram ad omnis generis nequitiam exercendam adaperiant, & hoc in optatis unicè habeant, ut quàm pauciſſimi ſibi bonorum operum ſint conſcii. Gravis omninò hæc eſt calumnia (à noſtratis verò Eccleſiæ Doctoribus millies confutata) & digna ſatis, in qua ſe exerceant iſti mendaciorum Profeſſores: Sexcenta alia producere liceret, quibus abſque fronte & abſque omni conſcientia noſtras Eccleſias onerant; niſi jamdudum

ſuam mentiendi & calumniandi libidinem toti orbi expoſuiſſent. Quid verò Antiquitatem commemoremus? Eam nos execrari, nullo revereri modo, affirmare nulli verentur. Utinam verò ipſi Antiquitatem (canam & ſanam illam innuimus) ſequerentur! *Ab his nullatenus ſenſibus recedamus, quos ſanctos majores ac patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt*, ait Vincentius Lerinenſis cap. 3. commonitorii ſui. Quàm verò diverſum ab his doceant Pontificii, id ſi quiſpiam alius, certè ſtudioſiſſimè (abſit Invidia verbò!) Parens noſter quondam chariſſimus, nunc deſideratiſſimus, Antiquitatis canæ & ſanæ Amator & Defenſor ſtrenuus,

(*Ipſum quô dudum mactavit nomine Fama.*)

publicè editis ſcriptis abundè eſt teſtatus. Creditum enim ſibi optimus Vir putabat, ut pro eo, quo in Patrum lectionem ferebatur amore & ſtudio, quos ſibi jugi revolutione per illud, quod divina ſuppeditabat Benignitas, longioris vitæ ſpatium familiariſſimos & notiſſimos reddiderat, conſenſum veræ doctrinæ in antiquiori Eccleſia obſervatum, & ab Apoſtolorum temporibus in illa ipſa tempora derivatum, legitimo modo omnium oculis exponeret. Quod quàm non infeliciter præſtiterit varia in lucem ſe vivo edita comprobant opuſcula, quibus ipſis, (quod non ſine ſingulari animi læ-

titia

titia efferimus) contra hostes Veritatis hactenus pugnavit felicissimè. Quum verò Viri boni & Antiquitatis sinceræ amantissimi perspectum haberent, plura ejusmodi apud Nos, quibus orthodoxia stabiliretur, heterodoxia verò confutaretur, delitescere ex Antiquitate deprompta opuscula, Autores nobis fuere, ut cum literario orbe ea ipsa protenùs communicaremus. Paruimus consilio, & hoc quidquid est operis concinnari fecimus, quod bonis & cordatis omnibus proficuum futurum certò confidimus. Crepant subindè consensum Antiquitatis Pontificii: sed quam inaniter, quàm putide, hic ipsus etiam docebit labor. Hunc verò B. Parentis nostri laborem posthumum *Sereniss.* Vestræ Celsitudini, Princeps Serenissime, offerimus, ut ab illustris splendore nominis Tui aliquam lucis stricturam iremus mutuatum. *Provocati* itaque spe indubiâ Patrocinii contra maledicentissimorum hominum, veritatis ictum ægrè ferentium, (quorum hoc seculum proh dolor! est feracissimum) rabiem, huncce suo *Parente* destitutum fœtum quam humilimè Vestræ Sereniss. Celsitudini offerimus, humilimo mentis cultu rogantes, ut Clementissimo vultu eundem suscipere non dedignetur. Quod ut à Celsitudine Vestra Illustriss. impetremus, per illam singularem pietatem & tantopere celebratum consensum in propaganda religionis sinceritate enixè obtestamur.

Deum, quod ſupereſt, invocamus precibus calidiſſimis, ut Illuſtriſſimam Veſtram Celſitudinem cum Sereniſſima Domo quàm diutiſſime ſuperſtitem eſſe jubeat, & cum corporis tùm animæ felicitate omnigenâ coronet. Perſcribeb. Ratisbonæ Anno M DC LXII.

Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudinis

*humillimi Clientes*

B. Eliæ Ehingeri, quondam Profeſſ. & Bibliothecarii Auguſtani, exinceps Gymnaſii Poëtici Ratisbon. Rectoris, Hæredes.

IN SYMBOLUM

*Serenissimi Principis ac Domini, Domini*

# AUGUSTI,

Ducis Brunsvicensis & Lunæburgensis, &c.

EXPENDE

*OMnia quæ motu rapiuntur præpete* sursum,
*Illa pigris fecit nobiliora Deus.*
*Sic* sursum *levis ignis agit,* sursum *levis aer*
*Nititur, unda gravem cærula lambit humum.*
*Ipse Deus* sursum *magni super aurea cœli*
*Atria, & ex illo profluit omne bonum.*
*Hinc, velut ad vitæ fontem,* sursum *omnia anhelant*
*Illa, quibus cœli purior ignis inest.*
*Cætera bruta solum vel stagna liquentia verrunt,*
*Sed tamen &* sursum *Terra Salumque petunt.*
*Montibus illa suis, & montibus illud aquarum*
*Æmula ceu supero basia ferre polo,*
*Et faciant. Natura suis in singula claudat*
*Finibus, & stabili stent Elementa fide.*
*Tantus amor Terræ superas emergere in oras*
*Oceano* sursum *tendere tantus amor.*
*Quin & avis* sursum *celeri quoque remigat ala,*
*Et liquidum pennis aëria stringit iter.*
*Ante alias (viden'?) ut* sursum *petat altius Æthera*
*Illa avium princeps, armigera, illa Jovis.*
*Illa Aquila, adversum fixo quæ lumine Solem*
*Aere tuens, nubes vincit & astra ferit.*
*Mentibus exemplum generosis tendere* sursum
*Altaque inaccessa sidera adire via.*
*Reptilium procul à cœno, vulgique profani*
*Colluvie, terra deside, nocte procul.*
*Sic ab humo longè viva volat indole* sursum,
*Montibus excelsis celsior atque Aquila,*
Princeps AUGUSTE, *invictis Aquila inclyta pennis*
*Perge per excelsum celsior ire decus.*
*Dum tandem hoc vitæ decurso tramite,* sursum
*Evehat emeritum te super astra Deus!*

Serenitatis Vestræ

*humillimus*

Elias Ehinger

Perreverendo Seni,

# DN. ELIÆ EHINGERO,

PHILOLOGO ET POLYHISTORI EXIMIO, de re Christiana & Literaria præclarè emerito, suo in Christo Patri venerando.

S. P.

GEminum munus tuum Symboli & Decalogi Acatholici, Venerande in Christo Pater, Vir Clarissime & meritissime, unà cum literis longe gratissimis, rectè accepi, multumque pro iis debere tibi, libens profiteor, quod & lectione eorum plurimum fuerim delectatus, & quantum ex multiplici Lectione in rem Evangelii, contra Jesuitarum strophas contuleris, liquidò cognoverim, quo nomine juventuti studiosæ quondam Tibi concreditæ, gratulandum censeo, quæ te monstratore malas insidiatorum artes bonis artibus eludere didicit. Et cum Jesuitæ has ad populum phaleras subinde proiiciant, & talia glaucomata incautis obiiciant, rectè iisdem armis iis occurritur, ut impudentes esse (quo uno triumphant) dediscant, certè populi non obesæ naris ludibrio, exponantur. Utinam verò sit vel Patronus, qui lucem fœnerari tuis illis velit, vel Typographus, qui operam huc suam conferat. Cæterùm hi apud nos ita exaruerunt, ut vix tabellis alphabetariis, excudendis sufficiant: illi verò post Bellonæ rabiem nuspiam appareant, nisi forte unus nobis supersit Augustus Dux, Literarum Princeps, sed qui inimiis incursionibus, senio jam gravatus, & obruitur, & opprimitur. Beatum tamen Te, cui tantus thesaurus propria diligentia quæsitus domi repositus est, testis fœcundi pensi tui, apud posteritatem ostentandus, & quod ego optarim, in nobili aliqua Bibliotheca reponendus. Vale Vir eximie, & amare perge

*meritorum tuorum*

*æstimatorem studiosiss.*

Bebenhusii 24. Septembr.
1651.

Johan. Val. Andreæ D.

LE-

# LECTORI
## SALUTEM.

HIc in frontiſpicio monendus es Amice & benevole Lector, Typothetam ex incuria Præfationem in Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Centuriam decimam quintam (præcedentes centurias in centuriis Magdeburgenſibus videre licebit) quam Operi huic præmittere debuiſſet, pagin. 165. poſuiſſe, excuſa errorem, id quod libenter facies, ſi labi eſſe humanum tecum recordaris. Utere interim Opere hoc, cui nihil deeſſe ſcias, in tuum commodum, cætera quæ irrepſerunt ſphalmata, corrige, & expecta Miſcellanea Theologica Clariſſimi Dn. Autoris μακαρίτου, lectu digniſſima, propediem lucem viſura.

Vale.

# INDEX MATERIARUM.



*An*

# Index Materiarum.



Actiones

# Index Materiarum.



Ad

AD Centuriam decimam quintam Historiæ Ecclesiasticæ, Christo adminiculante, descendimus, in qua non imus inficias, statum Ecclesiæ fuisse miserrimum: Unicam tantum audiamus S. Brigitam Revelationum lib.3.c.27. scribentem. Omnes gradus à sua laudabili dispositione apostataverunt, quia charitas DEI versa est in cupiditatem mundi, &: post hæc audivi vocem dicentem: O Roma, Roma, muri tui dirupti sunt, & ideò portæ tuæ sunt sine custodia. Vasa tua venduntur, ideò altaria tua desolata sunt, vivum sacrificium & incensum matutinum comburitur in atrio. Et ideò non ingreditur de sancto sanctorum sanctus odor suavissimus. Et: nunc versa est in scoriam & principes ejus principes pacis. Nunc autem versa est in scoriam, & principes ejus homicidæ. O si cognosceres dies tuos, O Roma, fleres utique & non gauderes.

Pag.214.

Cap. 33. Quare timendum *Catholicam fidem in brevi deperire*, nisi talis venerit, qui Deum super omnia, & proximum suum sicut seipsum diligat, fide non ficta. Omnes abusiones abolendo.

Cap.57.p.292. Mater loquitur: Roma est quasi ager, super quem zizania excrevit. Ideò prius debet mundari cum acuto ferro, in igne purgari, postea aratro cum jugo boum.

Cap.132.p.398. Sic Sacerdotes non loquuntur mirabilia mea, sed mundi amorem, suam voluptatem prædicant, & nihil esse reputant, quod pro eis feci. Secundo *perdiderunt clavem*, qua miseris deberent aperire cœlum: illam autem, qua aperitur infernus, diligunt, & reconditam habent in sindone munda.

Cap.142. Audi GREGORI Papa XI. Incipe reformare Ecclesiam meam, quam ego acquisivi meo proprio sanguine, & renovetur, & spiritualiter reducatur ad pristinum statum suum sanctum, quia jam nunc

magis veneratur lupanar, quàm sancta mater Ecclesia.

Revelat.l.5.cap.33.p.519.Pater ad Filium loquitur.Sed verè sponsa tua nunc facta est adultera, fores thalami sunt clausæ, & in loco Sponsæ jacet *adultera* pessima.

Cap.96.pag.603.Nec mirum: nam ipse, qui clamare debuerat, venite, & invenietis requiem animarum vestrarum: ipse clamabat. Venite & videte me in pompa & ambitione, plus quàm Salomonem, *Venite ad Curiam meam, & exhaurite bursas vestras, & invenietis perditionem animarum vestrarum.*

Revelat.lib.7.c.7.p.632. Multi summi Pontifices fuerunt ante Johannem Papam, *qui sunt in inferno, &c.*

Revelationes Extravagantes cap.51.fol.825. Inquire ulterius, & audi qualis est dispositio curiæ Romanæ quæ sedes mea deberet esse. Sicut enim in sede quatuor sunt columnæ sustentantes, & medium quoddam, in quo sedens quiescit: Sic in sede mea, quam summis Pontificibus reliqui, deberent esse quasi quatuor columnæ, Humilitas scilicet, Obedientia, Justitia, & Misericordia, & medium scilicet divina Sapientia cum divina charitate: Sed hæc *mutata est*, & assumta nova sedes, in qua est superbia pro humilitate, propria voluntas pro obedientia, amor pecuniæ pro Justitia, ira & invidia pro misericordia: medium autem vocari sapiens & magister ad mundum. *Ecce sic immutata est sedes mea.*

Verum igitur est, quod quidam Poeta Christianus de Ecclesiæ magnificentia cecinit.

Quàm speciosa tuæ est, Ecclesia, fortis imago;
Quam Sol ambit, amat, nulla nec astra juvant!
Mentitur pictura nihil, volat orbe relicto,
Addictusque polo noster adhæret amor.

Rursus de turpitudine meretricis Babylonicæ.

Quam pudibunda tuæ est, Ecclesia, fortis imago,
Cui fera Lerna thronus, tetra venena cibus!
Mentitur pictura nihil: ruit exul ab alto,
Nec nisi putre solum vester oberrat amor.

Quanquam verò in decima quinta centuria Ecclesiæ status fuerit atrociter corruptus: tamen in maximis etiam tenebris Papatûs Deus veritatem illucescere voluit, ne adversarii conquererentur, Lutheranam fidem

dem esse planè novam, & prioribus seculis inauditam quod in præsens, ex Autoribus Catholicis pro virili demonstrabimus.

*De S. Scriptura Lutherani idem credunt, quod Melchior Canus* locor. Theol. l. 7. c. 3. p. 221. Canonicos autores ut supernos, cœlestes, divinos, perpetuam, stabilemque constantiam servare: reliquos verò Scriptores sanctos, inferiores & humanos esse, deficereque interdum, ac monstrum quandoque parere, præter convenientem ordinem institutumque naturæ.

*D. Henricus Canisius* Tom. 3. antiquarum lectionum, parte secunda p. 25. Johannes de Ragusio statim ad S. Scripturam veluti ad certissimam *& inobliquabilem regulam* communiter recurritur, & secundum testimonium Veritatis ejusdem, sublatis dubiis, Veritas elucescit.

Pag. 33. Sacra Scriptura in sensu literali & bene intellecta est infallibilis fidei regula *& sufficientissima.*

Si Scriptura non esset sufficiens fidei Regula, sequeretur, quòd Spiritus Sanctus insufficienter tradidisset eam, qui est Auctor ipsius.

Antiquiores ita docuerunt, ut Salvianus l. 5. de gubern. p. 161. Nos ergò tantum Scripturas Sacras *plenas, inviolatas, integras* habemus, qui vel in fonte suo bibimus, vel certè de purissimo fonte haustos per ministerium puræ translationis haurimus.

Ita docuit Ecclesia tempore Concilii Niceni apud Gelasium, Cyzic. part. 2. p. 124. Τοῖς γεγραμμένοις πίστευε, τὰ μὴ γεγραμμένα μὴ ἐννόει, μηδὲ ζήτει. *Scriptis crede: quæ non scripta sunt, ne cogites, nec inquiras.*

Ita non docet moderna Romana Ecclesia. In vita Servæ Dei *Theresæ de Iesu* pag. 86. Ægrè ferebat, quòd suæ Moniales abstrusa Dei mysteria, vel alias curiositates, quæ ad mulieres non pertinent, indagarent. Cum Toleti degeret, puella quædam ab ea Religionis habitum efflagitavit, quam cum in religionem admitti decrevisset, dixit puella, habere penes se Biblia, quæ ad Monasterium erat allatura. Confestim à Dei serva exclusa fuit, dicente: *Biblia*, filia, ne afferas, neque huc venias, sumus enim mulieres, quæ præterquam nere nihil aliud scimus. Quæ puellæ repulsa non sine divino instinctu, ob nimiam curiositatem à serva Dei fuit facta: nam (ut postea evenit) ob aliquos errores contra fidem habitos, à sancto Inquisitionis officio punita fuit.

*Bruxellis.*

Lutherani docent, quod in decima quinta centuria docuit *Iohannes*

*Driedo* de Ecclesiasticis Scripturis l.4.c.4.p.239.b. Ecclesia primitiva, propter Collegium Apostolorum, ad tradendam novam fidei nostræ doctrinam, majoris erat gratiæ, majorisque autoritatis, quam Ecclesia, quæ nunc est. &: super omnibus ergò, quæ ex scripturis sacris sunt manifesta, *Prior, notior, & vetustior* autoritas ejusdem Scripturæ, quàm ejus Ecclesiæ, quæ nunc est. Nam & hujuscemodi Ecclesia quæ nunc est, quemadmodum in superioribus diximus, ex Scripturis sacris quærenda est & cognoscenda.

## LOCUS I.

# De S. Scriptura.

ECclesia centuriæ decimæ quintæ debuit Patres audire, inprimis *Clementem Alexandrinum* strom.l.6.p.488 Τῇ προνοίᾳ τὰς προφητείας γεγενῆσθαι παριςὰς ὧδε. Ἔγνωμεν γὰρ ὅτι ὁ θεὸς αὐτὰ προσέταξεν ὄντως, καὶ οὐδὲ ἄτερ γραφῆς λέγομεν Divina providentia (ex sententia Divi Petri) factas esse scripturas, sic referens: sciebamus enim DEUM hæc verè jussisse, & *absque Scriptura nihil dicimus.*

Vor Zeiten hat man in Klöstern die H. Schrifft Altes vnd Newes Testaments Historien fürlesen: Jetzunder verbiet man die heilige Schrifft den Nonnen/wie auß Theresa gehört: Hergegen vergönt man den Kloster-Jungfrawen/ daß sie umb ein Pater noster dörffen spielen/ das beweisen wir auß einem Büchlein dessen Titul ist/ Das Leben der Durchleuchtigsten Königin Magdalenæ/ Ertzhertzogin zu Oesterreich/ɾc. deß Königlichen Stiffts zu Hall im Inthal Stiffterin. Folio 13. Bey den Krancken und Aderlässern war jhr auch nicht zuwider daß man sich/nach gelegenheit der Zeit mit etlicher kurtzweiligen Spilen (Karten und Würffel außgenommen) recreirte/ jedoch weder umb Gelt oder Geltswerth/ sonder umb ein Vatter vnser und Ave Maria, oder andere kurtze Gebetlein oder übung einer gewissen Tugend/und dergleichen.

Inßprukk bey Daniel Paur.

Pag. 18.

Indianische newe Relation erster Theil/zu Augspurg Anno 1614. getruckt/sagt zum König: Die Christen haben das Evangelium vnd Psalter/ auch die Bücher Mosis gantz verfälscht: Darauff der Pater geantwortet/Herr dem ist nicht also.

Hieron. tom.4. in cap.6. Esaiæ lib.3 p.25. Quòd si aliquis dixerit: Hebræos

Hebræos libros poſtea à Judæis eſſe falſatos, audiat Origenem, quid in octavo volumine explanationum Eſaiæ huic reſpondeat quæſtiunculæ; quod nunquam Dominus & Apoſtoli, qui cætera crimina arguunt in Scribis & Phariſæis de hoc crimine, quod erat maximum, reticuiſſent. Sin autem dixerint, poſt adventum Domini Salvatoris, & prædicationem Apoſtolorum, libros Hebræos fuiſſe ſalvatos, cachinnũ tenere non potero ut Salvator & Evangeliſtæ & Apoſtoli ita teſtimonia protulerint, ut Judæi poſtea falſaturi erant.

Apud Manuelem Calecam *Græci de Latinis* p. 423. Sacros Canonons & ſacras literas vix legunt. Canones verò & Leges ſibi eſſe ajunt juſſa Papæ, qui pro tempore ſedem Romanam tenet. Præcepta verò eorum qui vita functi ſunt, ſive Apoſtoli, ſive Patres fuerint, unà cum illis mors arbitrantur.

*Thomas Bozius*, qui centuria decima quinta vixit, lib. 16. de ſignis Eccleſiæ c. 10. p. 189. Quicquid divina Scriptura autoritatis habet, id totum fuit atque eſt ab Eccleſia.

*Romæ 1591 dedicat Innocentio IX*

Et: at ipſa Eccleſia propter arctiſſimam cum Deo conjunctionem habet, non veritati innititur, ſed veritas innititur Eccleſiæ, quaſi columnæ & firmamento. p. 191. *Credo unam ſanctam Eccleſiam.*) Scimus autem articulos eſſe veluti principia quædam, quibus præ cunctis fides eſt habenda: at Scriptura non refertur inter hujuſmodi principia, quamvis illa ſancta dicatur ac ſacra, ſed per Eccleſiam, quaſi per quoddam principium probatur, & confirmatur, cum pertineat ad eam, rejicere & approbare ſcripturas.

*Albertus Pighius* Hierarchiæ Eccleſiaſticæ l. 1. c. 2. p. 8. Nam de Evangeliis rurſus pergam interrogare, qui ſciam hæc eſſe Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis, quæ ſub illorum nomine legimus, ut qui autographa eorum nunquam viderint, & ſi viderint, non agnoſcerent, & ut certò agnoſcerent, quis certos reddidit vera eſſe, certaque, quæ ſcribunt, omnia, de Chriſto (præſertim Marcus & Lucas) quæ nunquam viderant, ſed crediderunt narrantibus aliis? Idem interrogari poteſt de Matthæo & Johanne, quibus tametſi in hoc credamus, quod dictis actisq; Chriſti interfuerunt, non tamen omnibus, quæ ſcripſerunt, *potuerunt etiam & labi memoria & mentiri*, ut omnis homo falli poteſt & fallere. Coloniæ in folio apud hæredes Arnoldi Birckmanni.

*Colonia 1572.*

Idem Pighius controversia 3. p. 89. b. Sunt enim Scripturæ *muti judices.*

*Gretserus* contra Regem Angliæ Jacobum p. 165. Nullus Catholicorum Scripturam pro cereo naso, pro mortua litera, & pro Lesbia regula habet.

Rectius scripsit Cyrillus Alexandrinus in Amos p. 706. Tantopere nonnulli insanierunt, ut sanctos quoque Prophetas *mentiri* arbitrarentur.

*Basilius Magnus* epist. 64. p. 565. Demnach wann jhre Träum mit den Gebotten deß HErrn übereinstimmen/so seyn sie an dem Evangelio vergnügt und zu frieden/welches gar nicht bedarff/daß jhm erst durch die Träum sein Glaubwürdigkeit mitgetheilt werde.

## II.

## De Deo Uno & Trino.

MAximi beneficii loco ducendum, quòd misericordissimus Dei, Sacrosanctæ Trinitatis mysterium, à seculis absconditum in maximis tenebris conservare voluerit. Qui enim citharam intuetur elegantissimè instructam, ejusque summâ factam arte & ordine compositionem vel pulsatarum fidium concentum audit: aliò cogitationes animi non refert, quàm ad ipsum artificem ac citharœdum. Hunc animo concipit, ad hunc se convertit, utut oculis eum non aspiciat. Sic & nobis non potest non esse manifestum id, quod & condidit universa, & condita movet ac conservat, utut animi cogitatione comprehendi à nobis nequeat. Adeoque prorsus hebetis esse hominem judicii necesse est, qui non sponte sua, naturaliumque demonstrationum vestigiis inhærens eò progrediatur, imò hac ipsa ratione intelligimus, Deum hoc non esse, quod animo informamus, & utcunque exprimimus, rationisq; vi delineamus.

*Greg. Naz. Orat. 2. Theol p. 25.*

*Raymundus Lullus* (testimonio Papirii Massoni qui centuria decima quinta vixit & scripsit) excellentis ingenii Philosophus, in aula Bonifacii erat anno 1296. ibique absolvit opusculum egregium, quo articulos fidei Christianæ probare argumentis & rationibus demonstrare conatur, in quo libello Bonifacii & Cardinalium, qui tunc vivebant, mentionem fieri moneo.

Tannerus

Tannerus hujus Lulli syllogismum pro S. Trinitate nobis reliquit Tomo 1 pag. 1071.

Ubicunque est actus, est concordia agentis & acti in ipso actu.

In divina bonitate est actus, quem ipse appellat bonificare. Ergò ibi est concordia bonificativi & bonificabilis in actu bonificandi: ac proinde pluralitas, sine qua concordia esse non potest. Ex quibus postea infert, cum tria hæc sint in Deo, reipsa distincta, nimirum bonificativum, & actus bonificandi, hæc esse tres personas, neque has alias esse quàm Patrem, Filium & Amorem seu Spiritum S.

Clarius, rectius & verius scripsit *Leonardus Lessius* circa finem centuriæ decimæ quintæ de providentia p. 9. Unum esse supremum Numen, cujus providentia administrentur omnia, patet

1. Ex omnium gentium & sapientum confessione.
2. Ex motu orbium cœlestium.
3. Ex eo, quod res corporales & aspectabiles non possunt esse à seipsis.
4. Ex rerum pulchritudine & structura partium, respectu totius.
5. Ex structura partium mundi in ordine ad finem.
6. Ex structura partiũ in animalibus & plantis, in ordine ad finem.
7. Ex eo, quòd omnium operationes ordinatissime ad finem tendunt.
8. Ex vultuum & vocum diversitate, & mundi paupertate.
9. Ex miraculis.
10. Ex prædictionibus & occultorum revelatione.
11. Ex spiritibus.
12. Ex morum & vitæ directione.
13. Ex eo, quod nihil debet manere inordinatum, & animæ immortalitate.
14. Ex variis divinæ severitatis & benignitatis exemplis.
15. Ex pœnis, quæ blasphemis, sacrilegis, perjuris repente & invisibiliter irrogatæ.

Centuria decima quinta credidit, quod Concilium Florentinum centuria antecedente definivit Sessione 18. p. 438. Nos dicimus, substantiam & personam sive hypostasin, esse idem re, differre autem nostro modo intelligẽdi, ita ut persona constet ex substantia & proprietatibus.

Sessione

Seſſione 19.p.446. In divinis non eſſe ſubſtantiam quæ generat aut ſpirat, ſed hypoſtaſes eſſe, quæ generant & ſpirant. Sequitur ergò ut ejus cauſa ſit paterna hypoſtaſis, non ſubſtantia.

P.448. Ita ergò concludunt omnes, ſubſtantiam in divinis non generare.

P.452. Duobus modis intelligitur nomen ſubſtantiæ: uno quidem cum naturam tribus perſonis communem ſignificare volumus; altera verò quando ſubſtantiam accipimus unà cum proprietatibus, quæ ſunt in ea, hoc eſt hypoſtaſin.

P.453. *Perſona* conſtat ex divina ſubſtantia & proprietate, & hæc unum ſunt re, ſubſtantia & proprietas. Secundum proprietatem quidem diſtinguuntur realiter inter ſe perſonæ: ſunt enim ad aliquid: at verò ſecundum ſubſtantiam ſunt unum & idem Deus.

In actis Concilii Niceni I. apud Gelaſium Cyzic. fol.149. Τὸ μυστήριον τοῦτο τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς καὶ ὁμοουσίου τριάδος, ἀπερινόητον, καὶ ἀνέκφραστον, καὶ πάντη ἀκατάληπτον ὑπάρχει πίστει μόνῃ νοεῖσθαι δυνάμενον. Myſterium hoc ſanctæ & adorandæ & conſubſtantialis *Trinitatis*, omnem intellectum atque ſermonem ſuperat, & prorſus comprehendi non poteſt, *ſed ſola fide percipi.*

Hoc & Lutherani credunt. Malè ergò ſentit recens Eccleſia pontificia.

**Bericht von dem großmächtigen König** Mogor p.37.b. Daß Gott um unſertwillen Menſch worden / ſein Leben / Todt / Aufferſtehung / und was ſich mehr biß auff die Sendung deß Heiligen Geiſtes mit jhm verlauffen, iſt alles der Vernunfft ähnlich und gemeß.

III.

## De duabus naturis in Chriſto.

AD decimam quintam centuriam refertur *Leonhardus Leſſius* de perfectionibus divinis lib.12.c.5.p.123. Utroque igitur errore damnato, *certiſſima fide* tenendum, in Domino noſtro eſſe duas integras, inviolatas, omnibus ſuis naturalibus proprietatibus & conditionibus abſolutas naturas Humanam & Divinam, easq; ita in unam coaluiſſe perſonam, ut unus idemque ſit verus Deus & verus homo, habeatque omnia, quæ ſunt Humanitatis; & omnia quæ Filio Dei vero Deo conveniunt, conveniant

& huic

& huic homini, & quæ huic homini conveniunt, tribuuntur quoq; deo; Est *enim iste homo* Filius Dei, est ab æterno genitus ex patre, est unà cum patre principium Spiritus S. est Sapientia patris & omnium Opifex, est immensus, est incommutabilis & æternus, est omnipotens: Rursus *Deus factus est homo passibilis* & mortalis, Deus natus est ex Virgine, Deus passus est, crucifixus, mortuus, sepultus. Hoc modo in Christo est *idiomatum utriusque naturæ perfecta communicatio*, cum humana natura omnia sua communicet verbo, & divina natura sua omnia communicet huic homini.

*Ludovicus Granatensis* in festo Iacobi p. 44. Ne verò quisquam minus se Redemptori suo debere putet, quod is non ex divina sed ex humana natura calicem hauserit passionis, sciat, *Catholicè & propriè* dici Deum mortuum & passum atque sepultum. Tam arcto quippè vinculo humanam naturam divinæ copulavit, tantaque inter utramque naturam (personalis vinculi ratione, quo utraque subsistit) unitas est, ut quæ sunt humanitatis, Deo; quæ verò Divinitatis propria sunt, Homini convenire dicantur.

*Paulò ante seculum decimum quintum.*

*Nicolaus de Cusa* Tom. 2. Exercit. l. 2. p. 28. Ita mirabilis profunda atque intima hæc *Sancta Unio*, quod divina natura in Christo manens suppositum, communicat & usurpat sibi omnem denominationem sive omne idioma, id est proprietatem quæ humanæ assumtæ in ratione suppositi aut personæ conveniret, sicut sunt, esse hominem, esse filium hominis, sicut sunt, actiones, passiones, motus, quæ naturæ humanæ concretivè nata sunt competere, prout ipsa natura est, esse specificum.

E converso denominationes & idiomata, *quæ divino supposito* conveniunt, ratione ejusdem Unionis de ipso Homine, qui Deus est, *verissima fide* enunciantur. Veruntamen divina & humana Idiomata *non eodem modo* Christo conveniunt. Nam divina de eo dicuntur per se & simpliciter; sed humana non per se, sed secundum quid, ratione humanæ naturæ. Hinc proveniunt mirabiles illæ locutiones, *quas Fides asserit*, scilicet, quod immortalis moritur, invisibilis in terris visus est: quòd Deus, qui non mutatur, fatigatur ex itinere: impassibilis crucifigitur, & ab æterno genitus, hodie nascitur, *& quod homo corporeus est ubique*, temporalis est æternus, infirmus omnipotens. Imo tanta est tamque admiranda Unio illa, ut Christum filium Dei, ad inferna descendisse dicamus, quando mortuus fuit, & non fuit verum dicere, quod fuit

homo propter ſeparationem animæ à corpore; non tamen fuit ſeparatũ verbũ ab anima & corpore, quia Unio verbi divini ad corpus et animam, nunquam fuit diſſoluta, imo Chriſtus ex eadem ratione iacuit in ſepulchro, & deſcendit ad inferna. Et tunc Chriſtus ubique regnabat in cœlo & in terra juxta divinam naturam. Hæc eſt ſuperadmiranda Unio, quam nullus niſi fide, apprehendit.

*D. Henricus Caniſius* antiquar. lectionum Tom. 5. p. 507. Ruricius ad Sedatum. Dum imago viſibilis Dei, forma fit ſervi, ut poſſit impatibilis pati, incomprehenſibilis capi, im̃ortalis mori, qui mortem occumbendo perimeret, ut vitam reſurgendo repararet.

Doctrinam hanc de unione perſonali, & idiomatum communicatione vera & reali didicit hoc ſeculum ab antiquioribus, ita autem docuit *Arethas* in Apocalypſin p. 683. ἀντιδιδόασι γὰρ ἀλλήλοις ὑπὲρ καταλῆψιν ἀνθρωπίνην οἰκειωτικῶς τὰ θεῖα ἀνθρωπίνοις, καὶ τὰ ἀνθρώπινα τοῖς θείοις ἰδιώμασι. Familiariter namque ſibi mutuo reddit ob humanitatis aſſumtionem, divina humanis, & humana divinis idiomatis.

Ita docuit LEO I. epiſt. 10. p. 642.

Propter hanc Unitatem perſonæ in utraque natura intelligendam, & filius hominis legitur deſcendiſſe de cœlo, cum filius DEI carnem de ea Virgine, de qua eſt natus, aſſumſerit. Et rurſus, filius DEI crucifixus dicitur ac ſepultus, cum hæc non in divinitate ipſa, qua unigenitus, conſempiternus & conſubſtantantialis eſt Patri, ſed in naturæ humanæ ſit infirmitate perpeſſus.

A vera & ſincera Leonhardi Leſſij Jeſuitæ candidi doctrina, à Granatenſis Dominicani conſenſu, à Nicolai Cutani, viri tam docti, quam pij teſtimonio Bellarmini de Scriptorib. Eccleſiaſticis Apoſtolica concordia, à Leonis I. Pontificis Rom. norma noſtri Jeſuitæ recedunt.

Bellarminus enim ſcribit de Chriſto l. 3. c. 16. p. 325. communicationem idiomatum eſſe realem, reſpectu ſuppoſiti, verbalem reſpectu naturarum.

*Antonius Poſſevinus* in Moſcovia p. 165. de Brentio. Perſonam Chriſti cum ipſius humanitate confuderunt, idiomatum enim communicationem non minus in naturis, quam in perſonis fieri putaverunt, cum tamen naturæ eam inter ſe haud poſſideant communitatem &c.

P. 167. duntaxat verbalem.

**Henrich Lampaſter wider D. Reihinch** p. 330. daß allein ver-

vermag die Persönliche Vereinigung/ daß von einer Person zweierley prædicata mit Warheit gestattet werden/ Göttliche nach der Göttlichen/ menschliche nach der menschlichen Natur: nit aber die Göttliche von der menschlichen/ oder die menschliche von der Göttlichen Natur. Dann weder die Gottheit sterblich/ noch die Menschheit vnsterblich ist/ sondern Christus ist vnsterblich der Gottheit/ sterblich aber der Menschheit nach/ dieweil Christus nur ein Person ist/ vnd zwo Naturen hat. vnd ein jede auß denselbigen ihre besondere Eigenschafften.

*Fridericus Fornerus* in paradiso malorum punicorum p. 103. Sola humanitas Christi passa.

*Gretserus* Tom. 11. de Cruce p. 1580. Homo enim erat, & non Deus qui percutiebatur.

*Bellarminus* in Concione de Dominica passione p. 255. In Christo altera naturarum ejus, nempè *Humana sola* cruciabatur: altera divina videlicet, quodammodo abscedebat, & sociam suam *solam* in supplicijs & tormentis relinquebat. Quantum attinet ad consolationem, quam patienti humanę naturæ adferre potuisset, & quantum ad intolerabilium illorum dolorum mitigationem ac temperamentum *eam omninò deseruit*.

*Iacob Biderman* Agonisticon l. 1. p. 135. Humanitas Christi merum instrumentum in conficiendis miraculis.

A pia antiquitate Lampaster, Fornerus, Gretserus, Bellarminus, Bidermanus recesserunt. Lutherani verò piam antiquitatem Hieronymi & Cyrilli Alexandrini sequuntur. Ita autem scribit Hieronymus tom. 9. epist. 10. p. 42. constat igitur, unum eundemque Christum secundum utrasque formas operatum, humanitatis scilicet ac divinitatis, ac per hoc duas exercuisse operationes. Operata est enim utraque forma vel natura *cum alterius communione quod proprium habuit*, verbo siquidem operante, quod verbi est, & carne exequente, quæ carnis erant, communicante ei siquidem verbo, in eadem operatione, dum & idem Deus atque homo in una substantia vel persona sine dimensione aut commistione creditur, & præcognita una identitas prædicatur.

*Cyrillus Alexandrinus* contra Antropomorphitas c. 22. p. 88. b. Cum igitur miracula edit, ne seorsim separans à sancta ipsius carne Verbum Dei, soli ipsi vim miraculi editi tribuas: sed ita potius *pie cogita*. Unigenitum Dei verbum hominem factum etiam per propriam suam carnem sæpenumero operatum esse, non per confusionem & commistionem.

Ὅταν οὖν, τὰς θεοσημείας ἐργάζεται, μὴ διορίσας, ἀνὰ μέρος τῆς ἁγίας σαρκὸς αὐτοῦ τὸν ἐκ θεοῦ λόγον αὐτῷ μόνην τὴν ἐπὶ τῆς τελουμένης ἀνάψης δύναμιν. νόει δὲ μᾶλλον εὐσεβῶς, ὅτι γενόμενος ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τῆς ἰδίας αὐτοῦ σαρκὸς πολλάκις ἐνήργει, ὡς ἰδίαν ἔχων αὐτήν, οὐ κατὰ σύγχυσιν ἢ φυρμόν,

# De Nestorianismo.

1. VIncentius Lerinensis adversus hæreses. Nestorius dum se duas in Christo substantias distinguere simulat, duas introducit repentè personas, & inaudito scelere, duos vult esse filios DEI, duos Christos, unum Deum, alterum, qui generatus ex matre. Atque ideò asserit, Sanctam Mariam non θεοτόκον, sed χριστοτόκον, esse dicendam, quia scilicet ex ea, non ille Christus, qui Deus, sed ille, qui erat homo, sit natus.

2. Legatio ad Armenios p.57. Nestorius duas naturas separatas ajebat, non unitas in unam personam. p.59. ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος ἔλεγε δύο φύσεις κεχωρισμένας, καὶ δύο πρόσωπα· καὶ δύο χριστούς, καὶ δύο υἱούς. Nestorius ajebat duas naturas separatas, & duas personas, & duos Christos, & duos Filios.

3. Leontius p. 499. Nestorius duas naturas fatebatur, sed non dicebat, earum factam unionem.

p.451. Nestorius ajebat, non esse factam unionem verbi cum homine, sed duas tradebat personas.

4. Gregorius Nyssenus ad Theophilum. Proferunt enim tanquam quibusdam in Catholica Ecclesia duos filios colentibus in dogmate, unum quidem secundum naturam, alterum autem secundum adoptionem, postea acquisitum.

5. Cyrillus Alexandrinus tom.5.p.318. Verùm enim verò licet duas naturas ille dicebat, Carnis & Verbi differentiam significans (est enim alia Verbi, alia Carnis natura) attamen Unionem unà nobiscum non confitetur.

Idem parte 1. Concilii Ephesini p.157. Μὴ γάρ μοι διέλῃ μετὰ τὴν ἕνωσιν, μηδὲ διϊστὰς εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ εἰς θεὸν διπρόσωπον ἡμῖν ἀνατύπου τὸν Εμμανουήλ. Nemo post unionem divisionem mihi fingat, neq; Immanuelem in hominem seorsum & in Deum rursus seorsum disponens, duas personas efformet.

Idem Cyrillus Alexandrinus in Dial. p.116. Cum enim sejungant ac separent omninò & voces & res, atq; has quidem soli ac peculiariter unigenito tribuant, has verò cuidam diverso ab hoc filio & ex muliere nato, à vera rectaq; via aberrant, Christiq; mysteria non intelligunt.

6. Theo-

6. Theologi Wirtembergici de libro Concordiæ contra Bellarminum p.94. Die Nestorianische Keherey wil die Person Christi/und hat zween Christus gemacht/da ein jeder/was sein eigen ist/ für sich selber behält/ und mit anderem nichts gemein habe.

In Concilio Ephesino part.1.p.259. Nulla itaq; ratione unum Dominum nostrum Jesum Christum in duos filios divellere fas est.

7. D. Luther Tom.7.Jen.p.254. Nestorius wil die Idiomata der Menschheit nicht geben der Gottheit in Christo / ob er wol vest stehet/ daß Christus Gott vnd Mensch sey. Wiederumb Eutyches wil die Idiomata der Gottheit nicht geben der Menschheit/ob er auch gleich vest hält/ daß Christus wahrer Gott vnd Mensch sey.

*Quare*

quæcunq; sententia Christum dividit in duos filios, duos Christos facit, realem communicationem Idiomatum negat, ea meritò repudianda.

Sed qui Christum secundum humanitatem esse adoptivum Dei Filium asserit, ex sententia Felicis hæretici, Christum dividit in duos filios, duos Christos efficit, negat communicationem idiomatum realem.

Ergò Christum secundùm humanitatem esse adoptivum Dei Filium, sententia Felicis meritò repudianda.

Filius Dei, vivi κυρίως καὶ μάλιστα, non est filius Dei adoptivus.

Christus filius hominis per communicationem idiomatum est filius Dei vivi.

Ergo Christus, filius hominis, non est filius Dei adoptivus.

Nam quis ex tota antiquitate, in baptismo Christi locum Matth.3. ita paraphrasticè reddidit?

Hi sunt filij mei dilecti: unus naturalis, ab æterno, immediatè ex mea substantia genitus, alter adoptivus, in tempore, mediante B. Virgine natus & adoptivus, in quibus mihi complacui: hos filios meos audite.

Spectatum admissi, risum teneatis amici. Hinc D. Luther. Tom.7 Jen.p.251. vnd wer weiß nicht/ wie viel noch Nestorianer auch im Bapstumb sind: die doch das Concilium Ephesinum hoch rühmen/ vnd nicht wissen/ was sie rühmen.

Anastasius Sinaita c.9. p.251. ne cum Nestorio cogantur in Christo duas personas sive hypostases admittere. Nam ut assererent, naturam & hypostasin unum & idem esse, id nimirum Nestorius ex Aristotelis disciplina hausit.

# CATENA PATRUM

## Christum in opere Redemptionis causam sociam non admittere.

A*Mbrosius* de Institut. Virginis cap. 7. p. 164. Christi passio adjutore non eguit.

*Bernhardus* Tom. 1. p. 171. serm. 3. de 5. processionis diebus. Ea nimirum hostia, sicut sola prodesse potuit, *sic sola suffecit*: nec Christum decuit simul & Petrum, aut Jacobum vel Johannem pro salute hominum pati.

De Indulgentiis Johannes Capetius, Theologiæ Licentiatus, Insulensis Canonicus an. 1595. Insulis excudebat Antonius Tack. p. 100. ad marginem: thesaurus non constat satisfactionibus sanctorum. Itaque non ut fingunt hæretici, Catholici miscent sanguinem sanctorum, cum sanguine Christi, quasi ex utrisque consurgat & conflетur unus thesaurus.

P. 101. His addamus pro nostra sententia aliquot Patrum conformem doctrinam, qui non patiuntur vel aliqua ex parte nos redemtos esse sanguine martyrum. Primùm produco *Augustinum*, qui tractatu 84. in Evangelium Johannis ita habet: etsi fratres pro fratribus moriamur, tamen in fraternorum peccatorum remissionem nullus sanguis martyris funditur, quod fecit Christus pro nobis. Imitari quis potuit morientem, nullus redimentem. Eum sic imitemur pia obedientia, ut ei nos comparare nulla præsumamus audacia. Similia habet contra Donatistas cap. 4. & lib. 6. contra Julianum cap. 8. dicit, nullam impietatem relinqui impunitam, nisi quam mediatoris sanguis expiaverit, *Ambrosius* in fine libri 6. in Lucam: aliæ cruces nihil mihi prosunt, sola crux Christi mihi utilis est. *Leo I.* Epist. 83. Quamvis multorum sanctorum in conspectu Domini mors preciosa fuerit, nullius tamen insontis occisio propitiatio fuit mundi. Accepêre justi, non dedêre coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuere, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit.

Rur-

Rursum similem habet sententiam epist. 97. c. 2. & *serm.* 12. de passione Domini.

His conformis *D. Thomas Aquinas* part. 3. q. 48. art. 5. ad 3. dicit, quòd passiones Martyrum proficiunt Ecclesiæ, non per modum redemtionis, sed per modum exempli & exhortationis secundum illud, sive tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Ex his colligo, martyres propriè non profuisse nobis, imò nec sibi per suas passiones.

Tantum Johannes Capetius Theologus Belga.

**D. Luther Haußpostill** in der 2. Predigt von dem Leiden Christi/ fol. 127. Es wil unser lieber Herr Christus in seinem Leiden/ daß er jetzt für sich hat/ **keinen Gesellen haben**. Dann auff ihn allein/ wie Esa. 53. sagt hat Gott unser aller Sünden geworffen/ die hat er auch allein tragen und sich selbst darfür opffern müssen. Wol ists wahr/ daß die Jünger hernacher auch haben um Christi und seines Worts willen müssen leiden/ wie er zu Iacobo unnd Johanne sagt. den Kelch den ich trincke/ werdet ihr auch trincken. Aber deß Herren Christi Leiden heist ein Leiden für meine/ deine und aller Welt Sünde/ daß Gott dieselbe mir und dir/ und allen Christglaubigen/ umb Christi willen/ nicht allein nachlassen/ derselben nicht gedencken/ sondern auch Gerechtigkeit und ewiges Leben wil schencken. Umb dieser Ursach willen **wil er allein seyn** und niemand mit sich lassen fangen noch leiden.

Homil. 9. p. 148. b. Das ist der rechte Unterscheid zwischen deß Herren Christi und unserm Leiden. Wir verdienen mit unserm Leiden nicht Vergebung der Sünden/ das richt allein das Leiden unsers HErren Christi auß/ er ist allein das rechte Opffer und Lämblein Gottes/ daß für aller Welt Sünde bezahlet und gnug thut/ darumb hanget er am Creutz: Simon aber gehet allein unter dem Creutz/ das ist das Creutz das wir tragen dienet darzu/ daß der alte Adam beschwäret und der Sünde gewehret werde/ das aber Sünde vergeben werden/ solches ist allein unsers HErren Christi Werck und Verdienst.

ORA-

# ORATIO
## Physico-Theologica de dicto Athanasiano,

Sicut anima rationaliis & caro unus est homo: ita Deus & homo unus est Christus.

Cyrillus Alexandrinus tom. 1. Concil. p. 109.

*Cyrillus Alexandrinus tom. 1. Concil. p. 109.*

Percelebris memoriæ pater noster Athanasius, Auditores, qui totos 46. annos Alexandrinæ Ecclesiæ pontificatū egregia cum laude gessit, loquacibusq; impurorum nefariorumq; hæreticorum commentis, invicta planèque Apostolica sapientia restitit, quique scriptis suis veluti fragrantissimo quodam ungvento totum hunc orbem mirificè recreavit & ob dogmatum integritatem, fideiq; rectitudinem, magna apud omnes existimatione & autoritate fuit, ita in Symbolo loquitur: *sicut anima rationalis & caro, unus est homo; ita Deus & homo unus est Christus*, quod dictum uberius aliquantò sum explicaturus Catholicorum veterum & recentium mentem expositurus, veram & sinceram relaturus, ut verò me benignè audiatis, peramanter oro.

*pag. 248.*

D. Henricus Canisius tom. 4. p. 248. antiquarum lectionum in collectaneis contra Severianos XIII. capita recenset, quibus demonstratur, quid dissimilitudinis habeat exemplum hominis cum unione in Christo. Anima Petri non est ante corpus ejus: Divinitas verò Christi est ante humanitatem ejus. Anima Petri non est hypostasis sui corporis: Deus Verbum factum est hypostasis suæ carnis. Hypostasis Petri non erat ante unionem Divinitatis cum humanitate. Petrus non est anima sua, neq; suum corpus, quia non recipit definitionem animæ, neq; definitionem corporis, sicut ante demonstratum est: Christus verò est perfectus Deus & homo perfectus, quia recipit perfectè definitionem Divinitatis, quæcunq; illa sit, quamvis nobis incognita, & perfectè definitionem humanitatis, quæ est, animal rationale: Petrus nū recipit duo contraria, secundum naturam: verbi gratia, non potes dicere, est rationalis & irrationalis, mortalis & immortalis, passibilis & impassibilis corpus & in corporeus, & alia similiter. Christus autem recipit duo contraria. Secundum enim naturam est idem creatus & increatus; æternus & sub tempore, circumscriptus & incircūscriptus, impassibilis & passibilis, immortalis & mortalis, visibilis & invisibilis & similia.

* Petrus non eſt in anima ſua ejuſdem ſubſtantiæ cum animis aliorũ hominũ, nec eſt ὁμοούσιος in corpore ſuo cum corporibus reliquorum hominum: Chriſtus autem eſt ὁμοούσιος in divinitate ſua cum Patre & Spiritu Sancto & in ſua humanitate ὁμοούσιος cum matre & nobiſcum. Petrus non dicitur anima corporata, id eſt, facta corpus; neq; corpus animatũ, id eſt, factum anima. Chriſtus autem dicitur & eſt Deus factus homo. Anima Petri compatitur corpori ſuo, & recipit paſſiones & dolores ejus: Deus autem verbum non eſt compaſſus cum carne, neq; paſſiones ejus & dolores communes habuit, ſed potius patiente carne propria. Deus Verbum manſit impaſſibile, tanquam Deus. Mors Petri ſeparatio eſt animæ à corpore: mors verò Chriſti non eſt ſeparatio divinitatis ab humanitate, ſed potius ſeparatio animæ à proprio corpore, remanente divinitate inſeparabili ab anima ſua & à corpore ſuo. Et in anima ſua prædicavit in inferno animis quæ ibi erant ab Adam uſq; ad deſcenſum ſuum illuc, & in ſepulchro ſervavit corpus ſuum incorruptum, & poſt triduum ſepulturæ ſurrexit incorruptum, & copulavit illud cum propria anima, & perſeverat inpoſterum inſeparabile ab ea in ſecula. Petrus autem melior eſt ſua anima & ſuo corpore, partes enim ejus ſunt. Chriſtus autem non eſt melior Divinitate ſua aut humanitate ſua: quia non ſunt propriè partes ejus, unaquæq; enim earum eſt ſpecies ſpecialiſſima, quatenus de pluribus differentibus numero prædicatur. Ambæ partes ſunt creatæ, anima ſcilicet & corpus: partes autem Chriſti: altera eſt increata, ſcilicet Divinitas, altera creata ſcilicet humanitas.

* *Gloſſa Caniſiana* p. 291. difficile intellectu eſt, cum aſſerit auctor ille, quiſquis fuit, animam Petri non eſſe ejuſdem ſubſtantiæ cum animis aliorum hominum: & corpus Petri non eſſe ὁμοούσιον ſive conſubſtantiale corporibus reliquorum hominum, cum omnes animæ humanæ & corpora humana ſint ejuſdem ſpeciei: nec video, qua ratione aſſertio iſta aut explicari, aut excuſari queat.

*Tantum vetus Catholicus Caniſius.*

Inter novos Catholicos ſurgat *Antonius Poſſevinus*, in refutatione D. Davidis Chytræi ſimilitudinem Athanaſianã enarrans: Animæ, inquit cum corpore unio, quæ ſimilitudo à Patribus uſurpata rationem attingit hypoſtaticã, potuiſſet aliquatenus iſtas diſpellere tenebras, ſi ea, qua decet methodo in diviniſſimis iſtis myſterijs (ſicut noſtri Theologi faciũt) progredi voluiſſent. Sicut enim (ajunt) duæ in homine naturæ ſic diſtin-

tur, ut tamen non duas perſonas, homineſvé, ſed individuum unum, ex duplici natura, ſpirituali & corporea conſtituant, ita in Chriſto fit, ut nõ duo Chriſti evadant, ſed duæ naturę ſic conjungantur, ut tamen (ſicut diximus) non cõfundantur, aut altera in alteram tranſeat, vel commutetur. Ac quemadmodum anima cum corpore conjuncta, corpus animatum denominat: Sic divinitas cum humanitate hominem DEUM. Præterea ut animę cum corpore ſunt quædam actiones communes, quales ſunt; ſentire, appetere, triſtari, gaudere, amari: quædam autem propriæ, intelligere, velle: ſic divinitas quaſdam actiones ſeu ἐνεργείας humanitati Chriſti communicat, rerum nempe omnium peritiam & miraculorum effectionem, quasdam autem ſuæ naturæ proprias, & quas ad ſui perfectionem natura humana non requirit, ſibi reſervat, cujusmodi ſunt omnipotentia, æternitas, & ſi quæ aliæ ſunt ejuſmodi. Ut verò anima multa per corpus gerit, per quod legit, ædificat, ferit, plura verò per ſe ſine corporis adminiculo adminiſtrat, ut cum quaſi ſoluta corporis contagione meditatur & contemplatur æterna: ſic divinitas multa per Chriſti humanitatem exercuit, per quam miracula edidit, cœleſtem ſapientiam nunciavit mundo, ſalutem noſtram eſt operata, in Euchariſtia corpus ipſum Chriſti & gratiam confert, corpora menteſq; alit, Pontificis & Mediatoris officium obit, & pleraque alia exequitur maximè ſalutaria. Verum enim verò ut anima non omnia verè & eſſentialiter cum corpore cõmunicat; *ſed duntaxat verbotenus*: corpus enim humanum non dicitur rationis concilijq; particeps *niſi per accidens*; rurſumq; corpus non communicat cum mente omnia, quæ ſibi ſunt propria, niſi quadam conſecutione, neq; enim ſecabilitatem, morbos, mortalitatem & ſimilia ei tribuit: ita divinitas non univerſas ſuas proprietates humanitati largitur: & viciſſim humanitas ſuas divinitati non tribuit, niſi per idiomatum communicationem: ſic enim Chriſtus homo æternus dicitur omnipotens, ubiq; conſiſtens, quia DEUS etiam eſt, cujus hæc ſunt attributa, & quaſi notæ propriæ. Poſtremo quemadmodum actiones utriuſq; toti compoſito verò tribuuntur, quæ alioquin aturis ſeparatis tantummodo convenirent, ſic enim homo intelligit, vult, ratiocinatur, medicinam facit, negotia exercet, ægrotat; cum tamen intelligere, velle, ratiocinari, functiones huic animę proprię, ęgrotare vero, ſitire, eſurire, corporis: reliquæ utriq; cõmunes: ita *toti* perſonæ Chriſti omnia abſolute tribui poſſunt, quæ ſingillatim de altera naturarum prædicantur: Chriſtus enim æternus eſt & temporalis, infinitus & fini-

finitus, ubiq; & nō ubiq; contraria profectò multa propter diversas naturarū proprietates in se unū colligens. Hæc cū ita sint, illa interim attentè retinenda sunt quæ ijdē Theologi addunt. Inprimis nō sicut anima & corpus hominem secundū substantiam cōponunt, ita non esse intelligendū, divinitatem & humanitatē partes esse Christi constituentes. Deinde si unio divinitatis humanitatisq; æquaret unionem animæ & corporis, Divinitas esset forma humanitatis, eaq; unio esset essentialis, cū tamen sit tantū personalis. Præterea efficiunt hominem anima & corpus sicut potestas & actus, sicut materia & forma. Atqui utraq; natura hic actus est & velut forma. Rursum ex anima & corpore efficitur tertium quid, quod nec anima est, neq; corpus, scilicet homo, utraq; natura constans. Sed Christus tantum significat unam personam, habentem duas naturas. Postremò ex anima & corpore fit quoddā quod neq; proprium est corporis neq; animę, sed utriq; commune. Ex natura autem Dei, & humana nullum suppositū efficitur, sed id quod erat divinum suppositum, sustentat utramq; naturā.

*Tantum Possevinus.*

Possevini opinio hoc fundamento nititur:

Quicquid totius est, id non etiam est partis.
Esse ubique est totius Christi.
Ergo esse ubiq; non est partis, carnis assumtæ.

Respondetur ad majorem per distinctionem: totum aliud est integrale, aliud physicum, aliud accidentarium, aliud totum Hypostaticū seu personale: hoc Totum personale non habet quidquam per omnia simile, in tota rerum universitate. 1. Nam in persona Christi ex natura & persona constituitur totum hypostaticum: at in nullo toto philosophico ex natura & persona constituitur totum hypostaticum. Ergo nullum totum Philosophicum coincidit cum nostro toto. 2. In persona Christi altera natura, etsi ex perfectissimis composita sit principiis, nihilominus tamen est ἐνυπόστατος. Sed nulla pars Philosophici totius, si est perfectissimè composita substantia prima est ἐνυπόστατος, sed potius propria personalitate subsistit. Ergò duæ naturæ Christi non coincidunt planè cum aliis partibus rerum naturalium, nec Christus ceu totum est idem cum aliis rebus compositis. 3. Omne totum philosophicum est vel essentiale, vel accidentale, sed Christus nec est totum essentiale, nec accidentale, verùm personale. Ergò Christus non potest referri ad totum philosophicum. 4. Omne totum philosophicum est realiter diversum quid-

dam à ſuis principijs, de quibus non poteſt prædicari. Atqui Chriſtus non eſt diverſum quiddã præter ſuas naturas, ſed ipſæ ſuę naturę, & poſſunt de ſe invicem prædicari: Chriſtus eſt homo, Chriſtus eſt filius Dei, &c. ergo Chriſtus abſurdiſſimè applicatur ab Herodoxis ad toti⁹ Philoſophici diviſionem. 5. Nullæ partes totius naturalis poſſunt de ſe invicem enunciari: ſed Deus eſt homo, & homo eſt Deus, in his prædicationib. natura ſingularis enunciatur de perſona, & perſona ſingularis enunciatur de ſingulari natura. Ergo duæ naturæ Chriſti, ceu partes totiùs perſonalis ineptè accommodantur ad partes totius integralis.

Concludamus cum Concilij Epheſini Tom. 5. p. 60. Præſide Cyrillo Alexandrino adverſus Neſtorium: γέγονε τοίνυν ἴδια μὲν τοῦ λόγου τὰ τῆς ἀνθρωπότητος· ἴδια δὲ πάλιν τῆς ἀνθρωπότητος τὰ αὐτοῦ τοῦ λόγου: Εἷς γὰρ οὕτω νοεῖται χριστὸς καὶ υἱὸς καὶ κύριος. Facta ſunt igitur Verbi propria, quæ ſunt humanitatis: rurſus humanitatis propria, quæ ſunt ipſius verbi, ſic namq; unus Chriſtus & filius & Dominus intelligitur: ut anima & corpus conſtituunt unum hominem: ita divina & humana natura unum Chriſtũ. Atqui durante unione animæ & corporis, nec anima eſt extra corpus, nec corpus extra animam, ſed ubi eſt anima ἐνσώματος, ibi corpus, & ubi corpus ἔμψυχον, ibi eſt anima: Sic durante unione divinæ naturæ, τοῦ λόγου & aſſumtæ humanæ naturæ, nec ὁ λόγος σαρκωθεὶς eſt extra carnem, nec caro ἐνυπόστατος, eſt extra λόγον: ſed ubi ὁ λόγος ἔνσαρκος, ibi caro, & ubi caro ἑνωθεῖσα, ibi etiam ὁ λόγος, quæ eſt mutua naturarum Unitarum περιχώρησις.

## IV.
## De Creatione.

Adam Tanner in omnes partes Summæ p. 33. Certè de origine animæ graviſſimi dubitarunt veteres, Auguſtinus, Eucherius &c. Imò eam per traducem gigni, *maxima pars Occidentalium ſenſit*, ut teſtatur Hieronymus.

Auguſtinus Tom. 2. epiſtola 86. p. 251. occidentis loca, in quibus Roma eſt.

*Lucas VVaddingus* p. 202. ferè plures habuit fautores ſiniſtra & contraria opinio, animas videlicet ex traduce, quàm vera, quam modo ſectamur, ſententia, eaſdem à Deo immediatè creari.

Theodoretus Græcar. affection. ſermone 5. p. 73. Democritus, Epicurus & Ariſtoteles animã corruptibilem eſſe, impudenter aſſeruerũt.

Epi-

Epicurus in libro cui titulus eſt, *μεγάλη ἐπιτομὴ* ſcribit, *ἀλλ' οἱ λέγοντες ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν ματαιάζουσιν.* Quod qui dicunt, incorpoream eſſe animam, *inſaniunt.*

## V.
## De Angelis bonis & malis.

CEnturia decima quinta docuit Claudius Eſpenceus, qui de cœlorum animatione ita ſcribit p. 132. Aureolus, Ritius, Archangelus. Longa argumentorum ſerie Aureolus convincere conatus cœleſtibus orbibus animam ut formam inſiſtere, non alienum putat, eorundem implorare ſuffragia *& colore δουλείας*, niſi quod ex hoc poſſit facilè ſcandalum puſillis ingeri, ut à duliæ adoratione (quod crebrò *prioribus ſeculis contigiſſe legimus*) tranſirent in Latriam, & mutarent incorruptibilis Dei gloriam, in alicujus creaturæ imaginem. Ut & Thomas ſuo ante loco allegatus reſpondit, etiamſi cœleſtia eſſent animata, fas tamen non eſſe, nec licere *ea invocare*, ut auferatur Idololatriæ occaſio.

Parif. 1574.

*Ariſtoteles* non credidit Diabolos eſſe. Ocellus Philoſophus p. 25. Ariſtoteles verò (ut omnes contendunt Peripateticæ Sectæ Philoſophi) Dæmones eſſe omninò negavit, quippe qui nullam aſſeruit inveniri mentem, à materia ſeparatam, quæ aliquam cœleſtem ſphæram non moveat.

Peripatetici inficiantur, Dæmones eſſe referente Hieronymo Magio variarum Lectionum l. 4. c. 12. p. 203. Venetiis 1564. *Polydorus Virgilius de prodigiis l. 1. p. 133.*

D. Tanner Tom. 1. p. 1747. Cœli nec à ſeipſis ſeu forma ſua intrinſeca, nec immediatè à Deo, ſed ab intelligentiis ſeu angelis aſſiſtentibus moventur, ex Platone, Ariſtotele, Bonaventura, Pereno, Toleto, Suarez. &c.

*Theſes* Phyſicæ de corpore ſimplici cœleſti Præſide *Iacobo Schwanger* Soc. Jeſu theſi 42. p. 15. Cœlum & aſtra non moventur effectivè à ſeipſis, & ab intrinſeca forma, neque immediatè à Deo ſolo, ſed ab Intelligentiis ſeu angelis, tanquam formis aſſiſtentibus, &c.

*Drexelius* in Horologio angeli tutelaris p. 219. Unicus angelus ſummum cœlum tot millibus annorum velut per otium circumducit, rotatu tamen aſſiduo ac præcipiti, ut Sol hora unica 260000. ducenta

ſexaginta millia milliarium germanicorum percurrat,&hic ſupremi cœli curſus eſt quo & orbes cæteros ſecum rapit, incredibili celeritate, quam ei confert angelus.

Verum enim verò ſuos fratres correxit

*Leonhardus Leſſius*, de perfectionibus divinis l.11.c.8. multisque rationibus ſuadere nititur, cœlos à ſolo Deo immediatè moveri.

Non eſt diſſimulandum in centuria decima quinta fuiſſe invocatos angelos, quæ Bernhardum ſecuta Tom.1.p.327. Et hæc dixerim fratres, ut ampliorem de cætero erga beatos angelos fiduciam habeatis: ac proinde familiarius in omni neceſſitate veſtra, eorum invocetis auxilia,&c.

Rectius docuit Athanaſius orat.3. contra Arianos p.204. creatura creaturam non adorat, ſed quæ ſervilis ſunt conditionis, Dominos. Quocirca ſolius Numinis eſt adorari: neque id ab Angelis ignoratur, qui quanquam cæteros gloria tranſcendunt, creaturas tamen ſe eſſe, neq; in claſſibus adorandorũ, ſed adorantiũ agnoſcunt ſe comparari debere.

Et Auguſtinus Tom.5. de civitate Dei l.10. c.26.p.319. Undè optimè admonet etiam ipſe Platonicus, *imitandos eos potius, quam invocandos*.

Ubi invenis in Moſe cultum angelorum? σέβειν ἀγγέλους? Origenes contra Celſum l.1.p.21.

Straßburg 1493.

*Johannes Nider* **Prediger Ordens zu Nürnberg** die guldene Harpffen.

e ij. b. Zweyerley Menſchen haben Gewalt über den böſen Geiſt/ aber mit Vnterſchid. Den Böſen iſt er mit Willen gehorſam von jhr Sünden wegen/darũm daß er ſie zu groſſen Sünden bringt. Aber den Andächtigen muß er gehorſam ſeyn/ aber er thut es unwillig/ die Guten zwungen jhn mit der Gnad deß H. Geiſtes / als S. Vlrich / der bezwang jhn einesmals/daß er jhn muſt in einer kurtzen Stund gen Rom tragen/darum er den Bapſt vor einer groſſen S[illegible] behüt/das muſt jhm der Teuffel ſagen/daß er den Bapſt wolt gef[illegible] haben.

VI.

## De imagine Dei in homine.

IN ſeculo decimo ſexto docuit *Hilarion Genuenſis* Monachus Benedictinus, de amore erga Deum orat.1. & aſſeruit, hunc noſtrum amorem

rem eſſe ingenitum in nobis omnibus, à primæva conditione haberi, nobiſcum naſci.

Rectius D. Lutherus tom. 4. Latino Jenenſi p. 58.b. in cap. 2. ad Galat. Hoc ſtante, ſic ratiocinati ſunt. Si naturalia ſunt integra. Ergò & intellectus purus, & voluntas bona & integra eſt. Et ſic per conſequens omnia perfecta ſunt. Iſta expedit vobis ſcire, ut puritas doctrinæ fidei conſervetur. Cum igitur dicunt Sophiſtæ *naturalia eſſe integra*, concedo hoc. Si autem inferunt: ergo homo poteſt implere legem, Deum diligere? &c. Hic nego conſequentiam & diſtinguo naturalia contra ſpiritualia, & dico ſpiritualia non eſſe integra, ſed *corrupta*, imò per peccatum prorſus *extincta eſſe* in homine & Diabolo, ita ut nihil ibi ſit, quàm intellectus depravatus & voluntas inimica & adverſaria Dei, quæ nihil cogitat, quàm ea, quæ contra Deum ſunt. Quare naturalia, quidem integra ſunt, ſed quæ naturalia? Quòd homo in impietate merſus & ſervus Diaboli habet voluntatem, rationem, liberum arbitrium, & poteſtatem ædificandi domum, gerendi magiſtratum, gubernandi navem, & faciendi alia officia, quæ homini ſunt ſubjecta: Gen. 1. ea non ſunt ademta homini. Non eſt ſublata generatio, politia, Oeconomia, ſed confirmata eſt his dictis. Sophiſtæ autem traxerunt ea ad ſpiritualia, atque ita commiſcuerunt politica cum Eccleſiaſticis. Noſtrum eſt igitur iſta repurgare, & hæc ſcandala ex Eccleſia tollere. Concedimus ergò iſta dicta vera eſſe, ſed in loco, ſcilicet in regno corporali. Si verò traxeris in regnum ſpirituale coram Deo, negamus ea per totum. Hic enim prorſus ſumus in peccatis ſubmerſi: quicquid eſt in voluntate noſtra, eſt malum, quicquid eſt in intellectu noſtro, eſt error. Ideò homo in rebus divinis nihil habet, quàm tenebras, errores, malitias & perverſitates voluntatis & intellectus. Quomodo igitur operaretur, diligeret Deum? &c.

Ad hunc ſenſum ſcripſit Cyrillus Alexandrinus contra Anthropomorphitas c. 3. p. 59 *Nihil amiſimus eorum*, quæ ſubſtantialiter nobis inſunt. οὐδὲν γὰρ ἀποβεβλήκαμεν τῶν ὄντων οὐσιωδῶς.

*Gregorius Nyſſenus* in libro de virginitate c. 12. p. 105. divina omnis animi pulchritudo, è primigenia expreſſa, velut ferrum quoddam, peccati veneno deatrata eſt, non jam porrò inſitæ ac nativæ imaginis gratiam tueri potuit, ſed ad flagitii fœditatẽ *transformatus eſt* μετεμορφώθη, &c.

Eo-

Eodem modo in peccati ſordes præcipitatus, *cujus imaginem incorrupti DEI amiſit*, ἀπώλεσε μὲν τὸ, εἰκὼν εἶναι τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ.

## VII.

## De æterna Dei providentia.

ARiſtoteles quidem, aſſertore Johanne Oſorio Soc. Jeſû tomo 2. Veneto p.778. Dei providentiam negavit: centuria tamen decima quinta non negavit, ſecuta Chryſoſtomum homil.29. in Matth. p.285. Adhæc etiam illud diſcimus, non communiter ſolùm omnibus Deum providere, verùm etiam unicuique ſeparatim.

Secuta *Clementem Alexandrinum Pædagog.l.1.c.3.* in omnibus prodeſt, & in omnibus juvat Dominus & tanquam homo, & tanquam Deus. πάντα ὀνίνησιν ὁ κύριος, καὶ πάντα ὠφελεῖ, καὶ ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὡς θεός.

Credidit *Philoni* de agricultura p.147. Sunt qui pietatem in eo collocent, quòd Deum autorem ajunt rerum omnium bonarum atq; contrariarum, quos ſic licet alloqui. Hæc opinio veſtra partim laudabilis eſt, partim vituperabilis. Laudabilis, quia miratur eum, qui ſolus honore dignus eſt: vituperanda, quod nihil diſtinguit aut dividit. Debueratis enim non commiſcere confunderéque omnia, dum aſſeritis eum autorem omnium, ſed cùm diſtinctione tantum bonarum rerum cauſam in eum referre.

Εἰσί τινες οἱ τὸ εὐσεβὲς ἐν τῷ πάντα φάσκειν ὑπὸ θεοῦ γενέσθαι, τά τε καλὰ καὶ τὰ ἐναντία περιγράφοντες, πρὸς οὓς ἂν λέγοιμεν, ὅτι τὸ μὲν ὑμῶν ἐπαινετόν ἐστι τῆς δόξης, τὸ δ᾽ ἔμπαλιν ψεκτόν. Ἐπαινετὸν μὲν, ὅτι τὸ μόνον θαυμάζει τίμιον· ψεκτὸν δὲ παρ᾽ ὅσον οὐδὲ τομῆς καὶ διαιρέσεως. ἔδει γὰρ μὴ φύρειν καὶ συγχέειν, οὐ πάντων ἀθρόως ἀποφήναντας αἴτιον, ἀλλὰ μετὰ διαστολῆς, μόνων ὁμολογῆσαι τῶν ἀγαθῶν.

Hinc *Athenagoras* p.27. Idcircò angelos creavit, ut rebus à ſe digeſtis providerent. Quamvis enim ipſe univerſali ſua & communi providentia univerſis proſpiciat: particularem tamen rerum ſingularum, quæ cuique fuerint commiſſæ, angelis impoſuit.

*Multa fiunt contra Dei voluntatem, ſed non præter Dei voluntatem.* Auguſtinus Tom.3. in Enchiridio ad Laurentium cap.100. p.132. Propterea namque magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates ejus,

ejus, ut miro & ineffabili modo non fiat *præter* ejus voluntatem, quod etiam *contra* ejus fit voluntatem, quia non fieret, si non fineret, nec utiq; nolens finit, sed volens. Nec fineret bonus fieri malè, nisi omnipotens etiam de malo facere posset benè.

Centuria hac decima quinta vixit & docuit Hieronymus Oforius lib. 9. de Justitia p. 129. b. cum video hominem amentia præcipitem in exitium sponte sua ferri, non ideò furit ille, quia furentem illum cerno; sed ideò cerno furentem, quia ante oculos meos furit: ita cum Deus hominem omnibus antè seculis peccaturum novit, non ideò peccat homo, quia fuit peccatum illius à Deo prævisum, sed ideò prævidit Deus peccatum illius, quia is homo erat peccaturus.

Cum Hieronymo Oforio consentit Chrysostomus in Psal. 134. p. 496. Magna est Dei sapientia, & in rebus difficillimis & impeditissimis viam exitumque invenit.

In Psal. 138. p. 523. Præscientia Dei, hominem bonum aut malum non facit.

Chrys. de prophetiarum obscuritate p. 930. neque enim præscientia malitiæ causa fuit mi homo, absit. Non enim rebus futuris adfert necessitatem, sed prævidet tantùm. Non quia prædixit Christus, factus est proditor ille, sed quia proditor futurus erat, Christus idcircò prædixit.

Hieronymus tom. 4. in Ezech. c. 2. p. 334. Non enim ille ventura cognoscit, necesse est nos facere, quod ille præscivit: sed quod nos propria voluntate sumus facturi, ille novit futurum quasi Deus.

*D. Luther Tom. 5. Ienensi* pag. 47. super Psal. 118. Ich halte darfür, unser jetziger Fried und Stand hang an einem seidenen Faden, ja er schwebe schlecht in der Lufft allein in Gottes Händen, über und wider unsern Willen und Gedancken, und wider aller Teuffel Wüten und Toben. Dann da menschliche Weißheit und Gewalt jetzt solt Teutschland regiren, es lege morgen auff einem Hauffen.

Hinc Salvianus l. 7. de Gubernat. p. 258. Si quando nobis prosperi aliquid præter spem nostram & meritum Deus tribuit, alius adscribit hoc fortunæ, alius eventui, alius ordinationi ducum, alius consilio, alius magistro, alius patrocinio, *nullus Deo.*

## VIII.

# De Peccato.

AUgustana Confessio in centuria decima quinta credit cum Augustino Tom. 7. de nuptiis & concupiscentia l. 2. c. 3. p. 564. Catholici dicunt humanam naturam à creatore Deo bono conditam bonam, sed peccato vitiatam, Christo medico indigere.

Lib. 2. c. 34. p. 583. Unde illo magno peccato primi hominis *natura ibi nostra in deterius commutata*, non solùm facta est peccatrix, verum etiam genuit peccatores. Et tamen ipse languor, quo bene vivendi virtus periit, *non est utique natura*, sed vitium, sicut certè mala in corpore valetudo, non est ulla substantia vel natura, sed vitium, & licet non semper, tamen plerumque malæ valetudines parentum ingenerantur quodammodo & apparent in corporibus filiorum. Peccatum *quod mutavit hominem in pejus*, multò est grandius, quàm judicare nos possumus.

*Michael Bajus*, excellens Theologus, qui hac centuria decima quinta vixit, & Concilio Tridentino interfuit, ut refert Possevinus tom. 2. p. 439. Ad rationem & definitionem peccati non pertinere voluntarium, nec definitionis quæstio est, sed causæ & originis, utrum omne peccatum debeat esse voluntarium.

D. Hunnius Tomo 1. p. 455 de Peccato: Dico esse vanum commentum ex confusione principiorum in diversis disciplinis ortum & natum. Quanquam enim in Philosophia morali affirmatum illud suum habet locum ac receptum: id tamen in Theologiam invehere & Philosophica illa sacris immiscere, profanum est: siquidem in Theologia seu Scriptura sacra præter voluntaria peccata prohibentur & damnantur etiam interni motus inordinati, cogitationes malæ, concupiscentia prava, si maximè assensum voluntatemque illi non accommodes, quin ipsiusmet naturæ perversitas.

Idem Michael Bajus apud Possevinum Tom. 2. p. 440. prava desideria, quibus ratio non consentit, & quæ homo invitus patitur, sunt prohibita præcepto, non concupisces.

Lutherani credunt & loquuntur cum Gregorio Nazianzeno orat. 1. in Julianũ p. 758. Deus nullo modo causa est mali, quippe natura bonus vitiumque ejus est, qui elegit. Ἀναίτιον παντάπασι κακῶν τὸ Θεῖον, ἀγαθὸν

ἀγαθὸν τῇ φύσει τυγχάνον, καὶ τῷ προειλημένῳ τὰ τῆς κακίας.

Lutherani hoc didicerunt à Fulgentio ad Monimum l.1.c.22.p.91. Absit hoc à nobis, atque ab omnibus Christianis, ut causam cujuslibet peccati quisquam deputare divinæ audiat æquitati. Cum nec malitiæ nec impietatis cujusquam causa esse possit, nisi in eo, qui malus atque impius fuerit.

Cui adstipulatur Hieronymus Tom.5.in cap.1.Amos p.95. Primum peccatum est cogitasse, quæ mala sunt. Secundum, cogitationibus acquievisse perversis. Tertium, quod mente decreveris, opere complesse. Quartum post peccatum non non agere pœnitentiam, & in suo sibi placere delicto.

Hieronymum dilucidius explicavit Tom.4. Latino Jenensi p.45. in cap.2.ad Gal. Ipsi (Sophistæ) peccatum mortale tantum intellexerunt de opere externo commisso contra legem, ut est homicidium, adulterium, furtum, &c. non viderunt peccatum mortale esse, ignorantiam, odium, contemtum Dei in corde, ingratitudinem, murmurationem contra Deum, aversari voluntatem Dei, carnem nihil posse cogitare, loqui & facere nisi contra Deum, pro Diabolo.

## De B. Virgine.

ALexander Monachus apud Gretserum Tomo 2. de Cruce. p.1098. inhabitans in utero sanctæ atque omni laude dignissimæ Virginis Mariæ, quæ antea anima pariter & membris omnibus *fuerat à Spiritu Sancto purificata.*

Καὶ ἐνοικήσας ἐν τῇ νηδύϊ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, προκαθαρθείσης, αὐτῆς τῷ ἁγίῳ πνεύματι, τὴν ψυχὴν σὺν τοῖς μέλεσιν.

Ita Gregorius Nazianzenus in Christi nativitatem pag. Lat. 591. atque humana omnia, excepto peccato suscipit, conceptus quidem ex Virgine, *animo & corpore purgata.* Κυηθεὶς μὲν ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα προκαθαρθείσης.

Ita *Fulgentius* de Incarnatione & gratia Domini nostri Jesu Christi cap.6.p.664. Caro quippe Mariæ, quæ in iniquitatibus fuerat humana solennitate concepta, caro fuit utique peccati, quæ Filium Dei genuit in similitudinem carnis peccati. *Et Antoninus* part.3.titulo 24. cap.11 §.3.

 pag.

pag.315. de S.Brigita. Ipsa revelationem, ut asserit, habuit, Virginem Mariam conceptam sine originali peccato *B. Catharina de Senis*, non (ut creditur) minoris sanctitatis, & canonicata, habuit revelationem in contrarium. Et cum spiritus Prophetarum non sit contrarius, quia unus & idem est, nec sibi contrarius, dicere oportet, quòd una earum habuit revelationem à DEO propheticam, altera verò somnium & phantasiam secundum affectum suum.

*In 12. Antverpiæ 1618.*

*Manuale FF. Minorum* p.176. Hoc anno 1617. S.D.N. Paulus V. vetuit sub pœnis & censuris gravissimis, ne quis de cætero audeat asserere in concionibus, lectionibus, conclusionibus & aliis actibus publicis, B. Mariam cum peccato conceptam fuisse, idque ob scandala & turbationes inde subortas. Opinionem alteram licet quidem tenere & defendere, non damnando neque impugnando priorem.

*Privilegia sacrorum ordinum* Fratrum Mendicantium & non mendicantium collecta & excusa Venetiis 1616. pag.191. sub censuris & pœnis Ecclesiasticis prohibetur quibuscunque Regularibus & aliis omnibus ne de gloriosa DEI Genitricis Mariæ conceptione disputent.

*Nicolaus Cusanus* Tom. 2. p.86.b. Nam etsi ipsa (Maria) concepta fuit ex virili semine, via propagationis ab Adam, & quantum ad suum initium, *indiguit Liberatore*, quia in Adam, nisi liberentur aut præserventur, omnes moriuntur, &c.

Sancta creata fuit, &c.

Idem Tom.2. Exercitat. l.8. p.153. Hoc cedit ad laudem DEI & Virginis Mariæ matris, quod ipsa sub principatu Auctoris mortis nullo unquam tempore fuit, in qua vita debuit incarnari: *Non indiguit Virgo Liberatore*, qui ipsam absolveret à sententia in Adam & in posteros, &c.

P.186. Legitur concepta Maria sine voluptate viri & carnis, sicut tempore innocentiæ concepti fuissent omnes sine peccato.

Rosengarten *Quirini Rest* in der 2. Predigt von der Empfängnuß Mariæ p.21. Die H. Jungfraw Maria/die Mutter Gottes hat bedörfft der Erledigung/und deß Leidens Christi/nicht von wegen der Sünd/als were sie dardurch vermählicht worden/ sondern von wegen der Sünd/die in jhr weren gewest/ wo nicht Gott der Allmächtig auß sonderer Vorbehütung und Fürsehung sie behütet hätte.

*Capetius*

*Capetius* p.130. Ex quo evidenter apparet error congregatorum in Concilio Basileensi dicentium Mariam præservatam esse ab omni macula originali & sublimiori sanctificationis genere.

*Rutilius Benzonius* de anno Jubilæo pag.95. De pœnitentiæ & extremæ unctionis Sacramento, dubium est aliquod inter Doctores.

Aliquibus placet Virginem pœnitentiæ sacramentum non suscepisse, quòd materiam illius sacramenti non habuerit, id est peccatum nullum mortale vel veniale. Ita *Sotus* in 4.dist.14.quæst.1. articulo 2.& dicit, ridiculum esse quod dicitur Alberto, solitam fuisse confiteri Johanni Evangelistæ.

Contrarium docent Paludanus, Albertus, Bustus, Canisius.

*Franciscus à Victoria* in summa Sacramentorum Ecclesiæ p.73. falsissimum est, quod quidam fingunt, scilicet quòd confitebatur B. Johanni Evangelistæ.

Legatur Hispanica Legatio Philippi III.& IV. ad Paulum V. & Gregorium XV. descripta à Luca Waddingo Hiberno, Ordinis Minorum, Lovanii 1624.

Centuria decima quinta non ubique & semper de causa peccati rectè sensit. Nam

*Ludovicus Granatensis* in festo S.Matthiæ p.193. Cujus rei causam subdit, nisi hanc, ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Neq; enim Christianus homo in operibus, judiciis, electionibus divinis aliam causam, quàm divinam voluntatem (quæ prima totius æquitatis regula est) quærere debet.

*Ferdinandus Vellosillus* in advertentiis p.35. Paulus concludit Deum aliquos eligere ad vitam æternam, & alios reprobare sine alia aliqua causa *præter ipsius meram voluntatem*. Et excludens omnia quæ excogitari possunt, &c.

Horrendum hoc dogma hausit Granatensis & Vellosillus ex *Cassiano*, collat. 13.p.420. Qui enim, ut pereat unus ex pusillis, non habet voluntatem, non universaliter omnes, sed *quosdam salvos fieri velle pro omnibus*.

Veriorem & sinceriorem sententiam discere potuissent ex Salviano, contra avaritiam l.3.p 124. scribente: cujus rei quidem causam aliam omninò invenire non possum *nisi solam tantummodo incredulitatem atque*

*perfidiam*, id est, quod judicandos se à DEO homines esse non putent, aut resurrecturos omninò esse non credant.

Hinc in Colloquio Mompelgartensi p. 130. *D. Iacobus Andreæ* inquit: intrepidè dico, tam causam salutis in pijs, quam causam judicij in impijs esse hominibus.

*Iacobus Sadoletus* Cardinalis, qui in hac centuria decima quinta vixit ad Gasp. Contarenum p. 216. Primum tibi prædico, me in illa de libero arbitrio sententia, non omninò assentiri Augustino, qui libertatem nostræ voluntatis perspicuè aufert.

Nec tamen, si non consentio cum Augustino, idcircò ab Ecclesia Catholica dissentio, quæ tribus tantùm Pelagij capitibus improbatis, cætera libera ingenijs & disputationibus reliquit.

*Paris. lat.*

Inde ortum est *Modiculum Erasmianum*, cujus semina jecit etiam Chrysostomus in oratione, quòd nemo lædatur, nisi à seipso p. 671. Cum ipsi (Socij Danielis) omnia quæ in se erant & in potestate sua fecissent, adest continuò etiã DEUS, quæ in ipso sunt, ipse jam complet. Non ergo solius DEI est opus illud, sed initium datum est ex proposito ipsorum.

*Græcè p. 180.*

*Καὶ, ἐπειδὴ πάντα τὰ παρ' ἑαυτῶ λοιπὸν εἰς. φέρειν. ὐδὲ γὰρ τῶ Θεῶ μόνω τὸ κατόρθωμα ἦν (ἐπεὶ τί ἔμελλον ἐκεῖνο μισθὸν λαμβάνειν.) ἀλλὰ τῆς ἐκείνων γνώμης ἡ ἀρχὴ ϗ τὰ προοίμια.*

## IX.

## De Libero Arbitrio.

CEnturia 15. credidit cum Augustino Tom. 7. lib. 3. Hypognosticon c. 10. p. 604. editionis Antverp. Est igitur liberum arbitrium, quod quisquis esse negaverit, catholicus non est: & quisquis sic esse dixerit, quod sine Deo bonũ opus, id est, quod ad ejus sanctum propositum pertinet, nec incipere nec percipere possit, Catholicus est:

Cum Bernardo Tom. 1. p. 627. ita planè conversio animarum opus divinæ vocis est, non humanæ.

*N. 6.*

FLORES GREGORII MAGNI.

Sed in his considerandum, quia si bona nostra sic omnipotentis Dei dona sunt, ut in eis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro meritis æternam retributionem quærimus? Si autem ita nostra sunt, ut dona DEI omnipotentis non sint, cur ex eis omnipotenti DEO gratias agimus? sed scien-

sciendum est, quia mala nostra solummodò nostra sunt, bona a. nostra & omnipotentis Dei sunt & nostra, quia ipse aspirando *nos prævenit, ut velimus*, qui adjuvando subsequitur, ne inaniter velimus, sed possimus implere quæ volumus. Præveniente ergo gratia, & bona voluntate subsequente hoc quod omnipotentis Dei donum est, fit meritum nostrũ. Quod benè brevi sententia Paulus explicat dicens: plus omnibus illis laboravi. Qui ne suæ virtuti videretur tribuisse, quod fecerat, adjunxit: non autem ego, sed gratia Dei mecum. Quia enim cœlesti dono *præventus est*, quasi alienum se à bono suo opere agnovit. Non autem ego, *sed quia præveniens gratia liberum in eo arbitriũ fecerat in bono*, quod libero arbitrio eandem gratiam est subsecutus in opere, adjunxit: sed gratia DEI mecum, ac si diceret: in bono opere laboravi non ego, sed & ego. In hoc enim quod solo Domini dono *præventus* sum, non ego: in eo autem, quod donum voluntate subsecutus, & ego.

*Michael Bajus* Decanus Lovaniensis apud Possevinum appara. tom. 2. p. 439. Amor naturalis, qui ex viribus naturæ exoritur, ex sola Philosophia per elationem præsumtionis humanæ *cum injuria crucis Christi defenditur à nonnullis Doctoribus*.

Hoc defenderunt Gabriel Biel, Scotus, Durandus, Cajetanus, &c.

Tannerus quidem in Anatomia titul. 2. p. 48. ex Gregorio Ariminensi, nemo potest mereri primam gratiam de condigno, *nec etiam de congruo*.

Idem Tanner in Anatomia p. 121. vires integras ad bene operandum nullus Scholasticorum vel Catholicorum, humanæ naturæ post lapsum tribuit: non ergo manserunt integræ, naturales vires post peccatum, sed miserè debilitatæ, vitiatæ & diminutæ.

D. Tanner sui oblitus Tom. 1. fol. 786. posse hominem dolere de peccatis propter DEUM, super omnia dilectum, *ex proprijs viribus*, & hanc ille ultimam dispositionem ad gratiam habitualem justificantem, & meritum ad illam, non quidem condignum, sed *congruum*.

Rectius statuit Ferdinandus Vellosillus in advertentijs, Venetiis excusis p. 306. Quod actus ille naturalis *est meritorius de congruo*, quod in re idem est, quod Pelagius asserebat.

*Guevara* part. 11. fol. 377. Facti sumus ut immundi & justitiæ nostræ menstruatæ sunt, inquit Esaias c. 64. de peccatorum multitudine, & meritorum paucitate loquens, quasi diceret: tam ego, quam cæteri omnes.

nes peccatis ad summum usq; sumus contaminati. Quod si quæ bona nostra opera appareant, ea ad divinæ justitiæ puritatem examinata, quovis cœno, aut quacunque alia re *fordidiora videbimur.*

## X.
## De Lege.

JOannes Eccius Dominica 19. post Pentecost. hom. 2. p. 394. Dices, quo pacto servare potero mandatum illud tantum. Respondeo hic quoq; quamdiu sumus in hoc mundo & in nobis habitat peccatū, tyrannusq; ille lex membrorum in nobis regnat, *evolare non possumus utraq; ala*, charitatis ad Deum sine impedimento: quoniam corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum, multa cogitantem, ut jam non possimus liberè evehi ad cælestia, *imperfectè nos reddente Fragilitate* ista humana in corpore hoc mortali, adeo ut etiam David rectè dixerit: imperfectum meum viderunt oculi tui & item Esaias: omnes justitię nostrę sunt ut pannus menstruatę mulieris. Atq; ideò pręceptum hoc *in hac vita perfecte non impletur*, sed in illa demum patria, quando associabimur choris beatorum, tunc enim laudabimus & videbimus eum, citra omne impedimentum, in secula.

Sic *lex*, inquit Lutherus in cap. 3. ad Galat. per accidens cum suo officio etiam prodest ad justificationem, non quidem justificans, sed urgens ad promissionem gratiæ & faciens eam suavem ac desiderabilem. Quare Legem non abrogamus, sed indicamus verum officium & usum ipsius, quod scilicet sit utilissima ministra urgens ad Christum: ideo postquam te lex humiliavit, perterrefecit & prorsus contrivit, ut jam sis desperationi proximus, vide ut lege rectè noris uti. Quia officium & usus ejus est non solùm ostendere peccatum ac iram Dei, sed etiam compellere ad Christum.

*Tom. 4. Lat. Ien. p. 130.*

*Rutilius Benzon.* p. 217. è Cajetano Satisfactio nostra conjuncta satisfactioni Christi, ut est satisfactio mysticæ personæ, non solum est æquatio simpliciter, sed etiam quandoque superexcedit juxta illud Pauli, adimpleo ea, quæ desunt, &c.

In alio extremo *est Iohannes Methina*, in codice de pœnit. tract. 5. q. 1. quemadmodum negavit, Christum DEO ex pura justitia satisfecisse seclusa DEI libera acceptatione, sic consequenter negat, hominem justum

stum posse DEO, etiam in virtute passionis Christi, ex rigore justitiæ satisfacere.

*Petrus Chrysologus* serm. 123. p. 202. Homo coram homine de justitia, de innocentia, de merito forsitan glorietur: coram DEO qui se de innocentia jactat, de sua justitia gloriatur, homo non est.

*Michael Baius* apud Possevinum tom. 2. p. 440. Definitiva hæc sententia, DEUM homini nihil impossibile præcepisse, falsò tribuitur Augustino, cum Pelagij sit.

*D. Eccius* in Colloquio Ratisbonensi primo, an. 1541. habito I iij. Arrisit etiam mihi datam à Magistro possibilem mandatorum DEI observantiam, adjutorio gratiæ divinæ. Et nostri ita docent, licet venerabilis Magister in Apologia sua aliquando nostris hæc tribuit, & rectè facit, aliquando aufert, cui dissentimus.

Basilius M. p. 102. impium proinde sit asserere, præcepta Spiritus S. impossibilia esse observatu.

*Augustinus tom. 6.* contra Faustum l. 3. c. 7. p. 239. Deinde quia etiam sub gratia positis in hac mortali vita difficile est omni modo implere, quod in lege scriptum est, nõ concupisces: ille per carnis suæ sacrificiũ sacerdos effectus impetrat nobis indulgentiam, etiam hinc adimplemus legem, ut quod per nostrã infirmitatem minus possumus, per illius perfectionem recuperetur, cujus capitis membra effecti sumus.

*Cyprianus* serm. de Eleemosyna p. 124. Nec quisquam sic sibi blandiatur de puro atq; im̃aculato corde, ut innocentia sua fretus, medicinam non putet esse adhibendam vulneribus &c. &: quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est. &c.

*Blesilla* apud Hieronymum Tom. 1. epist. 25. p 157. Orate Dominum Iesum, ut mihi ignoscat, quia *implere non potui*, quod volebam.

Bernhard. tom. 1. p. 1530. *omnia illi desunt, qui nihil sibi deesse putat.*

*Stanislaus Grodicius* Soc. Jes. tom. 7. Quadripartitarum concionum p. 524. Noverã quendã simplicem quidem, nec literas callentem, at in spiritu ferventem Societatis nostrę, qui cũ à suo in religionẽ ingressu cuncta quæ præcipiebantur, celeriter perficeret, nec *repugnantiam* quam vocamus, *ullam* unquam sentiret, tandem cum quadam vice superior nescio quid illi demandaret, paulò post reversus dicere cœpit: pater reverende, *ego sum duo: duo*, inquit, *sumus*. Exigente verò superiore dicti hujus ex-

planationem, respondit: Ecce enim, quod ut jussisti, ego quidem facere volo: At est alter in me qui dicit: *Ne faciam: duo igitur sumus.*

Pag.152. **Chinische Historia** von dem Großmächtigen König Mogor, Maintz Anno 1598. Sonsten ist nicht ohne/ daß sie die Wissenschafft etlicher ihrer Ding/ vnd alten Königen/ nit lang nach der Sündflut (derselb sey gewest/ wann er wölle) viel alte Könige haben sie gehabt/ welche dermassen fromb gewest/ **daß vielleicht sie im Gesätz der Natur seyn selig worden**/ dann groß vnd fürtrefflich waren die Heroische Tugenden/ so von ihnen geschrieben vnd erzehlt werden.

*Johannes IV.* Papa Romanus apud Papirium Massonum Tom. 1. p. 115. Nam quis non execretur superbum eorum conamen & impium, dicentium posse sine peccato hominem existere, ex propria voluntate & non ex gratia Dei? Et primum quidem blasphemia & stultiloquium est: dicere esse hominem sine peccato, quod omninò non potest nisi unus mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, &c.

*Antonius de Guevara* tom. 1. p. 218. Ego sic statuo, nullum perniciosius esse peccatum, quàm propriæ justitiæ persuasionem, nec tutiorem justitiam, quàm confessionem culpæ.

Salvianus lib. 3. de gubernat. p. 73. ut intelligamus nos non modò non omnibus Dei obtemperare verbis, *sed nullis penè* illius obedire mandatis.

Idem lib. 4. de gubern. p. 133. Maxima quippè accusatrix hominum noxiorum est usurpatrix innocentiæ arrogantia.

## De Evangelio Pontificiorum æterno.

M*Artinus Polonus* ad annum Christi 1260. p. 219. 221. Hic (Alexander IV.) reprobavit duos pestiferos libellos, quorum unus dicebat, quòd omnes religiosi, & verbum Dei prædicantes, de Eleemosynis vivendo, salvari non possent. Alter verò asserebat inter cætera, quòd Evangelium CHRISTI & doctrina N. Test. neminem ad perfectionem perduxit, & evacuanda erat anno Domini 1260. & in sexagesimo anno deberet inchoari doctrina *Joachim*, quam conditor libri nominavit *Evangelium æternum*, totam hominum salvandorum perfectio-

ctionem in illo ponendo, & etiam dicebat, quòd Sacramenta novæ legis in hoc anno evacuarentur. Quæ omnia & autoritas Apostolica & prædicti temporis sequens experientia exsufflavit.

*Nauclerus* volum. 2. generat. 42. p. 835. Cùm igitur ab Alexandro IV. peteretur reprobatio status fratrum Mendicantium, tanquam non valentium salvari in eodem statu, vocati sunt prælati & magistri Ordinum Mendicantium. &c. Combussit etiam Idem Alexander libellum pestiferum asserentemq;, Evangelium Christi & doctrinam N. Test. neminem ad perfectionem adduxit, & evacuandum esse Evangelium anno 1260. ex tùnc debere incipere *Evangelium æternum* & lex Spiritus. Quæ doctrina ex libris *Joachim*, ut invidi canes latrant, vel potiùs *Almarici* cujusdam, de quo supra 40. circa finem sumta dicebatur, ubi & de evacuatione Sacramentorum eodem tempore scribebatur, quæ omnia, etiam experientia temporis exsufflavit.

*Nauclerus* generat. 40. p. 797. Fuit his ferè temporibus (Innocentii III. *Almaricus*, Carnotensis Episcopus, famâ ingenij clarus, qui cum apud Parisios, nõ parva opinione doctrinæ vigeret, docuit quoq;, Christianos membra Christi corporis esse, affectioni subjectos fuisse, cum Christus pateretur. Sed error, Pontificis Innocentii studio damnatus est: è qua ignominia *Almaricus* paulò post decessit.

Hujus accensi stimulis, quidam novos & inauditos errores confinxerunt, qui inter cætera asserere conabantur, quòd Patris potestas duravit, quamdiu viguit lex Mosaica, & quia scriptum est, novis supervenientibus adjicietis cætera, postquam Christus venit, absoluta dicebant omnia V. Test. Sacramenta, & viguisse illam legem usq; ad illud tempus, quo prædicabant talia. Illo ergò tempore dicebant nova Sacramenta finem habere & Spiritus S. tempus advenisse: ideoq; confessionem, Baptismum, Eucharistiam, & alia Sacramenta, sine quibus non est salus, locum de cætero non habere, sed unumquemq; per gratiam sancti Spiritus tantum *interius*, sine aliquo exteriori actu posse salvari.

# XI.

# DE EVANGELIO.

## De Satisfactione.

*Venetiis 1586. in 12.*

F*r. Franciscus à Victoria* in Summa Sacramentorum p.134.b. Quæritur ergò, utrum aliquis possit satis facere? Resp. quòd satisfactio est pars justitiæ, justitia autem exigit æqualitatem. Et si loquamur propriè de æqualitate, ut satisfactio importat reddere æquale, dico, quòd nemo potest satisfacere. Quia nemo potest reddere Deo æquivalens. etiamsi non peccassemus: &c.

p.135. Si verò loquamur de æqualitate proportionabili, quando ego facio quod possum, dico, quod hoc modo possumus satisfacere Deo, etiam propriè capiendo satisfacere, vel si vultis ex benevolentia acceptantis.

Ad quæstionem igitur, cum dicitur, *an homo possit Deo satisfacere?* Dico quod si consideretur homo secundum sua naturalia, seclusa gratia, nullo modo potest satisfacere pro peccato. Quia quicquid possumus dare Deo sine gratia, est nullius momenti. Cum enim omnes justitiæ nostræ sint coram Deo tanquā pannus menstruatus, ut ait Propheta. It. quicquid possumus facere, debemus Deo propter beneficia recepta. 1. Paral. 29. Tua sunt Domine omnia; quæ de manu tua recipimus, reddim⁹ tibi. Et sic sine gratia est impossibile satisfacere Deo ad æqualitatem. Nec etiam sine gratia, ex acceptione Dei possumus satisfacere. Dicere enim quod Deus accepta opera nostra, est dicere, quod illa sunt accepta & grata Deo. Posset quidem Deus remittere sua omnipotentia peccata, sive actus existentis in peccato, sed hæc non esset satisfactio, sed condonatio pura & remissio.

Secundo potest homo considerari in gratia. Et secundū hanc consideratione͂, si non habeamus respectum ad passione͂ Christi, adhuc non potest satisfacere ad æqualitate͂. Quia non sunt condignæ passiones huj⁹ temporis ad futuram gloriam. It. quia illa opera sunt nostra, & si habent fructū, est ex parte Dei, potest tame͂ talis satisfacere ex liberalitate acceptātis.

Si verò consideretur homo in gratia, prout gratia est effectus passionis, sic *propriissime*, & ad æqualitatem satisfacit Deo, *si jungamus merita nostra meritis Christi*, qui etiam in quantum homo, satisfacit ad æqualitatem justitiæ & qualitatem.

*Rosetum* an: 1630. zu Augspurg getruckt bey Michael Stör. p. 21. Viel Heiligen Gottes haben mehr gelitten/vnd bezahlt/als sie verschuit.

De

# De Incertitudine salutis apud Pontificios.

BEllarmin. de gemitu columbæ l. 2. c. 11. fol. 233. Beatus Aloysius Bertrandus, vir notæ sanctitatis, non semel inventus est plenus singultuū & lachrymarum, & cum ab eo quæreretur, quænam esset causa tanti mœroris & tam ingentis profluvij lachrymarum? respondebat: cur non amarissimè fleam, cum nō certò sciam, an æternæ salutis compos sim futurus.

*Censura Coloniensis* Dial. 4. p. 97. Fides est rerum certissimarum, quæ neq; falli potest neq; fallere: Admodum verò incerta est privata hominum justificatio, multoq; magis æterna ipsorum salus.

*Alphonsus à Castro* de Hæresibus l. 7. fol. 235. in Concilio Tridentino aliqui viri Catholici docebant, per sacramentum Baptismi aut Pœnitentiæ, citra specialem aliquam DEI revelationem, posse hominem esse certum, certitudine fidei catholicę, se esse in gratia. Et quidā ex illis dixit, & libello postea de hac re edito, publicè asseruit, non solum qui sacramentum Baptismi aut pœnitentiæ recipiunt, esse tunc certos, sed etiam illos qui longe post sacramenta recepta, vehementi charitatis fervore ardent, habere tunc certitudinem fidei catholicæ de gratia DEI in illis habitante.

*Ambros. Catharin.*

Idem l. 12. p. 124. b. In Concilio Tridentino, cui præsens adfui, cum inter viros doctos, qui multi illic aderant, tractaretur ex mandato Synodi quæstio de Certitudine justificationis humanæ, & res esset inter eos controversa, ecce unus & alter prosilierunt, qui præsumtuosa quadam temeritate, coram tanta doctorum virorum multitudine dicere non erubuerunt, hominem absque speciali DEI revelatione posse certò scire non solùm se esse justum, sed esse prædestinatum.

*Johannes Osorius Iesuita* tom. 11. Concionum pag. 428. nescimus verò, an opera nostra DEO grata sint; &, an nos DEO grati simus, ignoramus.

*Gabriel Barcleta* Dominicanus feria 3. Pentecost. fol. 142. Sed quærit anima mea chara, quare & mihi Pater & omnibus devotis DEUS non revelavit statum gratiæ, quia multa bona facerem? Respondet Thomas in Summa Theologiæ, quòd hoc actum est ratione timoris. Quia si homo esset certus de sua salute, superbiret, quod malum est.

*Bellarminus de Pœnitentia l.* 1. *c.6.p.*385. Quare ex Evangelio fides illa concipi non potest, qua quis certò credit, sibi remissa esse peccata.

Bellar.de libero arbitrio l.2.c.12.p.198. Perseverantia est donum Dei, quod non datur ex meritis, sed ex gratia.

*Petrus Iohannes Perpinianus* in laudatione Elisabethæ orat.4.pag. 163.Ingolst.1588. Verum ut cunque se res habet, ego te mitissime Pater non amare non possum, à quo multis & immortalibus beneficiis cum me, tum universum hominum genus affectum esse sentio, *& quando de tuo in me amore, dum vivo, certa esse non possum*, his volens & læta famulabor, quos certò scio tibi esse charissimos.

## De certitudine salutis contra dubitationem.

GRegorius Magnus Tom.2.homil.33.p.317. Fides enim ejus salvam eam fecit (*loquitur de Magdalena*) quia hoc quod petiit, posse se accipere *non dubitavit*.

*Leo I.* serm. 2. de nativ.Dom.p.32. Securus adversus inimicas tentationes, propria libertate confligas: & si cœlestis militiæ Sacramenta servaveris, *non dubites*, te in castris triumphalibus regis æterni pro victoria coronandum.

Serm.9.in Quadrag.p.102.b. & quia pro indulgentia maximè laborandum est delictorum, *indubitabilem vobis* misericordiam promittatis.

Serm.10.p.104.b. Si repositum aliquid in conscientiis suis de fructibus charitatis Deum sibi non inesse *non dubitent*.

P.105. Non ambigamus per nostræ orationis formam, divinam nos obtinere clementiam.

*Augustinus* Tom.4.in epist.ad Rom.f.58.p.852. Quod autem dicit certus sum enim, non dixit opinor: plena enim fide tenuit, quod nec mors ulla, nec vitæ temporalis promissa, nec cætera subsequentia possunt credentem à charitate Dei detorquere.

Tom.9.Meditat.c.14.p.481. Omnis namque spes & totius fiduciæ certitudo

certitudo mihi est in pretioso sanguine ejus qui effusus est propter nos & propter nostram salutem.

Tom.10. serm.5.p.186 de verbis Apostoli. Respondetur tibi, securus efficeris non de te, sed de Domino tuo. Spera cum Christo regnum Christi, jam pignus tenes sanguinem Christi.

*Ludovicus Granatensis* tom.1.p.107. Sicut enim perfecta charitas foras mittit timorem: ita *perfecta fides hanc formidolosam hæsitationem* ex animis pellit, & confidenter cum Propheta clamare facit: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?

## De Justificatione.

*Isidorus Clarius volu.1.p.*114. vixit centuria decima quinta. Si Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Etenim circumcisio illa, & ablatio præputii gloriam afferebat ipsi Abrahæ ac semini ejus apud homines, qui scientes illum accepisse circumcisionem ex fœdere, quod Deus cum ea gente inierat, existimabant & ipsum Abraham & genus ejus sanctum esse ac selectum & charum Deo. Sed apud Deum justificatus fuit non ob exterius illud signum, cujus rei indicium fuit, quod ante circumcisionem justitiam fuerit assecutus. Credidit, inquit Abraham Deo, & imputatum est ei ad justitiam. Et hæc Justitiæ imputatio fuit in præputio ante circumcisionem.

*Finus Adrianus Finus Ferrariensis* αὐτόχειρος in flagello Judæor lib. 4. conclusione 5.p.118. *Quod autem per solam fidem* de Christo futuro omnes fideles & Patres Veteris Testamenti fuerint justificati & à peccatis absoluti, Apostolus Paulus ad Hebræos c.11. probat, annumerans omnes principales Patres V. T. incipiendo ab Abel & dicendo: quod omnes illi per fidem Christi futuri passi sunt persecutiones, & operati sunt justitiam, sed non potuerunt consequi repromissiones, nisi per Christum. Unde omnes illi per fidem Christi futuri facti sunt membra Christi. Licet enim Christus nondum venisset, tamen erat ab eis creditus, & ab eo redimi jam expectabant: & ideò tanquam membra Christi jam meruerunt participare & participes fieri beneficiorum passionis Christi, quia ob tali fide à peccatis suis absoluti fuerunt. Hoc etiam ipsum probat idem Apostolus ad Romanos c.4. & ad Gal. 3. Nam Abraham antequam reciperet circumcisionem, jam fuerat justificatus, dum

esset

esset in præputio per fidem, eò quòd Deo crediderat, quando scilicet ad ejus præceptum exiit de terra & venit in terram Chanaan, & quando suspiciens in cœlum credidit, sic semen suum spirituale per Christum multiplicandum esse sicut stellas cœli. Et ideò quia credidit, reputatum est ei ad justitiam, Gen. 15. Ex quo patet, *quòd per solam fidem Christi* futuri salvati sunt Patres Veteris Testamenti.

*S. Brigita* l. 1. c. 15. p. 26. Multi sunt simplices in Ecclesia, qui pauca bona operantur, per fidem tamen salvantur, qua credunt me creatorem omnium & redemtorem.

## XII.
## De Justificatione.

LUdovicus Granatensis, qui centuria decima quinta vixit, tom. 2. Concion. feria 4. post 1. Dominicam in Quadragesima, concione 1. fol. 146. Quo quidem argumento, quamvis fidem non amittant, *fiduciam tamen* (quæ vigentis atque inflammatæ Fidei *germen est*)

P. 280. Fides fiduciam parit. *Fiducia est filia* Fidei & Charitatis, mater virtutum.

Tom. 2. Dominica 2. in Quadrages. conc. 1. p. 280. Hæc autem fidei lux atque cognitio, si vim suam exerat, neque vitio ejus lumen atq; dictamen impediatur, *fiduciam parit*, qua homo sibi persuadet, Deum non modò omnipotente virtute sua posse, sed etiam insita naturali bonitate, supplicibus suis opitulari velle. Qua fiducia firmiter animo concepta consequens est, ut nullum orans laborem recuset, nullo sperandi tædio vincatur, nulla difficultate frangatur: dum quod postulat auxilium, certò sibi adfuturum sperat. Itaque fiducia hæc fidei hujus simul & charitatis Filia, & consequentium virtutum mater, adeò ad impetrandum efficax est, ut Dominus ad discipulos dixerit: quicquid orantes petieritis, credite, quia accipietis & fiet vobis: & : Videtis ergò *Fiduciam*, quæ ab illa vitali & incensa fide profecta sit, cæteras deinde virtutes parere, quæ orationis Comites esse debent.

*Ludovicus Richeomus* de Idololatria Hugonetica, l. 1. c. 11. p. 46. Princeps atque primarium religionis nostræ fundamentum, primusque sensus, cor & motus animæ, per Dei gratiam ad vitam excitatæ, *fides est*, propterea quod super ea, veluti fundamento vitæ spiritualis, ædificium colloca-

collocatur: fons eſt & rectorum omnium habituum ſcaturigo, ex qua ſpei, charitatis & cæterarum Chriſtianarum Virtutum rivi perennes emanant.

*Salvianus* l.2. contra avaritiam p.60. Sed quærit fortaſſe aliquis, quid ſit iſtud, quod nunc plus exigat Deus à Chriſtianis per Evangelium quàm à Judæis ante per Legem? Aperta iſtius rei ratio eſt. Ideò enim majora nunc Domino noſtro ſolvimus, quia majora debemus. Judæi quippe habebant quondam umbram rerum, non veritatem. Judæi fuerunt ſervi nos adoptivi: Judæi acceperunt jugum, nos libertatem: Judæi maledicta, nos gratiam: Judæi literam interficientem, nos vivificantem. Judæis ſervus magiſter miſſus eſt, nobis filius: Judæi per mare tranſierunt ad eremum, nos per baptiſma introimus in regnum: Judæi manna manducaverunt, nos Chriſtum. Judæi carnes avium, nos corpus Dei: Judæi pruinam cœli, nos Deum cœli.

*Gregorius Nyſſenus* in Eccleſiaſtem p.114. *Neque enim fides abſque operibus juſtitiæ ſufficit ad ſervandum: Neque rurſus vita juſtitiæ per ſe tuta eſt ad ſalutem, ſi ſejuncta ſit fides.*

*Nazianzenus* orat. 13. p. 347. Quemadmodum abſque fide actio nulla eſſe fructuoſa poteſt: ita & fides abſque operibus eſt mortua.

Fides eſt rationis noſtræ perfectio. Nazianz. orat.1. de Filio Dei.
Ἡ γὰρ πίστις τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς λόγου πλήρωσις

Nazian. in Julian.1 p.770. Nec quicquam aliud veſtræ ſapientiæ eſt, quàm *crede*.

Οὐδὲν ὑπὲρ τὸ πίστευσον, τῆς ὑμετέρας ἐστὶ σοφίας.

*Ephraem Syrus* Tom.2. editionis Romanæ p.140. *Fides*, mater eſt boni operis omnis, &c.

Idem Tom.3. editionis Colonienſis p. 526. Initium omnis virtutis eſt fides.

*Drexelius* Roſ. Virtutum Tom.1. p.112. Fides eſt piæ opinionis filia.

*S. Maximus* cent.1. fol.10. Fides eſt fundamentum eorum, quæ ipſam ſequuntur, ſpei inquam & charitatis, &c.

Centuria 11. p.56. Fides, per opera mandatorum rectè gubernata.
ἡ πίστις ἐστὶ καλῶς τοῖς ἔργοις τῶν ἐντολῶν οἰκονομουμένη.

*Oecumenius* ad Rom. p.311. Itaque *Spes* & fidem & tolerantiam producere nata eſt. Ἡ ἐλπὶς καὶ πίστεως ἐστὶ καὶ ὑπομονῆς ποιητική.

Idem in 1. Corinth. p.442. Nihil prodeſt fides recta abſque bonis operibus.

*Οὐδὲν ὠφελεῖ πίστις ὀρθὴ, χωρὶς ἔργων.*

Ad Epheſ.p.9. Semper fidei conjungit charitatem pulcherrimam efficiens copulam.

*Ἀεὶ δὲ τῇ πίστει συνάπτει τὴν ἀγάπην, καλλίστην ἀποτελῶν συνωρίδα.*

Epheſ.p.16. *Ex nobis quidem eſt fides* verùm ipſius quoque occaſio eſt Deus.

Ad Epheſ.p.17. Neque fides per ſeipſam ſalvare potuiſſet, niſi Deus per ipſam ſalvare voluiſſet. Et: *Poſt fidem neceſſaria ſunt opera.*

*S. Maximus* cent.3.p.79. Vera fides eſt Veritas, carens mendacio, quæ retinet ac conciliat.

P.83. Cœca præditus eſt fide, qui non peragit mandata divina per fidem, &c. nudam, ac non veram præ ſe fert denominationem divinam.

P.84. Fides, cum ſit natura principium Virtutum, finem habet: &, quia fides eſt bonum internum, & bonum eſt fides operibus explicata.

*Centuria* 4.p.127. Fides per ſpem in Deum firmat charitatem.

Ἡ πίστις διὰ τῆς ἐλπίδος τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην συνίστησιν

*Centuria* 5.p.157. Corona probitatis eſt fides pura. *D. Henricus Caniſius* Tom.5. parte ſecunda p.250. Fidem nulla opera bona præcedunt.

*Damaſcenus* de Transfiguratione p.32. Omnium virtutum apex ac velut arx quædam eſt Charitas. Πασῶν τῶν ἀρετῶν κολοφὼν καὶ ἀκρόπολις ἡ ἀγάπη καθέστηκει.

*Oecumenias* in 1. ad Timoth. p.247. *Charitas à fide producitur*, quæ erga Deum eſt & homines. Eſt autem bonus ordo ſermonis. Nam à fide oritur Charitas, à Charitate verò Patientia, Patientia autem, cum per viam graditur, manſuetos facit.

*Ἀπὸ γὰρ πίστεως ἀγάπη τίκτεται, ἀπὸ δὲ ἀγάπης, ὑπομονή.*

*Ludovicus Granatenſis* in libro de Feſtis p.343. *Fides ergò mortua* eſt quidem vera fides, à Spiritu S. fidelium mentibus infuſa, quæ niſi per hæreſin aut apoſtaſiam à fide, non amittitur, quamlibet multa lethalia crimina quis admiſerit.

In feſto Andreæ p.18. Virtutum omnium radix & fundamentum *fides* eſt.

*In vitis Patrum Heribertus Roſvveid* p.377. Ecce unius diei orna-

tus quam hæc fœmina corpori ſuo excolendo adhibet, vincit omnem animæ meæ ornatum. Quali vultu reſpiciam ad te? aut quibus ſermonibus juſtificer in conſpectu tuo? Non enim occultabo cor meum ante te, quoniam proſpicis ſecreta mea. Et væ mihi peccatori & indigno, quoniam ante altare tuum adſiſto, & non offero pulchram animam, qualem expetis à me. Illa enim promiſit placere hominibus, & fecit: & ego promiſi tibi placere, *& mentitus ſum propter pigritiam meam.* Nudus ſum tam in cœlo, quam in terra, non *adimplens* præcepta mandatorum tuorum. Ergò non eſt mihi ſpes in operibus bonis, ſed ſpes mea in miſericordia tua, qua confido ſalvari. Nonnus Edeſſenorum Epiſcopus.

Verè Bellarminus de Juſtificat. l. 5. c. 7. p. 404. Propter incertitudinem propriæ juſtitiæ & periculum inanis gloriæ, *tutiſſimum eſt, fiduciam totam in ſola Dei miſericordia & benignitate reponere.*

Bellarmini ſententiam Lutherani ſequuntur. Ita enim Lutherus in der Haußpoſtill am 4. Sontag nach Epiph. Domini p. 66. b.

Niemand kan beten/ er glaub dann. Darumb iſt es nicht ein geringe Kunſt noch ein ſchlecht Ding umb den Glauben/ es iſt ein Göttliche Krafft/ die nicht vom freyen Willen kompt/ ſondern durchs Wort vom H. Geiſt uns gegeben wird.

14. *Poſt Trinit. p.* 108. *b.* Auff daß jederman lerne/ wo wir etwas nicht erlangen das wir doch gerne hetten und wol dürfften/ daß es nit an Gott mangle/ ſondern allein an unſerm Unglauben/ ſonſt wo wir feſt glaubten/ wurden wir es gewißlich haben.

19. *Trinit. p.* 125. *b.* Alſo glaubt der Bapſt und ſein Hauff ſehr ſtarck an die Meß/ in der Heiligen Verdienſt und Fürbitt an Kloſter-Gelübd/ Singen/ Faſten: Aber es iſt ein falſcher/ erlogener Glaub/ und ſind mit züchten zu reden/ Huren und Buben beyſammen/ das Hertz iſt ein Hur/ der falſche Glaub iſt ein Bub.

An S. Stephans Tag/ *p.* 18. *b.* Da kompt es beydes zuſammen/ wie es dann beydes muß beyſammen ſeyn/ ein rechter Glaub/ und rechte Lieb.

Kirchen-Poſtill D. Lutheri epiſt. 4. Sontag Epiphan. p. 221. b. Glaub und Lieb muß man alſo ſcheiden/ daß Glaub auff die Perſon/ und die Lieb auff die Werck gericht ſey. Der Glaub vertilget die Sünd/ und machet die Perſon angenehm und gerecht. Wann aber

die Person angenehm und gerecht worden ist / so wird jhr der H. Geist gegeben / daß sie guts thut mit Lust.

Also bleibt der Glaub der Thäter / und die Liebe bleibt die That. Nun fordert das Gesatz die That / und zwinget damit den Thäter / daß er anders werde.

Epist. Quinquages. Die Rechtfertigung muß eh da seyn / dann die Liebe / weil niemand liebet / er sey dann fromm und gerecht / und Lieb nicht fromm machet / sondern fromm zuvor seyn das hat Liebe.

*Ludovicus Granatensis* Tom. II. p. 208. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, quod perinde est ac si diceret: ecce quamdiu mundus expectavit, ut peccata tolleret, quæ *nemo, nisi solus* ipse tollere poterat. Torcular enim *ipse solus calcavit*, quia solus ipse omnia peccata mundi delevit, gratiamque nobis passione sua promeruit, qua à peccati morbo sanaremur. *Solus ergo ipse* (non humana Philosophia, non liberum arbitrium, non natura, non denique ipsa etiam divina lex, digito Dei scripta, in qua nobis iter in cœlum aperitur, & in qua tot beneficiis, tot minis, tot promissis ad observantiam divinorum mandatorum incitamur) nos à morte liberavit.

NB.

Idem Tom. I. p. 334. Et ita verè Salvator & liberator meus eris. Hanc autem salutem nemo nisi tu solus donare potest. Non enim hanc dare potest Natura, quæ peccati morbo corrupta est, non humana Philosophia, quæ hominum inventum est, & supra hominem attollere se nescit: non denique ipsa Legis tuæ doctrina, cum non habeat spiritum vivificantem, sed literam occidentem: nec item veteris Legis Sacramenta, quæ vacua & egena elementa sunt. Tu solus Domine Jesu, qui naturæ conditor es, collapsam potes reformare naturam: tu solus, qui velut innocentissimus agnus ab omni peccati labe immunis es, peccata potes condonare, nosque à tyrannide peccatorum eripere. Hanc Domine à te salutem expeto, hanc requiro, hanc votis omnibus exposco.

Homil. 8. p. 85. b.

**Johannes Wild** vom verlornen Sohn / Darum aber nennt ers ein Kleid / dann es bedeckt die Sünden / wie David sagt: Selig seyn die / denen jhre Sünd bedeckt seyn. Das beste Kleid heist ers [illegible] rum das dem Menschen seine Sünde nichts bas decken kan dann [illegible] Verdienst und Gerechtigkeit Christi / bringt auch dem M[illegible] [illegible] höchste Ehr / dann dadurch kompt er wider zu der ersten Uns[illegible]

*Ionas Episcopus Aurelianensis* de cultu imaginū. Novimus namq; & ab initio nascentis Ecclesiæ, & usq; ad ejus terminum perseveraturū non

Salu-

dubitamus, ut paucos habeant, qui doctrina præfulgeant, plures autem qui simpliciter contenti, ea quæ operanda agnoscunt, *sibi sufficere ad salutem solummodo credant*.

Bellarminus in concionibus p.133. Sicut ingressus in stadium non acquiritur cursu, sed donatur favore & liberalitate principis: ita gratia justificationis *non redditur meritis, sed gratis datur*, & : non datur gratia, quia bene operati sumus, sed ideò datur, ut bene operari possimus.

# DE FIDE
## Per Charitatem operante.
### Galat. 5. v. 6.

Vocabulum Iustificationis in S. Scriptura dupliciter usurpatur; primò propriè, deinde metonymicè. Propriè sumta Iustificatio est ea, quæ dicitur remissio peccatorum. Metonymicè justificatio sumitur pro evidentia, declaratione & probatione, qua alijs innotescit; nobis esse remissa peccata. Sic Jacobo justificari operibus idem est ac declarari per bona opera, quòd justificati simus. Nam constat Abrahamum remissionem peccatorum & justificationem propriè dictam habuisse 30. annis antequam Isaacum offerret.

I. Acta Concilij Ephesini Tom. 2. p. 203. sicut fides absq; operibus mortua est: ita si vertas & dicas, opera absq; fide mortua, verum esse fatemur: igitur simul fulgeat cum honestæ vitæ gloria etiam immaculatæ fidei candor.

II. Nazianzenus Orat. 40. fol. 672. Fides sine operibus mortua est quemadmodum & opera si fides absit. ὡς ἔργα δίχα πίστεως.

III. Chrysostomus in cap. 1. Genes. p. 16. Fides sine operibus mortua est; et opera sine fide mortua sunt.

IV. Ad hunc sensum & consensum scripsit Clemens Alexandrinus Strom l. 6. p. 481 Quando audierimus, fides tua te salvam fecit, non accipimus eum dicere absolute, eos salvos futuros, qui quomodocunq; crediderint, nisi facta quoque fuerint consecuta.

V. D. Hunnius in 2. Thessal. c. 1. sine Charitate fides non est vera fides, sed fidei inanis umbra quædam, & vana persuasio.

VI. Augustinus de fide & operibus c. 14 p. 47. Quare jam illud videamus, quod excutiendum est à cordibus religiosis, ne mala securitate *Tom. 4*

salutem suam perdant, si ad eam obtinendam *Sufficere solam fidem* putaverint: Bene autem vivere & bonis operibus viam DEI tenere neglexerint.

*Tom. 4.* In libro Quæstionum 83. quæst. 76. Non sunt sibi contrariæ duorum Apostolorum sententiæ, Pauli & Iacobi, cum dicit unus, justificari hominem per fidem sine operibus: & alius dicit, inanem esse fidem sine operibus, quia ille dicit de operibus, quæ fidem præcedunt, ille verò de ijs quæ fidem sequuntur.

*Tom. 7.* Contra Cresconium Grammaticum l. 1. c. 29. p. 217. de fide etiam Iacobus Apostolus cum loqueretur adversus eos qui sibi, quòd crediderant, *sufficere arbitrabantur*, & benè operari nolebant.

Tom. 7. de unico Baptismo contra Petilianum c. 10. Unde & Apostolus Iacobus, cum quosdam redargueret, qui *sufficere* dicebant homini solam fidem, nec ei Charitatis opera conjungebant, eos ex ista dæmonum comparatione convicit, ne ideo se ad DEUM pertinere existimarent, quòd verum de DEO crederent, etsi bona opera adjungere fidei non curarent.

Tom. 7. de gratia & libero arbitrio c. 7. p. 891. Homines autem non intelligentes, quod ait ipse Apostolus, arbitramur hominem justificari per fidem sine operibus, putaverunt eum dicere, *sufficere homini fidem*, etiamsi malè vivat, & bona opera non habeat. Quod absit, ut sentiret vas electionis, qui cum dixisset quodam loco: in Christo enim Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, mox addidit: sed fides, quæ &c.

Cap. 8. p. 891. Vidit utique probare posse homines hoc ita dictum, quasi *necessaria non sint opera bona credentibus, sed eis fides sola sufficiat.*

*Tom. 8.* Super psal. 31. p. 125. Iacobus in epistola sua contra eos, qui nolebant bene operari, de *sola fide* præsumentes, ipsius Abrahæ opera commendavit cujus Paulus fidem. Et non sunt sibi adversi Apostoli.

Super Psal. 127. Folia sola habebat, fructum non habebat. Sic sunt qui verba habent, & facta non habent.

*Tom. 9.* Tom. 9. p. 40. ne forte & hoc diceres, credidi, *sufficit mihi*: magna est fides, sed nihil prodest, si non habeas Charitatem

Tom. 9. de vita Christiana cap. 13. pag. 615. Iustificari hominem, inquit Apostolus, per fidem sine operibus legis, sed non sine illis operibus, de quibus alterum Apostolum audio dicentem, fides sine

fine operibus mortua eſt. Paulus enim Apoſtolus de operibus legis locutus eſt, hoc eſt de circumciſione carnali & neomenia, & Sabbato, & hujuſmodi cæteris, quæ lex fieri ante præceperat, & jam Chriſti tempore non erant neceſſaria. Iſte verò Jacobus de operibus juſtitiæ loquitur, quæ qui non fecerit, verè mortuus eſt.

P.441. Fides Chriſtiani cum dilectione eſt, dæmonis autem ſine dilectione.

Tom.X Homil.17. p.309. Sed fides debet eſſe Chriſtianorum, non dæmonum. Et: diſcernenda eſt ergò fides dæmonum à fide Sanctorum. *Tomo 10.*

P.760. alius eſt timor filiorum, alius eſt timor ſervorum: ſervi enim propter tormenta Dominos timent, filii verò propter amorem Patres timent.

VII. *Salvianus* lib.4. de gubern.p.105. Quid tibi blandiris ô homo, quisquis es, de credulitate, quæ ſine timore atq; obſequio Dei nulla eſt: aliquid plus dæmones habent. Tu enim unam rem habes tantummodò, illi duas: tu credulitatem habes, non habes timorem: illi & credulitatem habent pariter & timorem.

Idem contra avaritiam l.3. p.133. Sermo & profeſſio tua jactitant fidem, ſed vita atq; obitus publicant infidelitatem.

VIII. *Seraphinus Cumiranus Minorita* Antverpiæ 1558. part. 2. Conciliationum p.141. Nam ſicut nemo vivit verè niſi juſtus & credens: ita nemo juſtificatur & vivit ex meris operibus Legis *niſi ex ſola fide*, quæ per dilectionem operatur.

IX. *Iſidorus Peluſiota* lib.3. epiſt.73. Palladius. Neq; enim hoc exiſtimes, quòd fides (ſi tamen fides dicenda eſt, quæ operibus ſuis refutatur) ſalutem tibi afferre poſſit. Etenim fides ea, quæ primùm juſtificat, conſentaneas ſibi actiones exegit, quibus remotis, nemo ſalutem conſequi poteſt. Nam eum qui per gratiam aſſumtus eſt, propriis quoq; virtutũ dotibus exornari convenit, ne alioquin ingrati animi notam incurrat. μὴ γὰρ δὴ νόμιζε, ὅτι ἡ πίστις (εἴγε πίστιν χρὴ καλεῖν τὴν ὑπὸ τῶν ἔργων τῶν σῶν ἐλεγχομένην) σῶσαί σε δυνήσεται. ἡ γὰρ πίστις, ἡ ἐξ ἀρχῆς δικαιώσασα, πράξεις ἁρμοδίας ἑαυτῇ ἀπαιτεῖ, ὧν ἄνευ σωθῆναι οὐχ οἷόντε. τὸν γὰρ κατὰ χάριν προσληφθέντα δίκαιον ἢ οἰκείοις ἐναβρύνεσθαι πλεονεκτήμασιν, ἵνα γε μὴ μέλλοι τῆς ἀχαριστίας ἁλώσεσθαι.

Lib.4. epiſt.65. Oportet fidei miſceri actiones (rectas) & per has illam quaſi animari, his enim remotis, mortua ſit.

Χρὴ

Χρὴ γὰρ τῇ πίστει κρίνεσθαι τὰς πράξεις· καὶ ἀπὸ τούτων αὐτὴν ψηφίζεσθαι. νεκρὰ γὰρ ἂν τούτων χωρίς.

*Nota.*

Vetus interpres vertit: oportet fidei miſceri actiones: ſed malè vertit: ſic autem locus vertendus eſt:

Oportet fide judicari actiones.

X. *Anſelmus* in cap.4. ad Rom.p.25. Ergò ex fide juſtificatus eſt Abraham: Sed ſi fidem opera non præceſſerunt, tamen ſecuta ſunt. Nam qui prius juſtificatus eſt *in conſpectu Dei*, poſtea & ex operibus eſt juſtificatus *etiam in conſpectu hominum*. Unde & Jacobus Apoſtolus in Epiſtola ſua contra eos, qui nolebant benè operari, ſed de ſola fide præſumebant, ipſius Abrahæ opera commendavit, dicens: vis autem ſcire, ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus otioſa eſt: Abraham pater noſter, nonne ex operibus juſtificatus eſt, offerens Iſaacum Filium ſuum ſuper altare? Nec eſt Jacobus in hac ſententia contrarius Paulo dicenti, quia ſi Abraham ex operibus juſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum, ac per hoc aſſerenti, quia non ex operibus eſt juſtificatus. Uterq; enim verum dicit. Paulus quippe, commendans juſtitiam, quæ ex fide eſt, adverſus eos, qui fidem negligentes gloriabantur de juſtitia, quæ ex operibus, dixit Abraham non eſſe juſtificatum ex operibus, ſed quæ fidem præcederent. Jacobus autem, ut dictum eſt, adverſus illos, qui percepta fide torpebant otio, & putabant ſe per eandem fidem, utpote juſtificatos poſſe ſalvari, etiam ſi bona opera non haberent, dixit Abraham ex operibus eſſe juſtificatum, ſed quæ fidem ſecuta ſunt. &:

Manifeſtum eſt enim eum loqui de operibus, quæ fidem ſubſequuntur, quia Paulus ſine præcedentibus operibus dixit, hominem *ſola fide* poſſe juſtificari.

P.26. Non hoc ſuperfluè factum eſt, ſed accepit ſignum circumciſionis, non quâ fieret, ſed quâ *oſtenderetur juſtus*.

XI. *Bernhardus* Tom.1.p.383. Habitare in animam, probant vitales motus corporis: habitare in anima ſpiritum, probat vita ſpiritualis: illud ex viſu & auditu agnoſcitur; illud ex charitate & humilitate, cæteriſq; virtutibus.

Idem Tom.1 de Reſurrectione ſerm. 2.p.200. Sicut enim corporis hujus vitam ex motu ſuo dignoſcimus, ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis eſt anima, per quam movetur & ſentit.

ſentit. Vita verò fidei, Charitas eſt, quia per ipſam operatur, ſicut in Apoſtolo legis, fides, quæ per Charitatem operatur: Unde & refrigeſcente charitate, fides moritur, ſicut corpus animâ recedente.

XII. *Oecumenius* ad Gal. 5. p. 62. Οὐκ ἀρκεῖ γὰρ μόνον τὸ πιστεῦσαι τῷ χριστῷ, ἀλλὰ δεῖ τὴν πίστιν ταύτην ἐνεργεῖσθαι καὶ διαφυλάττεσθαι, καὶ οἷον ἀναζωπυρεῖσθαι διὰ τῆς εἰς χριστὸν ἀγάπης. *Non ſatis eſt in Chriſtum ſolum modò crediſſe*, ſed oportet hanc ipſam fidem operoſam eſſe, cuſtodiri atq; ſervari, & quaſi ob dilectionem in Chriſtum frequentius in candeſcere.

Oecumenius in epiſt. Iacobi p. 456. Non ad verſantur hæc beato Paulo, cum nomen fidei ad duo ſignificata feratur. Nam & de ſimplici aſſenſu fidem dicere ſolemus, juxta illud, quod etiã dæmones credidiſſe novimus, quòd Dei Filius eſt Chriſtus. Rurſumque cum conſecutionem ex affectu procedentem cum firmo aſſenſu, nomine fidei vocemus.

1. Ἁπλὴ συγκατάθεσις
2. Ἐκ διαθέσεως ἐπακολούθησις.

Pag. 158. Abrahamum varijs diſtinctum temporibus, utriuſque fidei geſſiſſe:

*ſic*

1. Ante Baptiſma ſola fides juſtificat.
2. Poſt Baptiſmum fidem perfectionem requirere per opera.

*Breviter*

Iacobo fides eſt nuda notitia, & jactabunda ejuſdem profeſſio: Paulo verò filialis fiducia. Hinc Iacobo juſtificari idem eſt, quòd juſtum declarari: Paulo verò quodà peccatis abſolvi.

Ordo cognitionis humanæ eſt, dum à poſterioribus effectis progredimur ad cauſam.

Ab antecedentibus notat Iacobus quoſdam qui ſe inani fidei fideliumq; nomine venditabant, cum tamen perditiſsimè vixerint: his opponit Abrahamum, cujus fides non fuit nuda profeſſio, ſed operibus declarata, cum ex fructibus arbor cognoſcatur, Matth. 2.

Deinde ſubſequentia indicat idem: dixit enim juſtificatum Abrahamum ex factis, immolando filium Iſaacum in altari: imputata autem eſt juſtitia Abrahamo, antequam immolaret filium Geneſ. 22. v. 9.

XIII. *Beda* in cap. 5. ad Galat. p. 213. b. Multi dicunt, credo, ſed fides ſine operibus non ſalvat: opus autem fidei ipſa dilectio eſt, dicente

Apostolo Paulo: & fides, quæ per dilectionem operatur. Opera quidem tua præterita, antequam crederes, vel nulla erant, vel si bona videbantur, inania erant. Si enim nulla erant, sic eras quasi homo sine pedibus, aut vexatis pedibus ire non valens. Si autem bona videbantur, antequam crederes, currebas quidem, sed præter viam currendo errabas potius quã perveniebas. Est ergo nobis & currendum & in via currendum. Qui præter viam currit, inaniter currit, imò ad laborem currit. Tantò plus errat, quantò præter viam currit. Quis est via per quam currimus? Christus dicit: ego sum via. Quæ Patria, quò currimus? Christus dicit: ego sum veritas, per illum curris, ad illum curris, in ipso requiescis. Sine dilectione fides inanis est. Cum dilectione fides Christiani: sine dilectione fides dæmonis. Qui autem non credunt, pejores sunt, quàm dæmones. Nescio quis non vult credere in Christum adhuc, nec dæmones imitatur, jam credit in Christum, sed odit Christum. Habet Confessionem fidei in timore pœnæ, non in amore coronæ: nam & illi puniri timebant. Addes huic fidei dilectionem ut fiat fides, qualem dixit Apostolus Paulus: fides, quæ per dilectionem operatur. Invenisti Christum: invenisti civem Hierusalem, invenisti civem angelorum, invenisti in via suspirantem peregrinum. Adjunge te illi: comes tuus est, curre cum illo, si tamen & tu hoc es, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides. Dic adhuc Apostole, adde: discerne, quia & dæmones credunt & contremiscunt, quod oderunt. Distingue Apostole & circumcide fidem meam, & discerne causam meã de gente non sancta. Planè distinguit, discernit, circumcidit. Sed fides inquit, quæ per dilectionem operatur. Unusquisque ergò, fratres mei, inspiciat se intus, apprehendat se, probet se in omnibus factis suis, bonis operibus suis, quæ faciat cum charitate, non expectans retributionem temporalem, sed promissum Dei, faciem Dei. Non enim quicquid Deus promittit, valet aliquid apud ipsum Deum. Omninò non me satiaret Deus, nisi promitteret mihi seipsũ Deum. Quid est tota terra? quid est totum mare? quid est totum cœlum? Quid sunt omnia sidera? Quid Sol? quid Luna? quid exercitus angelorum? Omnium istorũ creatorem sitio, ipsum esurio, ipsi dico, quoniam apud te est fons vitæ. Quid mihi dixit: ego sum panis, qui descendit de cœlo.

Et: neque circumcisio est aliquid, neque præputium sed fides, quæ per dilectionem operatur. Ista quippè est fides Christianorum, non dæmoniorum. Nam & dæmones credunt & contremiscunt: sed numquid & diligunt? Nam si non crederent, non dicerent, tu es sanctus Dei, vel: tu es Fili-

Filius Dei. Si autem diligerent, non dicerent: Quid nobis & tibi? Fides igitur ad Christum nos trahit, quæ nisi desuper gratuito munere nobis daretur, non ipse diceret, nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Non sunt bona opera, nisi quæ per fidem & dilectionem fiunt: quia alterum sine altero nullius virtutis fructum parit.

*Fridericus Nausea* p.87. Fides est firma in divinam misericordiam in Christo promissam confidentia, id est, firma & indubitata promissorio Dei verbo *assensio* &c.

P. 89.b. *Credere.* Id quod est *vere* credere, nihil nobis ex meritis nostris, sed ex illius sola in nos pietate & misericordia, totum quod datur, communicari.

*Fr. Paulus de Francis* Neapolit. Ord. Prædicat. Orat. 2. p. 51. Cæterum cum Fides sola & nuda *absq; auxilio divinæ gratiæ minimè peccatorem justificare valeat*, ideò Evangelista sequitur Joannes, qui habens gratiam interpretatur: *Gratia* enim *est causa formalis justificationis* fidei nostræ, vim sanativam tribuens.

*Fridericus Nausea* in Concionibus p.87. Nego fidem & opera vel conjuncta vel seorsim congregata justificare.

*D. Luther Tomo 5. Ienensi* p.298. Weil ich sehe/ daß diesen Haupt-Articul der Teuffel immer muß lästern durch seine Sewlehrer/ vnd nicht ruhen noch auffhören kan/ so sag ich Doctor Martinus Luther/ vnsers Herren Jesu Christi vnwürdiger Evangelist/ daß diesen Articul (der Glaub allein/ohn alle Werck/ macht gerecht für GOtt) sol lassen stehn vnd bleiben/ der Römisch Kayser/ der Türckische Kayser/ der Tartarisch Kayser/ der Persen Kayser/ der Bapst/ alle Cardinäl/ Bischoff/ Pfaffen/ Mönche/ Nonnen/ Könige/ Fürsten/ Herren/ alle Welt sampt allen Teuffeln/ vnd sollen das Höllische Fewer darzu haben auff ihren Kopff/ vnd keinen Danck darzu/ das sey mein Doctor Luthers Einsprechung vom Heiligen Geist/ vnd das rechte Heilige Evangelium. Denn da steht der Articul/ den die Kinder beten/ Ich glaub an JEsum Christum/ gecreuziget/ gestorben ꝛc. Es ist ja niemand für vnsere Sünd gestorben/ dann allein JEsus Christus GOttes Sohn/ allein JEsus/ GOttes Sohn/ noch einmahl sag ich/ allein Gottes Sohn hat vns von Sünden erlöset/ das ist gewißlich wahr/ vnd die gantze Schrifft/ vnd solten alle Teuffel vnd Welt sich zureissen vnd

dersten/so ists ja wahr. Ist ers aber allein/der Sünde weg nimt/so können wirs mit unsern Wercken nicht seyn/so ists ja unmüglich/daß ich solchem einigen und allein Erlöser von Sünden JEsum anders/ dann mit dem Glauben fassen unnd erlangen möge/mit Wercken ist unnd bleibt Er unergrieffen: weil aber allein der Glaub für und ehe die Werck folgen/ solchen Erlöser ergreifft/ so muß es wahr seyn/ daß allein der Glaub für und ohne Werck/ solche Erlösung fasse/welches nichts anders seyn kan: Dann gerecht werden/dann von Sünden erlösen: der Sünden Vergebung haben muß nichts anders seyn/dann gerecht seyn oder werden.

## Pro sola Fide.

*Iacobus Faber Stapulensis* in c.2. ad Gal. p.154.b. Scientes, quòd non justificatur homo ex operib. Legis, sed *solum* per fidem IesuChristi.

Quod manifestant rationes, quas coargutioni Petri subnectit, quarum una est, quod ex operibus & observationibus veteris legis non justificatur homo, sed *per solam fidem Christi* infunditur justificatio.

*Theodoretus* de Græcan.affect.cur l.1.p 347.(audio vos hoc identidem usurpare, quod videlicet nostris sententiis tradendis, nullam quidem prætendamus demonstrationem, *solam verò fidem* ac credulitatem insinuare illis conemur, quos divinis rebus imbuendos suscipimus.)

*Philippi Solitarii Dioptra* p.52. Si fides tantùm redemtio est, etiam ipsis desperatis, fidem habeo, salva me: es enim Deus ad salvandum. Fides est mihi pro opere: fidem pro opere suscipe. Sufficiat tibi fides, *quanquam & solam tibi offero.*

*Thomas Aquin.* lect.3.in 1.ad Timoth. Data est lex, ut cognoscatur peccatum Rom.7.quia nisi lex diceret, non concupisces &c. quod dicitur in Decalogo. Non est ergò in eis spes justificationis, *sed in sola fide.*

Bonaventura in 4.sent. dict.15. partis 1.quæst.1. Etsi divina misericordia relinquit offensam homini, dando gratiam: non tamen ita omninò relinquit, quin etiam exigat de offensa, satisfactionem per justitiam. Et quia homo non potuit pro tanta offensa satisfacere, ideò dedit ei mediatorem, qui satisfaceret pro offensa. *Unde in sola fide passionis Domini remittitur omnis culpa.*

*Trithemius* in Epist.p.67. Veram nunc igitur, ô Kymolane, quæramus sapientiam, quæ *in sola fide* Jesu Christi formata consistit, &c.

Pro

# Pro sola Fide.

F*Ulgentius* de Incarnatione c.16.p.405. Ab hoc peccato quod originaliter carnalis nativitas trahit, neminem facultas naturalis, neminem litera sanctæ legis, sed *sola* fides Jesu Christi eripit, Filii Dei, qui venit quærere & salvum facere, quod perierat.

*Iulius Firmicus Maternus* de errore profanarum relig.p.14. *Fide tantum* & pœnitentia potestis redimere, quicquid sceleratis Diaboli persuasionibus perdidistis.

*Hesychius* super Levit.c.14.p.306. Miseratus Deus humanum genus cum illud ad explenda legis opera infirmatum vidisset, jam non ex operibus salvare, sed per gratiam, hominem voluit. Gratia verò ex misericordia & compassione probatur, & *fide comprehenditur sola*, non ex operibus, ut Paulus dicit Ephesiis.

Lib.1.super cap.2. Homo jam non ex operibus, utpote pauper virtutibus, sed *sola Dei* cognitione salvatur.

*Philastrius* non aliunde salutis remedium *nisi ex fide* in patrem, Filium & Spiritum Sanctum humano generi cognoscimus affuturum.

*Chrysostomus de S. Pentecoste* p.238. edente Frontone Ducæo, Burdigal.p.234. Stolidiores erant tum temporis homines, non ita pridem ab idolis abducti, ac paulò crassior & stupidior mens illorum adhuc erat, omnibusque corporibus intenti erant, & addicti, neque dum incorporea illis dona in mentem venerant, neque noverant, quid esset gratia spiritualis, τίποτέ ἐστι νοητὴ χάρις, καὶ πίστει μόνῃ θεωρουμένη, quæque *sola fide* percipitur, idcircò signa fiebant.

Idem tractatu 7. de gloria in tribulationibus p.282. Non solùm hæc ajo, quæ nunc dixi, quòd nimirum sanctificati sumus, quod per unigenitum, quòd gratia potiti sumus, quod pace, quod dono, quod remissione peccatorum, quod participatione Spiritus S. quod omni cum facilitate, quod absque labore, absque sudore, quod *fide sola* ὅτι πίστει μόνῃ, quod Filium miserit, &c.

*Oecumenius* in c.3. ad Rom.p.62. Quare omnes, postquam in Christum crediderunt, gratis justificantur *sola fide* contributa & ex parte sui collata.

Διὸ πάντες πιστεύσαντες εἰς χριστὸν, δωρεὰν δικαιοῦνται, τὸ πιστεύειν μόνον συνεισάγοντες

In cap.4. ad Rom.p.43. Antverpiæ 1545. Quid ergò inquit, nonne habuit Abraham opera? nonne hæc illum justificarunt? Absit. Opera siquidem habuit, ut si cum hominibus, qui simul cum eo versabantur, in judicio collatus, facilè justificatus fuisset, illisque antepositus: verum ut coram Deo ex suis operibus justificaretur, tanquam dignus & æqualis sese præbens dignitatis cum ea, quæ inde præbebatur beneficentia ac dono, nequaquam fuisset illam assecutus.

Unde igitur dignus factus est? Ex sola fide. Πόθεν οὖν ἠξιώθη τούτων; ἐκ μόνης πίστεως.

Editio Veronensis 1532. pag. 273. Τί οὖν, φησιν; οὐκ εἶχεν ἔργα ὁ Ἀβραάμ; οὐκ ἐδικαίου ταῦτα αὐτὸν; μὴ γένοιτο. ἔργα μὲν εἶχεν, ὥστε πρὸς τοὺς συμπολιτευομένους αὐτῷ ἀνθρώπους κρινόμενον, δικαιωθῆναι καὶ προκριθῆναι ἐκείνων. τό δὲ πρὸς τὸν θεὸν δικαιωθῆναι ἐκ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥστε ἄξιον καὶ ἰσοστάσιον ἑαυτὸν παραστῆσαι τῆς ἐκεῖθεν εὐεργεσίας καὶ δωρέας παντελῶς ἀπελείπετο

*In c. 5. Rom.* Ecquid verò dedit? Spiritum, quem ex sola dilectione, qua nos dilexit, impertiit nobis. Non enim propriis virtutibus vel operibus Spiritus Sancti gratiam amplexi sumus.

1536. Venetiis.

*Finus Hadrianus Finus* in flagello Judæor. l. 4. conclus. 5. Quòd per solam fidem de Christo futuro antiqui Patres justificati sunt.

*Oecumenius ad Rom. p. 349.* Gratia siquidem & opus naturâ à se separata sunt: & quidem opus merces sequitur, sed non gratia; porrò gratia datur, non ut retributio, sed ut donum ac munificentia.

Κεχώρισται μὲν γὰρ ἀπ' ἀλλήλων τῇ φύσει, χάρις καὶ ἔργον.

Gratia est tota res, nec ulla operum necessitas ad credendum.

χάρις ἐστὶ τὸ πᾶν, καὶ οὐ χρεία ἔργων εἰς τὸ πιστεῦσαι.

*In 1. ad Timoth* p. 213. Deinde ostendit, quod oporteat etiam quædam à nobis adferri: non enim Deus sine judicio aliquos elegit, alioqui res probata justaque non esset; & ait: quia fidelem me judicavit.

οὐ γὰρ ἀκρίτως θεὸς ἐπιλέγεται τινάς.

Experientia & praxis Ecclesiæ testatur, Patres quandoque sibi adversa scripsisse, exemplo nobis est Oecumenius, qui pro *sola fide* masculè decertat: interdum verò *contra solam fidem* insurgit.

Pro

## Pro sola Fide.

OEcumenius ad Rom. p. 210. Quomodo id efficitur? quia ex sola fide nos salvos facit, jamque mortuos vivificat, cum prius non exhibuerimus bis.

P. 252. Nec lex, in qua extolleris, quidquam Abrahæ ad promissiones contulerit, sed sola fides.

P. 258. Ob quam actionem, ob quod rectum opus gratia hæc data est? Ob solam fidem. ἐπὶ πίστει μόνῃ. Tantum enim credimus, & omnia nobis per baptismum gratis donata sunt.

P. 274. Sola ergò nunc requiritur fides nostra, animus ac voluntas.

P. 311. Cùm omnia à Deo acceperimus, nos solam fidem ipsi adduximus, cujus magna pars spes est futurorum.

*Ad Galat. p.* 744. Omnes igitur conclusi erant sub peccato; Ideò sola fide potuerunt assequi promissiones.

*Ad Ephes. p.* 17. Non quòd nollet ex operibus salvare, sed quòd nullus potuerit ex operibus salvari, nisi per fidem.

*Ad Coloss. p.* 133. Fide in ipsum. Satis est, inquit, solùm crede. ἀρκεῖ πιστεῦσαι μόνον.

1. *Timoth. p.* 215. Et dicimus, quòd justitia, quæ est ex Lege, ad eum collata, quæ est ex fide, non solum justitia non est, sed & primum peccatum est.

*In epist. Iacobi p.* 459. Abraham imago fuit justificationis, quæ *ex sola fide fit*, quando imputatum fuit ipsi ad justitiam, quòd crediderit: ejus verò, quæ est ex operibus, quando filium obtulit super altare.

*In acta Apostolorum p.* 36. Neque aliud ullum nomen, hoc est veneranda gloria, nisi *sola* fides in Christum, lapidem angularem, quæ potens est omnem aliam obscurare fidem, ut in qua sola datum est salutare.

## Contra solam Fidem.

### OECUMENIUS.

Ad Rom. p. 270. ποία δικαιοσύνη εἶπέ τις, ἢ τῆς διδομένης ὑπὸ Θεοῦ διὰ πίστεως; φησὶν, Ἰησοῦ χριστοῦ. εἶτα ἵνα μὴ δόξωσι ξένον τι ἀκούειν, εἰ ὅλως ἔνι σώζεσθαι μηδὲν αὐτοὺς συνεισενεγκάντας. δηλοῖ ὅτι καὶ τὸ πιστεῦσαι συνεισενεγκεῖν ἐστιν. ἄνθρωπος γὰρ δεῖται

δεῖται ψυχῆς τὸ πιστεῦσαι. διό φησι, διὰ πίστεως, δεικνὺς καὶ ἡμᾶς ἐκ τούτου συνεισφέροντας.

Qualis autem justitia (dicat aliquis) quove modo à Deo est tradita? per fidem nimirum Jesu Christi. At ne novum quidpiam sese audire arbitrarentur, si omninò eos servari liceat, citra ullam cooperationem: demonstrat quod ipsa quoque credulitas, cooperatio sit & contributio. Animi namque fortitudine opus est ad credendum: idcircò ait, per fidem, innuens per eam nos etiam contribuere quidpiam.

*Chrysostomus* in Matthæum homil.70.p.607. Commelin. Deinde ne fideles *sola se fide salvari* posse confidant, de pœna malorum edisserit. Ita infideles ad fidem, fideles verò ad rectè vivendum cohortatur.

Εἶτα ἵνα μηδὲ οὗτοι τῇ πίστει θαῤῥῶσι μόνῃ καὶ περὶ τῆς κολάσεως αὐτοῖς διαλέγεται &c.

*Iacobus Faber Stapulensis* ad Rom.p.75. Neque credas sufficere, ut continuò justificatus sis, si fidem habes. Nequaquam ita est. Nam non quisquis sic ex fide justificatur, ut fides ipsa justificatio sit, ut neq; opera. Etenim credunt Dæmones, ut inquit Jacobus Apostolus, sed ex fide justificamur, quemadmodum ex operibus: ex his remotius, ex illa vicinius: hæc minus, illa magis necessaria. Nam ex operibus sine fide nunquam quis justificatur: at contra ex fide sine operibus justificatur quis, ut jam ostensum est. Neque fides neque opera justificant, sed præparant ad justificationem.

*Primasius* ad Gal.3.p.306. Fides sufficit ut primò credentem & justum efficiat, si deinceps in justificatione permaneat: cæterum sine operibus mortua est, sed fidei operibus, non legis. Qui enim credit Deo, attendit mandatis: & eos qui Evangelii præcepta contemnunt, maledictos esse & Salvator edocuit, dicens, discedite à me, maledicti in ignem æternum.

*In cap.5.ad Galat.*p.325. Simul illud notandum, quod eos dixerit Christi esse, qui carnem cum vitiis & concupiscentiis crucifigunt. Contra illos qui solam fidem sufficere arbitrantur.

*Theodoretus* Tom.1.in Psal.96.p.271. Postquam verò non sola fide nobis opus est, verum etiam bonis operibus, necessariò & hanc admonitionem Propheta affert, qui diligitis Dominum, odite malum.

*Isidorus Pelusiota* lib.4.epist.65. Quippe cum non possit homo *fide* tantùm salvari: ὡς οὐκ ἐνὸν ἀπὸ πίστεως μόνον σωθῆναι.

*Eusebius*

*Eusebius Emissenus* in initio Quadragef. homil. 1. p. 21. b. Ecce B. Paulus jam Chrifti habitaculum, jam vas electionis effectus, intelligit *fibi non fufficere folam gratiam*, nifi gratiæ adjungat follicitudinem vigilantis & laboris induftriam.

*Theodolus* in cap. ad Rom. p. 735. Non enim eft beatus, cui fides ad juftitiam fine operibus imputatur, nam mutuum inter fe refpectum habent, opera & fides.

*Theophylactus in cap. 9. Iohan.* p. 319. πολλοὶ γὰρ θεοσεβεῖς μέν εἰσι, τὸ θέλημα δὲ τοῦ θεοῦ οὐ ποιοῦσι. δεῖ δὲ ἀμφότερον προσεῖναι, καὶ θεοσέβειαν καὶ θελήματος θείου πλήρωσιν, ἤτοι πίστιν καὶ ἔργα, ἢ ὡς Παῦλος ὀνομάζει, πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν. κεφαλαιωδέστερον δὲ εἰπεῖν, θεωρίαν καὶ πρᾶξιν. Τότε γὰρ ζῇ ἡ πίστις ὅταν καὶ τὰ ἔργα ἔχῃ τὰ διάφορα, ἐξ ὧν ἡ ἀγαθὴ συνείδησις παραγίγνεται, ὥσπερ ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἔργων ἡ πονηρὰ συνείδησις. καὶ αὐτὰ τὰ ἔργα τότε ζῇ ὅτε καὶ πίστιν ἔχοιεν, χωρισθέντα δὲ ἀπ' ἀλλήλων νεκρά ἐστι, καθὼς εἴρηται, πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά, καὶ ἔργα δίχα πίστεως.

*Iohannes Eccius* Tom. 3. in die Mariæ Magdalenæ p. 587. Primum enim Dominus non ait, fola fides tua, quoniam vocula hæc *Sola*, ex Evangelio non procedit, fed vix hodie aut heri fub hæreticarum incude fabricata eft.

*Iohannes Hofmeifter* in fefto Petri & Pauli p. 58. Fuerunt Ætiani, qui dicebant, homini Chriftiano folam fidem fufficere ad falutem, fed perierunt.

D. Keller Tom. 2, p. 87. Das SOLA bleibt auch zu probieren/vnd wird bleiben biß an Jüngften Tag. Dann nirgends habt ihrs gefunden in der Schrifft/ als wo es der Luther vermeſſen eingeftreut.

*Baronius Tom.* 6. ad Annũ Chrifti 516. §. 15. Opera, non verba, Papa Hormifda ab Imperatore requirit Anaftafio. Fac Domine Imperator, effectum rerum fidem probare verborum. *Non enim fermonibus cognofcuntur hominum corda, fed effectibus.* Cum & Abraham Pater nofter, non *nuda Deo fide, fed opere*, fidem * commendante, placuerit.

NB.

* fortè *comitante*.

*Ludovicus Richeomus in Idololatria l. 1. c. 15. p. 68.* Multò frequentius *mercedis* quam hæreditatis nomen occurrere in articulo Juftificationis.

## De Juftitia imputativa.

Auguft. Tom. 9. Tract. 29. in Johan. p. 101. edit. Antverp. Rurfus etiam de Apoftolis ipfius poffumus dicere, credimus Paulo, fed non

credimus in Paulum: credimus Petro, ſed non credimus in Petrum: credenti autem in eum, qui juſtificat impium, deputatur fides ejus ad juſtitiam. Quid eſt ergò credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & ejus membris incorporari. Ipſe eſt ergò fides, quam de nobis exigit Deus, & non invenit, quod exigat, niſi donaverit, quod inveniat.

Et: non qualiſcuſique fides, ſed fides, quæ per dilectionem operatur.

*Origenes* in c. 4. Rom. p. 507. Nam ſi juſtificatus non habet gloriam apud Deum; Abraham autem conſtat habere gloriam apud Deum: ergò non ex operibus, ſed ex fide juſtificatus eſt Abraham, ut neceſſariò habeat apud Deum gloriam.

P. 508. In eo autem ubi dicitur, quia fides ei reputata eſt ad juſtitiam, fides perfecta declaratur.

*Chryſoſtomus* in cap. 42. Geneſ. p. 831. Fidei eſt non corporalibus oculis contentos eſſe, ſed oculus mentis imaginari ea, quæ non videntur. Nam illa fide digniora credenda ſunt, quàm ea, quæ corporalibus oculis videntur. Sic Patriarcha gratus fuit Deo, quia credidit promiſſioni ipſius, & ſuperior naturâ factus, & humanis rationibus, idcircò & reputatum eſt ei in juſtitiam. Conſidera quòd juſtitia eſt credere his, quæ à Deo dicuntur.

*Hieronymus* Tom. 7. p. 37. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. Qui ſe in hoc ſeculo potuerit diligenter expurgare, vel per martyrium. Quod tegitur, non videtur: quod non videtur, non imputatur: quod non imputatur, nec punietur.

*Primaſius* in cap. 4. ad Rom. p. 19. Credidit Abraham Deo. Probavit, & ideò apud Deum habet gloriam, tam magna fuit dono Dei fides Abrahæ, ut & priſtina ei peccata donarentur, & ſola ei pro omni juſtitia duceretur acceptio, & tanto amore flagravit, ut deinceps ſemper DEO placeret.

Et reputatum eſt illi ad juſtitiam, compenſatum. Sola fides.

Ei autem, qui operatur, merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum. Exponit ipſum exemplum, & quia lex opera requirit, per quæ elatus fuerat Phariſæus. Cum ergò juſtificat impium divina miſeratur, locum meriti non poteſt habere præſumtio. Debitor enim eſt antequam pareat præceptis, & niſi paruerit, damnatus. Et:

Impium

Impium per *solam fidem* justificat, non opera, quæ non habuit. Si enim secundum opera, puniendus est, non liberandus. Simul attendendum non peccatorem justificari per fidem, sed impium.

*Theophylactus* in cap. 4 Rom. p. 418. b. Ob eam rem fides credenti ad justitiam imputatur, hoc est suscipit fidem ejus Deus, non ut mercedem ipsi reddat, verùm ut justificet ipsum. Proinde qui credit, adfert etiam nonnihil, fidem videlicet. Cum itaque ab Abrahamo ostenderit, quòd ex fide sit justitia seu justificatio, producit in testem ipsum David, beatum prædicantem eum hominem, cui non imputarit Dominus peccatum.

*Maximilianus Sandæus* in Maria Patrona p. 13. Igitur justitia nostra non est alia, nisi ea, quæ est in Christo, nobis imputata.

*D. Luther* Tom. 4. Lat. Jen. p. 54. b. Audire ista sic gesta esse, & indubitata fide apprehendere, eaque est *verè formata fides*.

*Johannes Huss Tom. 2. in cap. 2. Iacobi p.* 131. Mortua est in semetipsa, quia non est conjuncta principio vitæ, scilicet Charitati. *Forma* namque fidei, qua fides vivificatur, charitas est.

*Nicolaus Cusanus* Tom. 2. p. 45. Per gratiam gratis datam nemo salvatur; sed per gratiam, gratum facientem, scilicet charitatem, quia sine Spiritu S. non salvamur.

*D. Luther Tom. 1. Ienens. p.* 228. Ja wann wirs recht ansehen/ so ist die Lieb das erste/ oder je zugleich mit dem Glauben.

XIII.

## De Prædestinatione.

IN centuria decima quinta vixit & scripsit Bellarminus de gratia & libero arbitrio l. 2. c. 8. Imò ut paulò post explicabimus, credimus Deum absoluta voluntate velle salvare multos, tum parvulos, tum adultos, *& absoluta voluntate alios non velle salvare* tum parvulos non adultos.

In annalibus Francorum Pithæi fol 53. *Goleschalkus* quoq; quidam Presbyter de prædestinatione Dei pravè sentiens, & tam bonos ad vitam quàm malos ad mortem *inevitabiliter* à Deo prædestinatos esse adfirmans, in Conventu Episcoporum rationabiliter, ut plurimis visum est, convictus, & ad proprium Episcopum Ingumarum Remis transmissus est, prius tamen juramento confirmans, ne in regnum Ludovici ultra transiret. *An. 848.*

*Fulgentius* ad Monimum l.1.c.30.p.104. Augustini operi quod scripsit de prædestinatione sanctorum, à quibusdam Gallis objectum, quòd beatus Augustinus in assertione prædestinationis divinæ peccatores non solùm prædestinatos diceret ad judicium, sed etiam ad peccatum.

*Alphonsus à Castro* parte altera p.126.b. Quoniam si admittamus (quod juxta Pauli doctrinam falsum est) prædestinationem divinam ex meritis hominum prævisis procedere, ita ut prædestinationis divinæ causa sit præscientia meritorum, &c.

*Pererius* in Danielem p. 715. citat Augustinum conc. 2. in Psal. 68. Præscius est. *Prædestinavit omnes* ante constitutionem mundi, regnaturos cum filio tuo in vita æterna.

Universalem omnium hominum electionem ad vitam æternam *Nicolaus Eschius Presbyter* Dilingensis defendit in Margarita Evangelica l.1.c.31.l.5. Quod cum ita sit, frivola admodum & cœca nimis opinio est, dicentiũ: unde scire potero si me vel elegit, vel damnare constituit Deus? Et, signavit Deus omnes suos, atq; prævidit quos vel salvare vel reprobare decrevit. Hujuscemodi namq; verbis aut cogitationibus graviter nimis inhonoratur & blasphematur Deus. Non est voluntas patris vestri, qui in cœlis est, ait ipse Dominus, ut pereat unus de minimis istis. Venit enim filius hominis salvare quod perierat. Et, Pater diligit Filium, & omnia dedit in manus ejus. Qui credit in Filium, habet vitam æternam; qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. *Ab æterno siquidem omnes nos pijssimus Deus amavit, cognovit, vocavit & elegit*, ita ut si vice versa etiam nos ipsum cognoscere, amare & diligere velimus, absque dubio futuri simus in perpetuum electi ipsius. Omnes enim illos, qui ipsum eligere & amare volunt, elegit Dominus. Unde etiam ipse dicit: ego diligentes me diligo. Et hoc quoq; signavit charitate & gratia prædestinationis, seq; eis in perpetuum benefacere velle, promisit. Illos verò qui se à Deo sponte avertunt, & solatium atque amorem suũ in rebus transitoriis constituunt, eisq; cor suum apponunt, obliti amoris divini & beneficiorum Dei, hos tales secundum æternam prædestinationem suam præscivit, quod videlicet in perpetuum juxta exigentiam operum suorum malè habebunt, & debita justitia in æternum condemnabuntur. Contempserunt etenim bonum: & sponte se averterunt à Deo creatore suo ad creaturas, & pro hoc væ sempiternum & perenne supplicium eis repẽdet.

Dilingæ 1610.

Qui

Qui verò DEUM ſuper omnia diligunt & intendunt, illos ipſe viciſſim ſalvare decrevit, perducetque eos ad bravium illud, pro quo multi quidem in ſtadio currunt, ſed unus tantùm accipit, qui ſunt omnes illi, qui unum cum DEO efficiuntur.

Idem Eſchius l. 1. c. 26. K ij b. O quam verò beata eſt anima, quæ de ſe ipſa non præſumit, ſed *omnem fiduciam atque ſpem ſuam in Deo conſtituit, in meritis videlicet amariſſimæ paſſionis ſuæ.*

Lib. 1. c. 29. Divina charitas ex fide & ſpe naſcitur.

*Anno* 1629. *Tannerus ſtatuit*, Chriſtianos eligi *ante prævíſa merita*, D. Stengelius autem *ob prævíſa merita.*

Georg. Stengelius.

Theſi 48. A Scripturis incipiamus, & quidem delibando duntaxat, compendij cauſſa intulit Chriſtus: multi ſunt vocati pauci electi. *Cur pauci electi? Quia pauci voluerunt venire.* Si plures veniſſent, ſicut poterant venire, plures electi fuiſſent.

Et: Ergo ab æterno præparatum eſt regnum *ob prævíſa eorum merita.* Nam dic, Chriſte, cur paratum? Eſurivi *enim*, ait; cauſam ergò adjungit præparati regni. p. 49. Reprobis, ait, ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis ejus. Sed hic ignis paratus eſt Diabolo, *niſi ob ejus prævíſa demerita.* Hinc additur, eſurivi *enim*, & non dediſtis mihi manducare &c. Ergo nec regnum iuſtis eſt paratum *niſi ob prævíſa eorum merita.*

*Iohannes Geiler Keiſersbergius* (natus Schaffhuſæ an. 1445. denatus Argentinę 1510) ſed propria merita deficiunt? in homilia de diſpoſitione ad mortem: non habeo tale ſpeculum conſolatorium, quod mihi proponam & objiciam oculis, ſpeculum conſcientiæ meæ maculoſum eſt, ſicut menſtruatæ, per peccata?

Feria 5. poſt judica: 18. fructu p. 174.

Habes, Frater, aliud ſpeculum clarum, in quo *infinita tua merita* relucent. Reſpice in faciem Chriſti tui, tuorum meritorum *pleni, tuorum, inquã,* quia tibi ea dedit, pro te paſſus eſt in cruce. Sic, ſic beatus ille Bernhardus in noviſſimis juvabat contra deſperationem, cum eum Diabolus à proprijs meritis averteret, reſpondit: Domino meo duplici jure regnum debetur cœlorum. Inclama ergò Dominum Jeſum Chriſtum, neque unquam deſperes etiam ſi tot latrocinia, furta, homicidia perpetraſſes, *quot ſunt guttæ maris* & arenæ, folia & gramina campi: etiamſi de ijsdem [illegible] unquam aliquam egiſſes pœnitentiam, *nec ea confeſſus fuiſſes,* nec etiam modò ad ea confitendum, facultatem haberes. Si quidem in

tali causa *sufficit vera interior contritio*. Cor contritũ & humiliatum Deus non despicit. Quacunque enim hora peccator ingemuerit, salvus erit. Propone tibi Petrum negantem, Paulum persequentem, Matthæum & Zachæum Publicanos, Mariam Magdalenam Ægypticam adulteram, & latronem, qui post gravissima peccata consecuti sunt misericordiam à Domino. Ex totis igitur præcordiis recurre in novissima illa hora ad Dominum Deum tuum, dic: O misericordissime Pater, misericordiam impertire tuæ craturæ misellæ per amarissimam tuam passionem, quam passus es propter me & omnes peccatores, concede mihi in hac hora, spem & confidentiam in tua misericordia, contritionem peccatorum meorum veram, conforta cor meum contra desperationem, sicut sanctum Petrum te negantem. Revoca me, sicut Paulum Christianorum crudelem persecutorem, consolationem mihi præsta, sicut latroni in cruce, & omnia mea peccata mihi dimitte, sicut peccatrici illi Mariæ Magdalenæ, quatenus hîc gratiam tuam consequar, ab infernique pœnis acerbissimis liberer, gloriamque in tuo regno, per tuam, O misericordissime Domine, pietatem consequi valeam, qui vivis & regnas cum Deo Patre & Spiritu sancto, semper benedictus in secula Amen.

## XIV.
## De Bonis Operibus.

Pag. 421. LAurentius Surius, qui vixit centuria quinta, scripsit ad annum Christi 1538. Non tamen bonis operibus, quæ nos facimus, certo vitam æternam deberi, affirmare audemus.

Ex relatione Simonis de Cassia, Monachi Augustiniani defuncti 1348. Post paucos annos, anno videlicet 1353. ex eadem familia *Guido* quidam, qui sententias Parisiis interpretatus fuerat juxta Ordinationem Domini Cancellarii Parisiensis ac cæterorum magistrorum reverendorum Theologicæ facultatis revocare coactus est, quod dixerat, *homo meretur vitam æternam de condigno*, id est, quòd si non daretur ei, fieret sibi injuria, & quod Deus faceret sibi injuriam. Istam, ait, propositionem *revoco*, tanquam falsam, hæreticam & blasphemam.

*Historia S. Elzearij comitis* c. 28. p. 115. quandoque dicere auditus est, *tu mihi, Domine Deus*, debes *centũ auri uncias*, & duo panni coccinei volumina, ea mihi in cœlo redhibe. Et Alasiæ, quæ dicto supervenerat, per-

con-

cunctanti, quid sibi de hac postulatione vellet? respondit illa, se hodie, cum habere potuerit, amore Christi rejecisse.

D. Henricus Canisius Tom. 2. lection. antiq. p. 10 Arnolfus Comes hoc tantum tacitus mecum reputabam, *fortassis* in die novissimo pro me dicturus est (*Emmeramus*) Christo, *da mihi hunc peccatorem.*

*Ludovicus Granatensis* Tom. 1. Concionum in circumcisione Domini concione 1. p. 305. Huc spectat, quod de *quodam Rege Scotiæ*, ætate forma, opibus, cæterisque naturæ ornamentis præstanti, memoriæ proditum est. Qui cum beatæ vitæ studio incensus domui, patriæ, fortunis, regieque splendori cessisset, & *in abstrusum se Monasterium abdidisset*, atque opes, quibus abundaverat, cum Monasticæ vitæ austeritate *commutasset*, morti jam proximus, & adventantis judicij terrore perculsus, in eam tantum vocem firmissimæ spei & consolationis plenissimam prorupit: *Feci Domine, quod jussisti: fac tu quod promisisti.* Hoc est, quid me finitimi judicij horror conturbat? quid mortis timor deijcit, & miserè distorquet? Illi obtemperavi, qui dixit, vade & vende omnia, quæ habes, & sequere me, & huis me ille promissionibus veracissimus & clementissimus poterit fraudare?

August. tom. 10. in Lucam pag. 84. Promissorum suorum nobis Chirographum fecit, non debendo, sed promittendo, debitorem se Deus fecit, id est, non mutuò accipiendo, sed planè dicimus, *Redde, quod promisisti.*

## Haußpostil D. Luther 19. Trinit. p. 125.

So du zweiffelst / hilfft dir die absolutio nichts / wenn gleich Gott mit allen seinen Engeln solch Absolution über dich spreche ꝛc. Also sol das Wort vnd Glaub sein beysammen stehen / dan es kan keines ohne das ander seyn.

Pag. 125. b. daß also Wort vnd Glauben / gleichsamb als zur Ehe zusammen gegeben / vnd keines sich vom andern scheiden kan lassen.

## D. Luthers Kirchen-Postill/Epistel nach dem Christag. pag. 122.

Es seyn zweyerley gute Werck / etliche zuvor/ etliche nach der Rechtfertigung. Die zuvor geschehen / scheinen nur, und seyn kein nütz/ die aber folgen/die seyn rechtschaffen gut.

Wil zuvor die Person gerecht und gut haben.

## Hauß-Postill/am 3. Advent. p. 18.

Jedermann sol sich für Sünden hüten und fromb seyn/ doch auff solche Frombkeit seinen Trost für GOtt nicht setzen/sondern sol wie Johannes/ seine gute Werck und erbahr Leben / **als einen Schuhlumpen** achten/gegen der hohen/ reinen/vollkommenen und grossen Gerechtigkeit/die unser lieber Christus/durch sein Leyden und Sterben uns verdienet hat.

## Concione 2. de Cœna Domini. p. 108. b.

Unmöglich ists/daß wir können umb unserer Werck willen gantz rein seyn/ oder zur Reinigkeit kommen.

Z. 4. *D. Eccius de Prædestinatione*, ita quod nullum meritum nostrum dicatur *condignum*: quod verbum apparet *mihi nimis superbum & insolens*, si dicamus, nos aliquid mereri de condigno.

Verum est, quòd aliqui libri impressi (qui mendis scatent) habent hîc condigni. Alias non memini me vel legisse vel audivisse in Biblia affirmativè.

Utamur ergò merito *digni, nullum appellantes condignum* ad normam loquendi Sacræ Scripturæ. Et hoc existimo tacitè voluisse Cardinalem Cameracensem quæst. 9. primi artic. 2. dicentem: *Nullus tamen vitam æternam mereri potest de condigno.*

*Adamus Sasbout Ord. Min.* in homil. p. 122. Benè dicit Paulus, Nullum opus, quantumvis insigne, quantumvis arduum, absque Charitate quidquam proficit ad meritum. Jejuna, vigila, ora, ingemisce, age quicquid velis, *omnibus Operibus tuis non poteris mereri gratiam justificationis*, hoc est, remisionem peccatorum, multò minùs vitam æternam. Non est hæreticum, quod dicimus, sed maximè Catholicum.

Gre-

*Gregorius M.* super 7. Pſalmos pœnitentiales. Aliud eſt *ſecundum* opera reddere, & aliud *propter* opera reddere. In eo enim quod ſecundum opera dicitur, ipſa operum Qualitas intelligitur, ut cujus apparuerint opera bona, ejus ſit & retributio glorioſa. Illi namque beatæ vitæ, in qua cum Deo & de Deo vivitur, nullus poteſt *æquari* labor, nulla opera comparari, præſertim cùm Apoſtolus dicat, non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Tom 2. p. 995.

Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis p. 245. in Guilielmo *Altiſiodorenſi*. Una ejus ſententia notari ſolet, ut ſingularis, quòd videlicet merita hominum juſtorum prius & principalius *à fide, quam à charitate dependeant*.

*Granatenſis* Tom. 4. p 382. Non ſolus nobis ad emendationem ſufficit ſacrificii ſanguis, nec ſola ſufficit hyſſopus: hoc eſt, non ſolùm ſufficiunt nobis labores & opera noſtra (ut Pelagiani falsò jactitant) nec ſola ſine ullo ſtudio noſtro, Chriſti Servatoris merita &c.

## XIV.

## De Bonis Operibus.

J*Acobus Faber* in cap. 3. ad Coloſſ. p. 186. Caſtigo, inquit, corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne cùm aliis prædicavero, reprobus efficiar. Verum in illis caſtigationibus ſummam ſuæ ſalutis non collocabat, ſed in gratia Chriſti &c.

### D. Luthers Hauß-Poſtill / am Heil. Pfingſt-Tag pag. 41.

Was mag es für ein Meynung haben / daß der HErr der Liebe gedenckt / vnd nicht alſo ſagt / wie Er ſonſt pflegt / wer an mich glaubet? Thuts dann die Liebe vnd der Glaub nicht / daß Er ſpricht: Wer mich liebet? Antwort / es iſt eben eins. Dann Chriſtum kanſtu nicht lieben / du glaubeſt dann an Jhn / vnd tröſteſt dich ſein / vnd iſt das Wörtlein Lieben / in dem Fall / etwas deutlicher vnd ſtärcker / daß er fein anzeigt wie man die Augen vnd das Hertz von allen andern was im Himmel vnd Erden iſt / abziehen / vnd allein auff dieſen Mann JEſum Chriſtum wenden ſol. Dann ſolches iſt der Liebe eigentliche Art / weil

sie sich annimpt/ deß nimpt sie sich allein an / da bleibt vnd beruhet sie auff/vnd achtet sonst in der weiten Welt nichts mehr.

## In der Epistel am Heil. Pfingst Tag/ p.41.b.

Also muß die Lieb auß dem Glauben herfliessen/ die dringt darnach durch allerley Gefahr vnd Vnglück/vnd fraget nichts darnach/ob gleich die Welt drüber murret vnd zörnet. Dann ihr ist an Christo vnd seinem Wort mehr/dann an der Welt Zorn gelegen.

## Am Osterdienstag. p.10.

Also ist ein Christ zugleich ein Sünder/vnd ein Heiliger/er ist zugleich böß vnd from/dann vnser Person halber sind wir in Sünden/ vnd in vnserm eigen Namen sind wir Sünder: Aber Christus bringt vns einen andern Namen/ der da heist Vergebung der Sünden / daß vns vmb seinet willen die Sünd nachgelassen vnd geschenckt werden.

## D. Luthers Kirchen-Postill Epist. 2. Epiphan.

Also daß es vest steht/ gute Werck machen nicht Christen/ sondern Christen machen gute Werck / wie die Frucht macht nicht den Baum / sondern der Baum macht die Frucht/ vnd das Gesicht macht nicht die Augen / sondern die Augen machen das Gesicht/ vnd endlich muß allenthalben das Wesen ehe seyn / dann das würcken / daß kein Werck das Wesen gebe/sondern das Wesen gebe das Werck.

## Epistel am Christag. p.74.b.

Wer da nicht vestiglich glaubt solcher Gnaden GOttes/der erzeigt es gewißlich auch nicht gegen seinem nechsten / vnd ist faul / hinlässig demselbigen wol zu thun. Je vester aber jemand glaubt/je fleissiger vnd williger er ist seinem Nechsten zu helffen : Also treibt der Glaub die Lieb / vnd die Lieb mehret den Glauben.

*Chrysost. in act.* p.599. Facilius est, quòd Sol non calefaciat, neque luceat, quàm Christianum non lucere: Facilius est, lucem tenebras, quàm hoc fieri.

*Illustrissimi Principis* ac Domini, Dn. JOHANNIS FRIDERICI *secun-*

*di*

& &c. suo ac fratrum, Dn. JOHANNIS FRIDERICI Junioris nomine, solida & ex verbo Dei sumta confutatio præcipuarum corruptelarum, sectarum & errorum, hoc tempore ad instaurationem & propagationem Regni Antichristi Romani Pontificis, aliarumque fanaticarum opinionum ingruentium & grassantium contra veram S. Scripturæ, Confessionis Augustanæ & Smalcaldicorum articulorum religionem, ad suæ Celsitud. & fratrum suorum subditos cujuscunque Ordinis scripta & edita, ut auxiliante Deo illas Sathanæ technas cavere, & in puritate Verbi Dei, prædictaque Christiana agnita, recepta & confessa Religione, in cujus Confessione & ipsorum Celsitudines, Dei beneficio constantes *ad extremum usque vitæ spiritum* perseverare decreverunt, illi quoque permanere possint, quemadmodum & debent.

*Ienæ* ex Officina Typographica Thomæ Rebarti. 1559.

## Contra Errores Majoris, quod bona opera necessaria sint ad salutem &c.

PAg. 42. b. primum arripuit has propositiones, palam & mordicùs tuendas,

Bona opera sunt necessaria ad salutem.

Nemo unquam sine bonis operibus salvatus est.

Impossibile est quenquam sine bonis operibus salvari.

Has propositiones varijs rationibus & glossis pingit & palliat, quarũ aliquæ saltem in speciem verisimiles: aliquæ autem palam impiæ & falsæ sunt, nimirum ut prætextu verisimilium falsas venditet atque obtrudat. Veritatis speciem hoc comento præbet, quod passim se ipsam declarans scribit: se bona opera ad salutem necessaria docere, non tanquam meritum, sed tanquam fructum & effectum necessariò comitantem illos, qui fide consecuti sunt salutem.

Pag 44. b. Tertiò post depravatam applicationem meriti Christi ad nos & falsò confessioni pariter ac fidei communicatam, transit tandem ad Papistica encomia bonorum operum, ut Pharisiacam præsumtionem confirmet. Laudat enim bona opera, non more scripturę usitato, sed alio duplici & planè Papistico modo, tum quod *pars sint nostræ justitiæ coram Deo*, tum quòd *causa* retentiva sint acceptæ salutis.

Pag. 46. Est igitur prorsus falsum & impium encomium Majoris

de operibus, cum ea in definitione justitię conjungit cum operibus Christi. Hoc enim pacto honorem justitiæ & salutis soli obedientiæ Christi debitum communicat operibus nostris, & fidem nostram distrahit, partim in Christum, partim in nos ipsos. Quid obsecro magis Papisticum & Idololatricum dici potest?

II. Porrò non minus impium quoq; est alterum illud bonorum operum encomium, ubi eis tribuit *vim* retinendæ salutis.

P. 46. b. Errat igitur gravissimè *Major* hac quoque in parte, quòd tribuendo bonis operibus *vim conservativam* acceptæ salutis abducit pios ab assidua Christi imploratione pro perpetua remissione peccatorum, pro confirmanda fide & conservanda salute, ad superbam præsumtionem & confidentiam de proprijs operibus ac donis, contra illud Pauli 2. Cor. 1. ne collocemus fiduciam in nos ipsos, sed in DEUM, qui mortuos exsuscitat.

P. 47. b. Non solùm autem cum Verbo DEI pestilens hic error pugnat, ut hactenus abundè ostensum est, sed etiam à nostris Ecclesiis toto tempore instaurati Evangelij, præsertim autem anno 36. & deinceps, cum quidam eum astutè ex Papatu restituere conarentur, damnatus et rejectus est. Quin & Augustana Confessio & Apologia non obscurè hunc errorem eo ipso damnat, quòd cum multa de gratuita acceptatione & bonis operibus dicat, eaque omnia studiosè consectetur, quæ adversarios nobis æquiores redderent, hanc tamen propositionem Monachis & adversarijs longè exoptatissimam nusquam vel nutu ponit, asserit, aut saltem subindicat.

## XV.

## De Pœnitentia & Confessione.

STatuta Diœcesana sive Synodalia Reverendissimi in Christo Patris Illustrisque Principis & Domini, Domini Johannis Dei & Apostolicæ sedis gratia Administratoris Ecclesiæ Ratisbonensis, Comitis Palatini Rheni, Bavariæque Ducis, novissimè innovata & publicata. Babenberg. 1512. 15. die Maij per Johannem Pfeil.

*Canones Pœnitentiales.* D iiij. b.

## De Confeſſione.

BEllarminus in concionibus p.68. Nos tria illa fide & verbis confitemur, factis & moribus pernegamus, & ſatis nobis eſſe cenſemus, ſi confuſo quodam modo peccata noſtra, tanquam hiſtoriam quandam Sacerdoti referamus. Sed non ita eſt, fallimur vehementer, à recta via aberramus. Et multi ſunt, qui eo, quod jam confeſſi ſunt, pedem unum ſe habere arbitrantur in cœlo, qui tamen ſi rectè conſiderent, videbunt ſe pedem unum in terra, alterum in Gehenna poſuiſſe. Nec enim confiteri, ſed benè confiteri hominibus cœlum aperit.

Pag.73. Quantum obſecro, nos ab hoc genere pœnitentiæ abſumus!

*Beatus Rhinanus* ad locum Tertulliani de pœnitentia, p.434. ait: Tertullianum de clancularia iſta admiſſorum confeſſione nihil locutum, quæ penitus id temporis ignorabatur.

Cæterum Thomas ab Aquino & Scotus, homines nimium arguti, *Confeſſionem hodie talem* reddiderunt, ut Johannes ille *Geilerius*, gravis ac Sanctus Theologus, qui tot annis Argentorati concionatus eſt, apud amicos ſuos ſæpe teſtatus ſit, juxta illorum deuteroſeis *impoſſibile eſſe confiteri.*

*Baſilius M.* in Pſalmos p.76. Non oro tantum fateor, ut multis manifeſtus fiam, ſed corde ipſo, clauſis oculis *tibi ſoli*, reſpicienti arcana, mecum ipſe rugiens oſtendo meos gemitus. Non enim multis verbis mihi opus ad Confeſſionem, ad quam & cordis mei ſuſpiria & ex animæ penetralibus imis ad te Deum meum tranſmiſſi queſtus *ſatis exiſtunt.*

*Richardus à S. Victore* p.9. b. Sola cordis Confeſſio pœnitenti *ad ſalutem ſufficit veraciter.* 1912.

D. Luther contra 32. articulos Lovanienſium Theologorum, Lipſiæ 1545. theſi 34. Pœnitentiam cum virtute clavium abſolventium *Sacramentum libenter confitemur.* Habet enim promiſſionem & fidem remiſſionis peccatorum propter Chriſtum.

## De Fide.

B*Aſilius Seleucienſis* orat.20. p.191. Adeamus Fidem, Eccleſiæ coronam, diligamus Fidem, adoptionis fundamentum, fidem coruſcan-

tem, minimè ferunt Dæmones: fidem Discipulorum Christi primarium ornamentum.

*Æneas Sylvius* epist. 411. p. 570. Duos habet Ecclesia *thesauros*, spiritualem alterum, materialem alterum, utrumque liberaliter erogabimus, & illum, qui nunquam exhauriri, & hunc, qui nunquam impleri potest.

*D. Luther* Tom. 2. Lat. Jen. p. 273. Indulgentiæ sunt adulatorum Romanorum *nequitiæ*.

*Æneas Sylvius* Epistol. 66. p. 64. Nihil est, quod absque argento Romana curia dedat.

## XV.
## De Indulgentiis, & Antichristo.

*Argentorati 1511.*

*Navicula seu Speculum Fatuorum Iohan: Geiler Keisersperg. Turba* CII. *p.* 33.

FRAUDATORUM.

SUnt hi falsi Doctores & Expositores, qui Antichristo viam parant, ut dicitur in speculo Brant, qui erit falsarius maximus & seductor, quos dum venerit, plurimos reperiet, *qui non longè abesse dicitur* propter tria signa, quæ hic ponuntur. Primum est librorum multitudo: secundum est Doctorum pluralitas. Tertium Indulgentiarum abundantia, quæ omnia contemnuntur, ut patet per experientiam, & videntur esse signum finis Christianæ religionis. Simile de lumine, quod in fine maximè flammescit: sic & videtur, quod circa luminis fidei maximæ gratiæ flant in Indulgentiis, quæ largius his annis, quàm unquam ante hac administrantur, sic de libris & scientiis. Sed ex quo fit mentio *de Indulgentiis*, dic quod dudum antehac te nobis dicturum spopondisti, quid tenendum de earum suspensione, ut fertur. Dicam tibi, quantum mihi notum est. Legi schedulam papyream impressam, copiam cujusdam Bullæ, in qua continetur suspensio facta per Papam Alexandrum modernum omnium Indulgentiarum plenariarum quibuscunque locis aut personis concessarum, similiter & facultatum & concessionum contentarum etiam in literis, beatissime Pater, & mandatur Prælatis, ut hoc publicari faciant. Audivi denique à Suffraganeo Herbipolensi, quòd impetraverit Romæ

quibus-

quibusdam personis *revalidationem Indulgentiarum* à Papa! Quantum hoc fidem de his faciat, viderint Prælati nostri: ego per hæc mea verba nihil addere, neque adimere volo. Necessarium tamen mihi videretur, ut fieret provisio super his, ne populus in suspenso maneret, etiam ad summum Pontificem si proprius nuncius esset propterea mittendus ad inquirendum, si intentio suæ sanctitatis sit, quod interim morientes privati esse debeant tali gratia sine eorum culpa. Et quomodo esset obviandum scandalis multa de his loquentium & obloquentium summo Pontifici. Inprimis quod fraus esset, quòd privarentur Indulgentiis, & pecuniæ, quas exposuerunt, eis non redderentur.

Secundò, quia dicitur in suspensionis Bulla, quòd hoc fiat pro lucri faciendis animabus, cum tamen hoc potius cedere videatur non in lucrum, sed grave damnum animarum, illorum qui cum *Indulgentiis* mox evolarent, cum alias grave sint passuri purgatorium.

Tertiò quia dicitur in Bulla, quod propter annum Jubilæum fiat talis suspensio, quatenus frequententur magis.

Hoc non videtur habere locum in senibus & aliis, qui nunquam essent intraturi, præcipuè de his qui interim sunt morituri.

Quarto, quòd sicut Papa non habet facultatem *Indulgentias concedendi* sine causa legitima, quia Deus tales non approbat: sic videtur quòd sine legitima causa datas revocare aut suspendere non possit, &c. Talia absque numero: alias male affecti Apostolicæ sedi submurmurare possunt, sicut & de facto faciunt. Ad obviandum igitur talibus, & ad quietandum conscientias piorum expediret fieri declarationem & publicationem.

Sed ais; Et quid nobis interim faciendum est, ne privaremur Indulgentiis plenariis, quicquid fieret de declaratione, esset ne alia via aliqua, *qua evolare possemus sine purgatorio?*

Quæsivi & inveni in prima parte Antonini tit. 5. c. 4. §. 2. & in in Summa Antis. l. 3. tit. de Latria. & in Gersone tract. de Indulgentiis, quòd multæ sunt viæ ad hoc, 1. quædam difficiles, 2. quædam nobis impossibiles, 3. quædam faciles. Omnes recensere volo, eligatis quam volueritis.

Prima via est per plenarias Indulgentias, quas solus summus Pontifex dat. Hæc via est ad præsens intercepta, ut dicitur.

Secunda via est per baptismum, & hæc obserata est nobis, non enim denuò baptizari poterimus, patet solis pueris aut &c.

Tertia

Tertia est martyrium. Ardua nimis, per hanc multi ſanctorum in ſpecie viſibili viſi ſunt in cœlum aſcendere in ſpecie columbæ.

4. Quarta eſt per intenſam contritionem. Amara eſt via, per quam tamen ivit *Diſmas* in cruce, & meretrix illa, quæ per contritionem expiravit.

5. Quinta eſt per perfectionem. Hæc rara eſt & non trita, eorum qui vicerunt mundum, qui vitam præſentem habent in patientia, & mortem in deſiderio.

6. Sexta eſt per multarũ tribulationum patientiam. Via hac immediatè in cœlum aſcendit mendicus Lazarus in ſinum Abrahæ, &c. Hanc elige frater, facilis eſt, & omninò communis, quia nemo ſine tribulatione. Habe ergò patientiam in adverſis, cum obſecratione, quòd in partem tuæ purgationis convertantur. Nam Dominus in tribulatione peccata dimittit, juxta illud, cum illo ſum in tribulatione. Et tanta poteſt eſſe, quòd prorſus purgaris.

7. Septima per ſatisfactionem propriam in confeſſione ſuſceptam, aut voluntariè factam, vel per alium pro ſe perſolutam in corpore, vel in donis præſertim cum autoritate commutantis.

8. Octava eſt per *Indulgentias Eccleſiæ* vel Prælatorum particulares, non enim intelligo has ſuſpenſas, & tales poſſunt in tantum multiplicari, quòd quis omnium peccatorum ſuorum conſequeretur remiſſionem.

9. Nona per communicationem ſuffragiorum communium, ſicut in Monaſteriis & Eccleſiis.

10. Decima per omne opus ex charitate factum, quamvis ſpectet ad contemplationem: ſi jungatur intentio vel oratio, quod valeat ad indulgentiam peccatorum. Sic enim dictum eſt de beata Magdalena, quòd dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum. Et ad ſervum, omne debitum dimiſi tibi, quia rogaſti me.

11. Undecima per omne opus miſericorditer proximis impenſum, ſecundùm opera miſericordiæ, tam ſpiritualia, quàm corporalia: quorum quælibet ad ſeptenarium rediguntur: ſic enim dictum eſt, Date & dabitur vobis: dimittite & dimittetur vobis.

12. Duodecima per orationem ſive petitionem, quòd Indulgentia peccatorum ſibi fiat in hac vita potius, quàm in purgatorio. Hæc eſt via communis & omnibus poſſibilis, & ſecundùm *Gerſonem* & Antis. efficax: nam qui hoc petit, exauditur: ratio eſt, quia ſi quis petit pro ſe & perſeveranter,

verantur,& piè,hoc est ad salutem & ex charitate efficax est ejus oratio. Patet ex regula magistrali fundata super verbo Christi,si quid petieritis. Sed si quis petit Indulgentiam peccatorum sibi fieri in hac vita potius, quam in purgatorio, ritè petit & piè. Patet, quia pœna purgatorii longè gravior est & minus habens,imò nihil habens de merito. Ergò siquis petit Indulgentiam peccatorum sibi fieri in hac vita ex charitate & perseveranter, obtinebit utique,& moriens statim evolabit ad cœlum.

Sequitur ex præcedentibus,quod vel per martyrium vel aliis modis Deo cognitis purgabitur in hac vita,& longè mitius, quàm in altera purgaretur: similiter & præmium essentiale per patientiam merebitur augmentari. Ex his patet,cur viri sanctissimi flagellis atteruntur in hac vita, quia confidentes in Dei misericordia,quod faciet eis cum tentatione proventum: petunt hic puniri,& in fine peccata scilicet venialia etiam differri purganda. Quorum Deus petitionem exaudiens commutavit sententiam & pœnam purgatorii in pœnam hujus exilii,& augmentum essentialis præmiis,scilicet cum acceleratione Paradisi. Hinc est illud August. Hic ure,hic seca, ut in æternum parcas. Notetur & illud de Mauritio Imperatore,qui elegit hic puniri,& proditoriè occisus est,sicut nuper dictum fuit. Rogemus. Hæc ex Gersone.

*Michael Bajus in opusculis p. 154. b.* Ex quo sanè intelligimus, quòd si Indulgentiæ ab initio nascentis Ecclesiæ, spatio mille annorum aut circiter ignoratæ fuissent, quod nec postea credi debuissent,&c.

*Summa Hostiensis lib.5.de remissionibus p 430.* Quid ergò si Papa facit generalem remissionem pro præsidio terræ sanctæ,& aliquis verè pœnitens & contritus assumit crucem, credens firmiter, sibi omnem satisfactionem temporalem remitti, & sic moritur, credendum est, quod nec purgatorium sentiat. Quid si dat eleemosynam ut Indulgentiam annalem lucretur,valet sibi ad onus pœnitentiæ sublevandum, & hoc propter duo,scilicet devotam erogationem,& quia obligat eum, qui facit remissionem, secundùm Ray. imò propter firmam fidei puritatem ac eleemosynæ & clavium potestatem. Quid ergo si is,cui injuncta est pœnitentia *septennis*,dat VII.den. pro talibus indulgentiis acquirendis, numquid est omninò liberatus, scripsit Ray. quòd hoc non

*Lugduni 1556.*

potest ſcire aliquis mortalis, niſi ſibi eſſet divinitus revelatũ. Nam majoritas & minoritas remiſſionũ attenditur ſecundùm tria, ſcilicet ſecundũ majorem vel minorem devotionem ipſius pœnitentis, & ipſorũ, qui ſuffragantur. Secundùm numerum eorundem: quorum menſuram nullus poteſt ſcire, niſi ſolus Deus, & ſic per conſequens neque menſuram remiſſionis, ad hoc de Conſecr. diſt. 4. quæras. & di. 5. non mediocriter, & de pe. di. 1. quem pœnitet in fi. Tu dicas, credendum eſſe, quòd omninò liberatus eſt, quod dubium non eſt, quoad Eccleſiam militantem, unde nec tenetur ulterius jejunare, nam per Indulgentiam injunctæ pœnitentiæ remittuntur, ut patet 1. ea cum ex eo. §, ad hoc. ibi intra 40. dies de injunctis pœnitentiis, &c. Sed dicas ſic, peccatum remanet impunitum, quod eſt contra Aug. dicentem, nullum malum impunitum, nullum bonum irremuneratum, reſpondeo, nullum eſt impunitum, quia Chriſtus peccata noſtra tulit, & pro peccatis noſtris mortuus eſt, & pro nobis omnibus paſſus. Sed minima gutta ſanguinis Chriſti ſufficeret ad expiationem omnium peccatorum & redemtionem omnium hominum, qui unquam fuerint, vel eſſe poſſent, cum reſpectu Dei totus mundus nihil ſit: gutta verò ſanguinis Chriſti res pretioſiſſima ſit. Cùm igitur qualitas perſonæ conſueverit æſtimationem augere, & reſpectu Filii DEI non ſit æſtimatio aliqua, ut patet in his, quæ no. 5. de maledicis §. qualiter ſub §. blaſphemantes ver. eleganter & ſe, & Filius DEI non ſolùm guttam, ſed totum ſanguinem fuderit pro peccatoribus. Et præterea Martyres pro fide & Eccleſia ſanguinem ſuum fuderunt, & ultra, *quàm peccaſſent, puniti fuerunt*, reſtat, quod in dicta effuſione omne peccatum punitum eſt: & hæc ſanguinis effuſio eſt *theſaurus in ſcrinio Eccleſiæ repoſitus*, cujus claves habet Eccleſia. Unde quando vult, poteſt ſcrinium aperire, & theſaurum ſuum, cui voluerit, communicare, remiſſiones & indulgentias fidelibus faciendo, & ſic peccatum non remanet impunitum, quia punitum fuit in Filio DEI & Martyribus ſanctis, ſecundùm Dominum Hugonem Card. nec obſtat illud Aug. quia aut homo punit peccatum temporaliter, aut Deus puniet æternaliter.

# De Abſolutione.

## D. Luther in der Hauß-Poſtill am Oſter-Dienſtag fol. 10. b.

Wann ſie beichten und laſſen ſich am frömbſten duncken / und glauben / man entbinde ſie von allen jhren Sünden nach der Beicht / ſo geſchicht ſolche Entbindung oder Abſolutio, nicht allein im Namen Chriſti / wie es doch ſolt ſeyn / ſondern im Namen der Mutter Gottes / der H. Apoſteln und aller Heiligen Verdienſt. Was iſt aber das für ein Abſolutio? Ein lauter Grewel iſt es / da man als für dem Teuffel fliehen ſolt / ſo will man noch die Leut / als zum höchſten Gottesdienſt darzu zwingen und treiben.

*Cæſarius* l. 3. c. 2. p. 134. Miles quidam in villa quadam habitavit, cujus uxorem ejuſdem villæ Sacerdos per adulterium maculavit: dictum eſt militi, quia Sacerdos rem haberet cum uxore ſua. Ille cum vir prudens eſſet, nec verbis facilè crederet, nullam de hoc facere mentionem voluit uxori ſive Sacerdoti, veritatem verius volens experiri, non tamen ſine ſuſpicione fuit. Contigit ut in quadam villa, non multum à militis villa remota quidam obſeſſus eſſet, in quo Dæmonium tam nequam erat, ut coram aſtantibus improperaret peccata, quæ per confeſſionem veram non fuiſſent tecta. Quod cum miles ex multorum didiciſſet relatione, rogavit ſuſpectum ſibi Sacerdotem, ut ad colloquium quoddam ſecum ire non recuſaret. Et acquevit Sacerdos. Cum veniſſent ſimul in villam, ubi erat obſeſſus, conſcius ipſe ſibi Sacerdos, ſuſpectum cæpit habere militem, quia non latebat eum, quòd obſeſſus à tam nequam Dæmone in eadem villa habitaret, timensque vitæ ſuæ, ſi à Dæmone proderetur, neceſſitatem naturæ ſimulans, intravit ſtabulum *ad ſervum militis*, pedibusque ejus proſtratu, ait: Rogo te propter Deum, ut audias confeſſionem meam. Quem ſervus expaveſcens levavit, audiens, quæ ab illo dicebantur. Facta verò Confeſſione, cum ſibi Sacerdos injungi peteret pœnitentiam, ſervus ſatis prudenter reſpondit illi, dicens, quantum alteri Sacerdoti pro tali crimine injungeretis, hoc ſit *ſatisfactio veſtra*, ſicque exiens jam ſecurior, cum milite ad Eccleſiam venit, in qua dæmonioſum offendentes, requiſitus eſt à

milite in hæc verba: Nosti aliquid de me? Hoc enim ex industria factum est, ut jam dicto Sacerdoti tolleret suspicionem. Cui cum Dæmon nescio quid responderet, adjecit: Quid tibi videtur de isto Domino? respondit ille: nihil de eo scio: & cum dixisset lingua Teutonica, mox Latina subjunxit, *in stabulo justificatus est*: nullus tunc aderat clericorum.

## De Satisfactione.

*Natalis Beda* in Jacobi Fabri commentarios super epist. ad Colos. c.3.p.132.a. Discat igitur Faber, quia Christus ex integro satis fecit pro peccato naturæ seu originali: pro commissis verò actualibus & personalibus, post factam in regeneratione Christianæ religionis professionem *non ita ex toto*.

## De Satisfactione.

*M. Antonius de Dominis* l.5.c.8.p.241. Aliud quoddam Indulgentiæ genus invenio sensim in Ecclesiam per Monachos irrepsisse, quo injunctæ pœnitentiæ longiores, in breviores commutarentur. Laudans Petrus Damianus p.292. *usum verberum seu flagellorum* in pœnitentibus in Monasteriis, ait in epistola ad Petrum Cerebrosum. Planè & sacri Canones nonnullos, qui delinquunt, vapulare præcipiunt: unde sancti plurimi Pontifices, quosdam ad pœnitentiam venientes, prius in oculis suis verberari præcipiunt, sicque deinceps pœnitentiæ judicium imponunt. Nam & ante nos omnibus ferè sanctis Monasteriis hæc disciplinæ regula nequaquā fuit incognita, etsi non adeò frequentata, unde & singulos annos pœnitentiæ *millenis scopis redimere* consueverunt.

Millenas scopas vocat millenas virgarum verberationes. Sed clarius explicat idem Autor epist.19.& apud Surium 14. Octob.

*In vita Dominici Loricati* habet tria millia scoparum pro anno pœnitentiæ supplevisse. Has verò millenas scopas, decem Psalmorum modulatione poterat quisq; redimere. Is igitur qui totum Psalterium cecinisset, is quinq; annorum pœnitentiam redemisset. Itaq; qui vicies Psalterium totum recitasset, additis præsertim etiam verberationibus, is centum annorum pœnitentiam persolvisset. Frequenter verò Dominicus hic Monachus centum annorum pœnitentias profectò ludicras sibi injungi à Monasterii gubernatoribus curabat, interdum etiam mille, quas ille hujusmodi fustigationibus & Psalterii toties repetitis decantationibus explebat, ubi neque ille peccatum, pœnitentā ligandum

fatebatur, neque illam Monachi clavium habebant potestatem. Vanitatem illa mihi & superstitionem jam per superstitiosos Monachos in Ecclesiam ingressam, magis redolent, quàm veram pœnitentiam, veramque pietatem. Calculus enim ille decantandi totum psalterium cursu velocissimo, ita ut interdum *uno die* se *decies* vel duodecies id peregisse gloriaretur, id ostendit. Quis verò non rideat ubi audit injungi pœnitentias centum & mille annorum uni homini & jam seni. Prisci annos vitæ humanæ congruentes & longissima pœnitentia erat per totam vitam.

*Petrus Damianus* (qui vixit 1060.) l. 1. epist. 19. p. 48. 49. cum tria scoparum millia, unum pœnitentiæ annum apud nos regulariter expleant, decem autem Psalmorũ modulatio, ut sæpè probatum est, mille scopas admittat, dum 150. Psalmis constare Psalterium, non ambigitur, 5. annorum pœnitentia in unius Psalterij disciplina rectè supputantibus invenitur. Consequitur ergò, qui 20. Psalteria cum disciplina decantat, 100. annorum pœnitentiam se peregisse confidat.

Pag. 49. novem Psalteria dicit intra 24. horas meditando. & 12. Psalteria continenter absolvit, virgis interim se cædens.

*Ludovicus Granatensis* de sanctis parte 1. p. 198. in festo Matthiæ. Cujus numine regimur, cujus beneficio vivimus, cujus cibis alimur, cujus providentia gubernamur, ac postremò sine quo neq; esse, nec vivere, nec loco moveri neque spirare ad momentum possumus: propter cujus gloriam si mille mortes obeundæ essent, nondum illius majestati & beneficijs *esse satisfactum*.

*Franciscus à Victoria* in Summa Sacramentorum Ecclesiæ p. 135. Si loquamur de æqualitate proportionabili, quãdo ego facio quod possum, dico quod hoc modo possumus satisfacere Deo, etiam propriè capiendo satisfacere, vel si vultis. ex benevolentia acceptantis.

*Origenes* in cap. 12. Numer. pag. 199. Si enim unicuique peccatori annus adscribitur ad pœnam pro unius diei peccato, & secundum rationem dierum, quibus peccatur, annorum totidem numerus in supplicijs consumendis: vereor ne forte nobis, qui quotidie peccamus, & nullum fortè vitæ nostræ diem absque peccato transigimus, ne ipsa fortè secula, aut etiam secula seculorum sufficere possint ad pœnas luendas.

*Chrysostom.* in N. Test. p. 204. neque necesse est maria transfretare,

nec longi itineris peregrinationem ſubire, nec montium excelſa conſcendere, *ſed ſufficit velle tantum & omnia continuò peccata deleta ſunt.*

# CLAVIS LIGANS

*Qua in excommunicando Sereniſſimo Romanorum*

## IMPERATORE LUDOVICO BAVARO,

piæ memoriæ- abuſus eſt

## JOANNES XXII. PONTIFEX ROMANUS.

QUod Judas Apoſtolus in ſua Epiſtola prædixit v.8.fore ut quidam dominationem ſpernant, & Majeſtatem blaſphement (κυριότητα ἀθετοῦσι, δόξας βλασφημοῦσι) id profectò Johannes XXII. Papa Romanus in excommunicatione Sereniſſimi Romanorum Imperatoris *Ludovici Bavari*, ſanctę memoriæ præſtitit. Nam de hoc negotio legi poteſt, quod *Aluarus Pelagius*, Franciſcanus Ordinis Minorum ſcripſit in libro de Planctu Eccleſiæ, art.37.fol.10. Ex prædictis ergò clarè patet, quòd Papa univerſalis Monarcha totius populi Chriſtiani, & de jure totius mundi: ita quod, velit nolit, quicunque viator Papæ de jure ſubjicitur, ut prælato.

Duodecimo ad illud quod dicitur, quòd Imperator poteſt Papam judicare, ſi Papa reperiatur à fide devius, quod non probatur, niſi exemplo Othonis primi, Regis Teutonicorum, qui ut fertur, cum clero & populo Romano Johannem XII. depoſuit à Papatu. Dico hoc falſum eſſe, quia Papa *in hæreſi, etiam incorrigibilis* judicari non poteſt ab Imperatore. Sicut de hoc ſatis dixi ſupra in 3.4.12. & 31. Artic. Nec eſt trahendum ad conſequentiam factum Othonis, cum ſibi tunc conceſſa fuerit licentia à Leone Papa, & poteſtas Ordinandi Eccleſiam Romanam & eligendi ſummum Pontificem. 63. diſtinct. in Synodo. Cui privilegio renunciaverunt poſt modum Imperatores Romani, ut dixi ſupra v. 5. in præcedenti folio.

Quòd autem *Bavarus* in Imperio intruſus, olim Dux Bavariæ, cum populo ſtulto & infideli & furioſo, & Clero phantaſtico Romano adulante ſibi in furia Teutonica, juxta illud Gualteri in Alexandro, Teutonicusque ſuum retinet in ore furorem, & in inſipientia ſua & vindicta Dominum Papam Johannem XXII. in cujus tempore ſcribo hunc librum

lrum, deposuerunt in urbe & substituerunt de facto pseudo-religiosum de Ordine Minorum, fratrem Petrum de Corbaria, quem cognovi in urbe verum hypocritam, cum conventualis essem ibi Romæ in Aracœli, decimantem mentam Matth. 23. & anetum &c.

Hoc minus etiam est ad consequentiam deducendum, quia nedum Imperator non est, sed intrusus in Imperio, & *tyrannus, & lupus rapax* devorans nedum oves Ecclesiæ obedientes Sanctæ Ecclesiæ, matri suæ à dextris stantes Iohan. 10. sed etiam hœdos peculeos & olidos &c. & ab eodem Papa Iohanne de hæresi sententialiter condemnatus. Qualem ergò sententiam dare potuit in imperio intrusus contra Papam Catholicum, cui tota Ecclesia, sicut tenetur, obedit, & tenet eum pro Papa, non auditum, non confessum, non convictum, non rei evidentia hæreticum, &c.

Quia non potuit *iste Bavarus* Dominum Papam Johannem accusare, cum sibi non obediat, &c.

Item quia *infamis*, quia jussa Apostolicæ sedis libenter transgreditur, &c.

Item Bavarus contra Papam conspirator cum suis Gibellinis fuit: non dico de omnibus. Ergo Papam accusare non potuit, &c.

Item Bavarus Papæ insidiator, & detractor, ab accusatione sua repellitur, &c.

Item Bavarus Sacrilegus, propter multorum clericorum & religiosorum captionem, & multarum Ecclesiarum & Monasteriorum invasionem, &c.

Item Bavarus Ecclesiæ & Domini Papæ publicus hostis & inimicus capitalis, Papam accusare non potuit, nec in eum sententiam ferre, &c.

Item istæ Bavarus armavit se contra Papam &c. Omnes qui adversus Patres armantur, ut Patrum invasores infames esse censemus, &c.

Quia suspecti & inimici Judices esse non debent, &c.

Ubi Athanasius à suo Patriarcha canonicè condemnatus, quia proclamaret, quod inimicus esset, à Synodo Chalcedonensi recipere suam Ecclesiam judicatur. Quæro, inquit, judicium, quod prætendunt, ubinam possit agitari, an apud ipsos, *ut ijdem & inimici sint & testes, & rei judices*: Quod si in Judicio, ubi ijdem sunt inimici, qui Judices, nec huma-

humana committi debent judicia, quantò magis divina, id est Ecclesiastica? quis sapiens & non intelligat?

Item Bavarus & excommunicatus & hæreticus condemnatus, dare sententiam non potuit contra Papam, &c. quomodo ergò *miser iste Bavarus* secularis & inferior, & tot dictis laqueis irretitus procedere potuit contra Papam, contra illa omnia?

Verè etiam potest dici in hac parte, *Bavarus bestia lapidanda*, quia montem tetigit, Hebr. 12. Exod. 19. bestia, inquam, similis urso, de qua Dan. 7. quæ in partes stetit, quia divisionem in Ecclesia fecit, & ab unitate Ecclesiæ recessit, quia unitas non capit divisionem &c. *Urso similis*; quia vorax est, quia ipse magnam partem Italiæ, & aliquam Teutoniæ, directè vel indirectè deprædatus est: & animal inquietum, quia *Bavarus nec mente, nec corpore quiescit*, sed profugus, & Cain à facie Domini Dei sui, & ejus vicarij, & vagus per terram graditur hinc inde Gen. 4. Ursus in abditis habitat, & Bavarus non in medio Ecclesiæ, &c.

Ursus etiam caput habet debile: & Bavarus diadema sibi imposuit sine jure. Montem tetigit hæc bestia, quia Dominum Papam diffamavit, & de facto papatu privavit: sed mons iste summus Apostolicus super alios montes residens, quia primus & præcipuus super omnes Episcopos, sicut Petrus super omnes Apostolos alios &c.

Lapidabitur, inquam, illa Bestia, à vicario illius lapidis, id Christi, quem Bavarus reprobavit &c. Sicut Ecclesiam reprobavit, ita eum Ecclesia lapidavit, id est condemnavit, anathematizavit, & omni jure, quod se dicebat habere in imperio, privavit, & Ducatu Bavariæ?

## XVI.
## De Ecclesia.

*Domina Mater Ecclesia*, Tertullian. ad Martyr. p. 163.

Fr. *Iohannes* Wild bey gemeiner procession p. 101. Das ist jetzt der Mangel in der Kirchen allenthalben. Dann ich nicht allein von uns rede/ die Geistliche Häupter der Kirchen/ Babst/ Cardinäl/ Bischoff/ Brobst ꝛc. wissen die Schrifft/ und den Willen Gottes/ sehen wie sie sich/ die Ihren/ so ihnen befohlen halten zu Hauß und zu Chor/ hören daß alle Welt darüber klagt/ daß sich auch jederman darüber ergert/ daß auch die Kinder auff der Gassen darvon singen/ bessern sich aber das wenigste nicht

nicht/daß ich mich nicht genugsam kan verwundern/[illegible] auch ein Seel im Leib haben.

Bericht von deß Großmächtigen [illegible] Mogor Leben/Macht Mayn &c. pag. 22. b. Etliche Armenier [illegible] newen Calender nicht angenommen &c. haben sie die Ostern mit vns gehalten/ außgenommen einen alten halßstarrigen Doctor; der mir gesagt/ wir giengen vmb fünff Wochen irr/ **vnd er hielt die Römische Kirch nicht vor das Haupt der Christenheit.** 1598.

Ecclesiam esse supra Papam, in Concilio *Pisano* I. p. 28. Anno 1409. *29. Maij die Mercurii.*

1. Valentissimus magister in Theologia, M. Petrus Plaont.
2. Academia Parisiensis.
3. Academia Bononiensis.

*Origenes* in cap. 2. Josuæ p. 292. Nemo ergò sibi persuadeat, nemo seipsum decipiat: extra hanc domum, id est, extra Ecclesiam nemo salvatur.

Origenes in Jeremiam p. 584. Multi sunt, qui in Babylone sunt, in Hierusalem verò pauci.

p. 613. Videmus in tanto numero Ecclesiarum, fidelem difficilè reperiri.

*Æneas Silvius* Epist. 410. p. 547. Sed manet fides magni Pastoris in Ecclesia Romana, quæ *nunquam inventa est errasse, neque errabit in æternum.* Magistra est enim & mater omnium fidelium & discilpina Veritatis.

*Hieronymus* Tom. II. ad Marcellam p. 131. Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, cathedræ petri communione consocior: super illam petram ædificatam Ecclesiam scio.

P. 133. Ego interim clamito; si quis Cathedræ Petri jungitur, meus est.

Marchio Brandenburg. in speculo p. 328. daß die heutige Römische Kirch sol von der alten ersten Kirchen im Glaubens Sachen abgetretten seyn/dieses ist in alle Ewigkeit vnerweißlich/vnd wider die helle Sonne der Warheit lauffendes Vorgeben.

*Petrus à Soto* in defensione Catholicæ Confess. p. 173. Brentius citat, dixisse quendam, Scripturam, si destituatur autoritate Ecclesiæ, valere sicut fabulas Æsopi. Hoc nos non diximus, nec certè gaudemus simili comparatione &c.

*Vitus Milet. contra Heshusium* pag. 21. Dicimus S. Scripturam, si autoritatem tollas Ecclesiæ, nec tantum quidem valituram, quantum Æsopi valent *fabulæ*.

## Oratio Cornelii Episcopi Bitontini, III. Dominicâ Adventus in Concilio Tridentino habita p. 979.

Utinam non à religione ad superstitionem, à fide ad infidelitatem, à Christo ad Antichristum, quin à Deo ad Epicurum, vel ad Pythagoram velut prorsus unanimes declinassent, dicentes in corde impio, & in ore impudico, non est Deus.

*Michael Bajus* contra Philippum Marnixium a. 6. b. Itaq; ut compendio utar, ego eruditionem tuam, ad jam dictum libellum remitto, ex quo etiam non tantùm perspicies judicium de Christi Ecclesia ex Scripturis esse petendum, sed etiam *quòd ex sola Scriptura peti debeat*.

*Origenes* in Cantic. p. 530. Ecclesia speciosa est, cum proxima est Christo, & cum imitatur Christum.

*August.* tom. 10. serm. de verbis Apostoli 14. p. 223. Hoc habet autoritas Matris Ecclesiæ, hoc fundatus Veritatis obtinet Canon. contra hoc robur, contra hunc inexpugnabilem murum quisquis arietat, ipse confringitur.

*Origenes* in cap. 8. Levit. p. 133. Est unus Pontifex magnus, Dominus noster Jesus Christus, sed ille non solùm sacerdos, sed & Sacerdotũ Sacerdos est, & non solùm Pontifex, sed Pontificum Pontifex, nec Sacerdotum Princeps, sed Princeps Principum Sacerdotum.

*Basilius Magnus* Epist. 66. p. 449. revera namq; insolens jam est ac *vehementer rarum* Ecclesiam *videre sinceram*, quæ nihil sit à malitia temporum istorum læsa, sed integram & inoffensam servet Apostolicam doctrinam.

Pag. 479. magna est declinatio temporis *ad Ecclesiarum eversionem*.

*Pineda* in Job. p. 23. Quid enim aliud est, spiritualis Jerusalem, quàm Ecclesia, hominumq; multitudo, quos verus Dei cultus, veraq; cognitio in unam civitatem convocat & conjungit.

*August.* tom 8. in Psal. 38. p. 227 Quicquid visibile non est, sub sole non est. Non est visibilis fides, non est visibilis spes, non est visibilis charitas, non est visibilis benignitas, non est visibilis postremò timor ille castus, permanens in seculum seculi.

De

# De Successione.

Nazianzenus in laudem Athanasij p. 526. Quæ quidem propriè successio æstimanda est. Nam qui eandem fidei doctrinam profitetur, ejusdem quoq; throni particeps est: qui autem contrariā fidem amplectitur, adversarius quoq; in throno censeri debet. Atq; hæc quidem nomen, illa verò rem ipsam & veritatem habet successionis. Neq; enim qui per vim irrupit, successor habendus est, sed qui vim perpessus est: nec qui contrariam sententiam tuetur, sed qui eadem fide præditus est: nisi quis fortassè ita successorem dicat, quemadmodum morbum sanitati & tenebras luci, & tempestatem tranquillitati, & dementiam prudentiæ succedere dicimus.

*Chrysostom.* in opere imperfecto homil. 43. p 931. super cathedram Mosis sederunt Scribæ & Pharisæi, id est, multi Sacerdotes & pauci Sacerdotes: *multi nomine, pauci opere.* Videte ergò quomodo sedeatis super eam: quia cathedra non facit Sacerdotem, sed Sacerdos cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Nec omnis Sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus, Sacerdos. Qui benè sederit super cathedrā, honorem accipiet ab illa: qui malè sederit, injuriam facit cathedræ. Ideoq; malus Sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatē. In judicio enim sedens, siquidem benè vixeris & benè docueris, omnium judex es. Si autem benè docueris & malè vixeris, tui solius condemnator es. Nam benè vivendo & benè docendo, populum instruis, quomodo debeat vivere: benè autem docendo & malè vivendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare. Et fidem prædicant, & infideliter agunt: pacē aliis dant, & sibi non habent. Veritatem laudant, & mendacia diligunt. Avaritiam castigant, & avaritiam exercent. Quia ergò scire bonum & malum in natura positum est, facere autem in voluntate, ideò benè dicere, omnium est: benè autem facere, paucorum.

*Hieronym.* tom. 1. epist. 17. p. 127. Est quidem *ibi sancta Ecclesia*, sunt trophæa Apostolorum & martyrum: est Christi vera confessio, est ab Apostolo prædicata fides, & gentilitate calcata in sublime se quotidie erigens vocabulum Christianum, sed *ipsa ambitio, potentia, magnitudo urbis*, videri & videre, salutari & salutare, laudare & detrahere &c.

*Thuanus lib. 93. p. 552. Ecclesia Gallicana* duobus præcipuè capitibus concluditur. Priore, quod Pontificibus nullum jubendi aut statuendi jus

dijus sit de rebus, quæ ad civilem administrationem spectant, in ditionibus Regi Christianissimo subjectis, & si quid jubeant, statuantve, eorum jussis ac statutis Regis subditi, etiamsi sacris initiati sint, parere non teneantur. Altero, quòd licet Galli Pontificem in rebus sacris supremam dispensationem habere fateantur, tamen in Gallia nunquam potentia absoluta & infinita locum habuerit, sed ea canonibus & priscorum Conciliorum, in regno receptorum definitionibus, quasi intra terminos coërceatur, & in hoc maximè consistere Libertatem Ecclesiæ Gallicanæ.

*Thuanus* li.94.p.617. Id juris esse Franciæ Regibus, regnoq; Francorum, ut in Censuras, quas vocant, latæ sententiæ incurrere non possint. Et: Ecclesiasticos Regum Jurisdictioni in rebus, quæ ad civilem administrationem spectant, subjacere, maximè in Francia &c.

## Ecclesia est instar Lunæ.

*Bellarminus* concione tertia in dominicam I. Adventus p.22. Cæterum Luna, quæ in adventu Domini non dedit lumen suum, quid nisi cœtum fideliũ designat? Ut enim Luna modò magna, modò parva, modò nulla videtur, ita ut sapiens dicat: stultus ut Luna mutatur: sic & Ecclesia modò decrescit, modò brachiis orbem penè totum complectitur, modò contrahitur, in angustumq; deducitur, quod in his nostris miserrimis calamitosisq; temporib. videre cogimur vel inviti. Et quemadmodũ luna luce lucet aliena, & radiis Solis accensa convertitur: sic & Ecclesia, quicquid gratiæ, quicquid decoris, quicquid luminis habet, id totum à Christo habet, qui Sol justitiæ & appellatur & est. Hæc igitur Luna, quæ in ortu Domini, ac Servatoris nostri lumen non dabat, Ecclesia cœtusq; fidelium est. Nunquam enim minor Ecclesia fuit, nunquam obscurior, nunquam vilior, nunquam abjectior. Tunc enim excepta Palæstina, quæ exiguus angulus terrarum est, ubiq; idola regnabant, totus Orbis in tenebris errorum densissimis versabatur. Et ille ipse angulus, de quo olim propheta canebat: notus in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus, circa Domini natalem diem, partim erroribus Sadducæorum, partim moribus parum probatis, & flagitiosa vita Pharisæorum & Sacerdotũ, *ita corruptus & depravatus erat*, ut nihil pristini decoris ac luminis habere videretur. Nulli tunc Davides, aut Ezechiæ, nulli Aarones aut Eleazari, nulli Eliæ, aut Esaiæ inveniebantur, sed reges prophani, sacerdotes sacrilegi, & prophetæ mendaces Hierosolymis erant. Verè igitur tunc

Luna

Luna, hoc est, fidelium congregatio, non dabat lumen suum. Nec immerito, auditores, nam adveniente Domino, vetus Ecclesia moriebatur, & nova nascebatur. Itaque novilunium erat, & Luna cum Sole conjungebatur, ac propterea exigua, ac penè nulla videbatur. An est quisquam, qui hoc ignoret, in novilunio Lunam penè nullam videri?

**D. Luthers Kirchen-Postill** / Evangel. am H. Christag / p. 84. Darum wer Christum finden soll der muß die Kirchen am ersten finden. Wie wolt man wissen / wo Christus were und sein Glaub / wann man nicht wüste / wo seine Glaubigen sind? Und wer etwas von Christo wissen will der muß nicht jhm selbst trawen / noch eine eygene Bruck in dem Himmel bawen / durch sein eygen Vernunfft / sondern zu der Kirchen gehen dieselbige besuchen und fragen.

**Hauß-Postill** / am Tag Mariæ Reinigung / p. 79. Wir alle werden geboren von der Christlichen Kirchen / die ist eine reine Jungfraw im Geist / die hat das reine Wort Gottes / und die H. Sacrament / davon gehet sie schwanger / und gebährt jmmerdar fromme Christen die sind die rechte Erstlinge / und unsers HErrn Gottes eygen.

**D. Tobias Wagner wider** D. Besold. p. 555. Gott hat auch zu jederzeit / mitten im Bapstthum die fundamenta der Seligkeit / und den rechten Kern Evangelischer Lehr erhalten: Und auch sub corrupto Ministerio, die Schaaff Christi die Stimm jhres Ertz-Hirtens haben können avisirt, und zur Seligkeit unanstössig verblieben seyn.

# ANALECTA CATHOLICORUM MIRACULORUM.

## Discipulus de Tempore
### Sermone XIV.

Exemplum habemus de hoc, quod fuit quædam mulier tristata valdè, & à Diabolo multum tentata, quæ sibi laqueum ad suspendendam seipsam præparavit, quæ dum cæpta conaretur perficere, ecce pro elevatione Corporis Christi juxta morem, campanulam audivit: tunc flexis genibus sicut à juventute in consuetudine habuit, oravit & dixit: Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, miserere mei. Et ecce mox trabs & funis suspendii contractæ sunt, Dæmonibus fugientibus & dicentibus,

quia virtus præsentiæ corporis Iesu Christi te liberavit à temporali & æterna morte.

### Mariale Bernhardini de Busti part. v. serm. XI. de annunciatione Mariæ fol. 360.

In quadam etiam Italiæ civitate (ut mihi retulit quidam frater fide dignus) erat quædam Monialis, quæ diu vexata fuit à Diabolo, & tandem decepta fuit ab ĳeo, ut inducta seipsam suspenderet per gulam. Et cum ipsa respondisset Diabolo, sibi viriliter apparenti, quòd non habebat chordam ad suspendendum, statim Diabolus dedit ei unam catenam ferream, cum qua se suspendit. Casu verò Abbatissa vadens ad locum, in quo erat monialis suspensa, & videns eam sic suspensam genuflexa cepit fortiter clamare & dicere: O Jesu, & statim illa catena confracta est & evanuit, & illa monialis, quæ adhuc mortua non erat, liberata fuit, &c.

### Im Legenden-Buch am Liechtmeß-Tag/ fol. mihi 663.

Es was einmal ein edle Fraw/die zog nach jhres Vatters Tode zu jhrem Vetter/und trug ein Kind bey jhm/ vnd da sie deß Kinds genaß/ da ertödtet sie es alsbald von grosser Scham und Forcht wegen. Darnach beichtet sie es/und folget deß Beichtigers Rath nicht/ und verzaget an der Barmhertzigkeit Gottes/ von jhrer grossen Sünden wegen, und schicket alle ihre Mägd von jhr, und erhieng sich selber: Da zerbrach der Strick/da stach sie ein Messer in sich/ dannoch kunt sie nit sterben/und lag sam sie todt wäre/vor grossem Schmertzen.

Augspurg 1629.

### Newe Carmelitische Schatz-Kammer *Cypriani à S. Maria* Carmelitæ p. 64.

Zu Cremonen in Italien ward jüngst verwichenem Jahr ein Vbelthäter ergriffen/und zum Tode verurtheilet. Als der Tag deß Gerichts herbey kommen/rufft er einem von den unserigen/ beichtet alle seine Sünden/ so er in Zeit seines gantzen Lebens begangen/ begehrt darauff mit grosser Andacht und Eyfer das würdige Scapulier, und wird damit hinaußgeführt. Der Hencker leget jhm zween Strick an den Hals/ daß/da einer breche/der ander an der Stell were/ stosset jhn also ab/ springet dem Hangenden auff die Schultern/ und verbricht

einen

einen Strick. Bald darnach strengt er den andern/und zerspringt aber ingleichem. Der Mißthätiger fället hinunter auff einen Stein ohn einige Verletzung und Schaden/also daß auch kein Zeichen deß Stricks am Hals vorhanden. Das Volck schreyet zu wöllen wissen was das sey: Antwort: Er wisse nichts anders als das **würdig** Scapulier, welches er bey sich trage/ hette die seligste Jungfraw von Carmeln angeruffen/daß sie jhm ein Heyl in solcher Gefährligkeit seyn wolte: Deme es zuzuschreiben were/was diß Orts mit jhm zugetragen hatte.

## LEGENDA SANCTORUM
im Winterthail/p. 664.

In die Purificationis Mariæ.

Darnach kam S. Peter mit dem Schlüssel/und sprach zu jhm: O weh dir geitziger Bapst/dir stund deß Himmels Thür offen / die ist dir nun verspert worden. Da erschrack der Bapst gar sehr/und gieng zu einem guten Mann/und sagt jhm/wie jhm geschehen were und bath jhn/daß er jhm rieth/wie er thät. Da sprach er: Ist dir deß Himmels Thür beschlossen/**so gehe zum Fenster hinein**/ das ist **unser Fraw**. Dann es stehet von jhr geschrieben/sie ist deß Himmels Fenster worden. Da gieng der Bapst in die Capellen/und bat unser Fraw und knyet nider/und grüsset sie/und lobet sie ohn unterlaß/ vier Tag an einander. Da erschien jhm unser liebe Fraw/ und sprach zu jhm / das ist mir leid. Darnach fiel er aber 4. Tag für unser liebe Fraw / und ruffet sie mit grossem Ernst und mit Andacht an. Da erschien jhm unser lieb Fraw/ und sprach zu jhr: Wer bistu? Da sprach sie: Ich bin Maria/die Mutter der Barmhertzigkeit. Da sprach er: Darumb daß du die Mutter der Barmhertzigkeit bist/ so soltu dich uber mich erbarmen. Thustu das nicht/so verleurst du deinen Namen. Da sprach unser Fraw: Verlier ich dann meinen Namen/ ob ich mich nicht uber dich erbarme? Da sprach er: Ja du verleurst jhn fürwar: Da sprach unser liebe Fraw: Darumb daß ich meinen Namen nicht verliere mit den Wercken/so hab ich kein Sorg umb deß Himmels Thür/wann du komst zu dem Fenster hinein/ das ich selber persönlich bin.

Pag. 236. b. Zu einem mal bawet ein Bapst eine Capellen in unser Frawen Ehr / und hieng zwo Ampeln in die Capellen mit Balsam lobsam/und sahe ein Kauffman/und gedacht jhm/er wolt den Balsam

voll-

von Gewinns willen kauffen/ unnd bat den Bapst/ daß er jhm den Balsam gäb zu käuffen/ das versaget jhm der Bapst. Darnach bracht er jhm viel bereitet Gold / da der Bapst das sahe, da was jhm das Gelt so lieb/ daß er den Balsam dem Kauffmann zu kauffen gab/ und hieß Oel in den Ampeln brennen/ und er behielt das Gelt.

## ANNALIUM FERDINANDEORUM

### Frantz Christoph Khevenhillher parte III. pag. 52. ad annum 1588.

Regenspurg/ 1640.

Eben in diesem Jahr ward ein Nonn/ so sich Maria de la Visitation genannt/ aber in gemein wurd sie la Monça de Portugal, Nonn auß Portugal geheissen. Diese hat gantz Spanien nach jhr gezogen. Dann sie so viel miracula und Gnaden von GOTT/ nach Propheceyungen fingirt, daß jhr auch die allerwitzigsten/ gelehrten und heiligste Männer geglaubt/ und sie als ein Heilige æstimirt. Unter andern hat sie die fünff Wunden Christi / an Händen/ Füssen/ in der Seiten gewiesen/ offt in exstasi gewesen/ fast nichts geessen/ und den Kopff alle Wochen/ als wenn sie ad imitationem Christi die dornere Kron/ mit blutigen Wunden und Rissen auffgehabt hette/ daher sie durch jhre Scheinheiligkeit in ein solch credit kommen/ daß sie in Portugal in jhrem Kloster Abtißin worden/ da jhre untergebene Nonnen zu Zeiten an jhr/ daß sie heimlich geessen/ und andere Sachen gebraucht/ gemerckt/ und darvon der Inquisition parte geben. Und wie gleich dazumal Ertzhertzog Cardinal Albrecht von Oesterreich/ bey seinem Guberno Inquisitor major in Portugal gewesen/ hat er sie zu examinirn, den Ertz-Bischoff zu Lisbona, Fray Augustin, erwehlten Ertzbischoff zu Broga, den Doctorn Paulo Alfonso, geheimen Rath/ den Patrem Georgium Serronum ex Societate, den Licentiatum Antonio de Mendoza, deß Königs Rath/ den Patrem Fray Joan de la Cueva, Dominicaner, deß Ertzhertzogen Beichtvatter/ benennt. Welche grossen Fleiß angewandt auff die Farth zu kommen/ und letztlichen auff die Stein kommen/ daß sie zu den Wunden rothe und schwartze Mistur gebraucht/ und zu der Verzückung in die Biegen/ an Händ und Füssen Pergament gehabt/ damit/ wann sie sich movirt, es als wann es die Glieder thäten/ gekracht/ auff dem Kopff hat sie jhr selbst kleine

Wunden/

Wunden/als wann Dörner gewest weren/außgestochen/und sich sehr außgehungert/und das ohne compact deß bösen Feindes/ und zu keinem andern End/ allein daß sie begehrt vor heilig gehalten zu werden. Als nun der Betrug offenbar worden/und sie solchen mit grosser contrition bekandt/wurd sie absonderlich eingespertt/und wie sie zuvor ein Teuffels-Märterin gewest/also hat sie mit grosser Rew und Leyd dergestalt abgebüst/ daß sie ein rechte Büsserin gestorben. Der Fray Luis de Granacia, ein gelehrter Gottseliger Mann (wie es seine außgangene Bücher bezeugen) hat diese Nonn auffs höchst defendirt, und wie er hernach den Betrug verspürt, hat er sich also geschämt/ daß viel darvor gehalten, es habe jhm das Leben gekostet/ wie er dann in wenig Wochen hernach seliglich verschieden.

## De Ecclesia.

*Nomen in ore tuum est, Ecclesia, nomen in ore*
*Christe tuum: hoc legimus fasq́, nefasq́, modo.*
*Proh scelus huc ventum est! nostris morbisq́, ferendis*
*Vel medicamentis jam locus esse nequit.*
*Excessit medicina modum, morbumq́, levavit,*
*Qui graviora medens vulnera fecit iners!*

## XVII.
## De Libertate Christiana & Adiaphoris.

### De Imaginibus.

INgenuè fatemur, Ecclesiam centuriæ decimæ quintæ à majoribus & antiquioribus discessisse. Nam *Ionas Aurelianensis* docuit, creaturam adorari, eique aliquid divinæ servitutis impendi, pro nefas ducimus, hujusque sceleris patratorem detestandum & anathematizandum libera voce proclamamus.

Non solùm picturas sanctarum rerum gestarum *quæ non ad adorandum, sed solummodò* (teste B. Gregorio) ad instruendas nescientium mentes, in Ecclesiis sunt antiquitùs fieri permissæ,

Gretſerus de S. Cruce l. 1. c. 58. p. 195. Fuit *Agobardus* ex eorum numero, ut jam dixi, qui cenſebant, imagines habendas, hiſtoriæ, memoriæ & ornatus gratia, non cultus & obſervantiæ.

Decima quinta centuria diſcere potuiſſet & debuiſſet, quod de Conſtantino Magno ſcribit Sozomenus l. 2. c. 3. p. 230. Nam ille cum initio gentilis eſſet, poſtea tamen factus Chriſtianus, quanquam omnia alia religionis noſtræ inſtituta probabilia putabat, ſanctam tamen crucem ſalutis omnium cauſam, *adorare* nolebat. οὐ προσκύνει.

Hinc Johannes Picus Mirandula quæſt. 3. H. 4. Nec crux Chriſti nec ulla imago adoranda eſt adoratione Latriæ, etiam eo modo, quo ponit Thomas.

In decima quinta centuria vixit Damhouderus, qui in expoſitione Decalogi pag. 334. b. ita ſcribit. Certè Patriarchæ, Prophetæ, Chriſtus, Apoſtoli & Apoſtolici Patres, Chriſtianam religionem, verumque Dei cultum, abſque ullis ſimulachris, ſtatuis, imaginibus impleverunt.

D. Henricus Caniſius antiquarum lectionum Tom. 3. pag. 135. Anaſtaſius Abbas contra Judæos. Non veneramur lignum, abſit: ſed Chriſtum honoramus & ſanctos ejus, *neque picturas colimus*: ſæpè enim imagines vetuſtas aut deletas renovamus, aut etiam cum putreſcunt, & carie conſumtæ ſunt, *comburimus*, aliasque novas facimus, *ad memoriam tantum conſervandam*.

Ludovicus Granatenſis de inventione S. crucis, de feſtis p. 318. Quo fit, ut quicquid divinitas & humanitas Chriſti Domini in ſalutis noſtræ opere per paſſionem crucis effecerunt, *ipſi* etiam adorandæ cruci *ligno* tribuamus.

Pag. 330. Dominicæ verò *cruci* eam adorationem exhibemus, quam Latriam appellant, quæ ſoli Deo, non ulli rei creatæ debetur.

*Martinus Pereſius* in centuria xv. vivens, de Traditionibus p. 244. 245.

Quare Synodus negavit hanc adorationem imaginibus in univerſum deberi.

Nullo tamen modo velim dicere, *quòd eadem adoratione* adorarentur, qua & res, quas ſignificant, adorantur, quandoquidem neque ſcriptura, neque traditio, neque Eccleſiæ determinatio hoc jubet, & ut dixi, multis etiam ſcandalo ſunt.

Pag.

Pag.240. Si consideremus imaginem Christi vel Sanctorum, ut repræsentativa est, sic debetur illis reverentia & adoratio, quæ & ipsis rebus, quas repræsentant, debetur: cujus doctrinæ nullum (quod ego viderim) afferunt validum fundamentum, quod possit fideles ad id, quod docent, obligare: nam neque scripturam, neque traditionem Ecclesiæ, neque communem sensum Sanctorum, neque Concilii generalis determinationem aliquam, nec etiam rationem, qua hoc efficaciter suaderi possit, adducunt.

*Ionas Aurelianensis* p.1202. Unde immoderato & indiscreto zelo succensus, non solum picturas sanctarum rerum gestarum, quæ non ad orandum, sed *solummodo* (teste B. Gregorio) ad instruendas nescientium mentes in Ecclesiis sunt, *antiquitus fieri permissa, &c.*

*Gregorius Nazianzenus* p.151. Quid Jejuniis corporalibus opus est iis, qui à verbo purgantur. Τί γὰρ δεῖ νηστειῶν σωματικῶν, τοῖς λόγῳ καθαιρομένοις.

*Eusebius* l.5.p.141. de Paschatis celebratione. Hæc discrepantia & varietas *Jejunii* etiam erat apud majores nostros.

C.24.p.143. Neque Anicetus Polycarpo poterat persuadere ut suum observandi morem deponeret: neque contra Polycarpus Aniceto persuasit, ut consuetudinem Asiaticam ullo modo observaret.

*Thuanus lib.*137.*p.*1209. Venetus Senator Antonius Quirinus libertatem Christianam non in eo consistere, ut sacris initiati, immunitate sibi concessa, ad libidinem & aliorum injuriam impunè abutantur, sed potius in plena rerum sacrarum administratione, verbi divini prædicatione & sacrosancti muneris libera functione, quæ cum minimè à Repub. impediatur, imò omni cultu ac reverentia juvetur ac foveatur, non esse quod Pontifex de ea legibus & decretis illis labefactata jure conqueri possit.

**D. Luthers Hauß-Postill** am Sontag nach dem Christag/ p.42. Weil nun das Fasten/das ist Mässigkeit im Essen und Trincken/item das Beten von Gott befohlen ist/lassen wir es einen Gottesdienst bleiben/dann es ist ein befohlener Gehorsam.

Chrysostomus apud Frontonem Ducæum in 8.p.61 Quicunque Jejunium definit ciborum abstinentia, hic maximè illud vituperat. Ὅστις τῇ τῶν βρωμάτων ἀποχῇ μόνον ὁρίζει τὴν νηστείαν, οὗτος ἐστὶν ὁ μάλιστα ἀτιμάζων αὐτήν.

*Origenes* in cap.16. Levitici p.159. Habemus Quadragesimæ dies, jejuni-

jejuniis consecratos. Habemus quartã & sextam septimanæ dies quibus solenniter jejunamus. Est certe libertas Christiano per omne tempus jejunandi, non observantiæ superstitione, sed virtute continentiæ.

*Johannes Cassianus l.5. de Spiritu* Gastrimargiæ c.9.p 164. Melior est rationabilis, cum moderatione quotidiana refectio, quàm per intervalla arduum longumque Jejunium.

Cap.10. Ad conservandam mentis & corporis puritatem, abstinentiam ciborum non posse sufficere.

P.75. In Ægypto indifferenter vidimus solvi quotidiana Jejunia.

P.80. Tunc gratum Deo Jejunii munus efficitur, cum hoc fructibus charitatis fuerit consummatum.

*Cassianus* collat.21.p.563. Cur in Ægypto totis diebus Quinquagesimæ *non jejunetur*, nec genua in oratione curventur.

Collat.21.p.577.cap.30. *Sciendum* sanè hanc observantiam *Quadragesimæ*, quamdiu Ecclesiæ illius primitivæ perfectio inviolata permansit, *penitus non fuisse*. Non enim præcepti hujus necessitate nec quasi legali sanctione constricti, arctissimis Jejuniorum terminis claudebantur, qui totum anni spatium *æquali Jejunio* concludebant.

## LOCUS XVIII.

*16. Octob. 1ch. Joachim Mülberger.*

## De Ministerio Ecclesiastico.

NUllus ferè locus in universa Theologia est, cujus patrocinium majori cõfidentia Pontificii suscipiãt quàm Ministerii Ecclesiastici, inprimis verò Pontificis Romani: de quo Fridericus Nausea, Episcopus Viennensis: nec Paulo, nec Johanni, nec Jacobo, sed soli Petro sua successio permansit incolumis.

*P.125.*

*P.126.* Licet Diabolus Petrum tentarit, à fide tamen non recessit, nec unquam recessurus.

*Tom. 2. p.61.*

Hinc Origenes in Matthæum: Sed quoniam oportebat aliquid majus habere Petrum præ illis, qui ter arguerant, ideò illi quidem sic dicit: Et tibi dabo claves regni cœlorum, & quæcunq; solveris super terram, erunt soluta & in cœlis, & quæcunq; ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis. Non ergò modica differentia est, quòd Petro quidem datæ sunt claves, non unius cœli, sed multorum cœlorum, ut, quæcunq; ligaverit super terram, sint ligata non tantùm in uno cœlo, sed in omnibus cœlis: & quæ solverit super terram, sint soluta, non solum in uno cœlo, sed in omnibus cœlis. Ad eos autem, qui multi sunt liga[illegible] s &

i[illegible] es

solutores in terra, sic dicit, ut solvant & ligent non in cœlis, sicut Petrus, sed in uno cœlo, quia non sunt in tanta perfectione, sicut Petrus, ut alligent & solvant in omnibus cœlis.

A Basilio Seleuciensi orat. 17. dicitur Petrus Apostolorum Coryphæus, discipulorum Christi primas, mysteriorum, quæ à patre filius acceperat, accuratus interpres, undarum maris ambulator. *p. 161.*

Christum utramque dignitatem, regiam scilicet & sacerdotalem, Petro promisisse, scribit frater *Angelo-Maria Sermarinus* de Arimino, Ordinis Servorum. *Arim 1607*

Jacobo Sadoleto Cardinali in oratione ad Principes Germaniæ: Petrus hujus terrenæ Ecclesiæ fundamentum *solus* *p. 759.*

Imò *Ludovicus Richeomus* Iesuita in libro de Idololatria Hugonotica, vocat Petrum primarium Ecclesiæ DEI, ejusq; sedis, fundamentum. p. 227. supremum Ecclesiæ caput. *p. 183.*

Sed rectius & verius Isidorus Hispalensis Originum l. 7. c. 9. p. 61. Petrus à petra, nomen accepit, hoc est à Christo, super quem fundata est Ecclesia. Non enim à Petro petra, sed Petrus à petra, nomen sortitus est: sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo vocatur. Ideoque ait Dominus: tu es Petrus, & super hanc petram &c. quia dixerat Petrus, tu es Christus, Filius DEI vivi: deinde ei Dominus: super hanc petram, quam confessus es, ædificabo, inquit, Ecclesiam meam. Petra enim erat Christus, super quod fundamentum, etiam ipse ædificatus est Petrus.

Rectissimè & verissimè *Johannes de Ragusio*, Ordinis Dominicani, in Concilio Basileensi: rogavi pro te ut non deficiat fides tua: hoc enim non potest intelligi de fide personali Petri, quia illa defecit, in abnegatione terna &c. *Henricus Canisius tom. 3. lect. antiq. p. 143*

Intelligendum est igitur, quòd Christus rogaverit pro fide, quam ipse confessus fuerat, dum dixit, tu es Christus, Filius Dei vivi, & super quam Christus fundavit suam Ecclesiam, eodem Domino dicente, tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Pro fide igitur Ecclesiæ Christus rogavit, ut non deficeret, *& non pro fide personali Petri.*

Ἑκάστοτε ἡ ἱερωσύνη τῇ βασιλείᾳ ἦν φοβερά, νῦν ἡ βασιλεία τῇ ἱερωσύνῃ: olim religio erat formidabilis imperio: nunc imperiũ est formidabile religioni: vor Zeiten musten sich die Königreiche vor dem Christlichen Glauben

Epist. 268. p. 145. fürchten: jetzt muß sich der Christlich Glaube vor den Königreichen fürchten, ex Isidoro Pelusiota.

*Fr. Ioannes* **Wild**, Ordinis Minorum p. 101. b. Bey gemeiner Procession. Das ist jetzt der Mangel in der Kirchen allenthalben. Dann ich nicht allein von uns rede: die Geistliche Häupter der Kirchen/ Babst/ Cardinäl/ Bischöff/ Bröpst ec. wissen die Schrifft/ vnd den Willen Gottes/ sehen wie sie sich/ die Jhren/ so jhnen befohlen halten zu Hauß vnd zu Chor/ hören daß alle Welt darüber klagt/ daß sich auch jederman darüber ärgert/ daß auch die Kinder auff der Gassen davon singen/ bessern sich aber das wenigst nicht/ daß ich mich nicht gnugsamb kan verwundern/ ob sie auch ein Seel im Leib haben.

P. 196. **D. Johan Keysersperger** in seinem plenario oder Außlegung der Evangelien/ von S. Briccio. Selig ist der Knecht/ den der Herr gesetzt hat über sein Gesind. Wo nehmen? da der Teuffel den Pfaffen nahm. Der Teuffel setzt solche Leut dar/ dann sie seyn nit besser. Also führt sie der Teuffel hinauff. Der wird ein Keyser/ der ein König/ der ein **Ammeister**/ **der ein Bapst**/ ec. Es ist nimmer/ daß GOtt der Heil. Geist/ die Obern darsetzt/ der Teuffel thut es/ Gelt vnd Gunst. Wil einer ein Bapst werden/ so muß er die Cardinäl bestechen/ einen damit/ den andern damit. Wil einer ein Bischoff werden/ ein Probst/ ein Dechant/ er muß lugen/ daß er die Domherrn besteche.

Deßgleichen ist es auch in dem Weltlichen Stand: wil einer ein **Stettmeister werden**/ ein Ammeister/ ein Fünffzehner/ der muß den andern allsammen/ vor- vnd nachgeben/ vnd durch die Finger gucken/ auff daß sie ihm desto eher Stimm geben/ daß er viel Stimmen habe.

Also gehts es in allen Ständen/ man gedenckt keiner Erbarkeit mehr/ kein frommer Biderman mag jetzt statt haben/ es ist alles Leckerey vnd Bubentätig. Wo meinstu/ daß man jetzt findet einen getrewen Knecht/ den GOtt der Herr gesetzt hat durch den Heiligen Geist! du magst ihm wol einen Namen geben/ es ist aber nichts darhinder. Darumb mag ich wol sprechen/ selig ist der Knecht/ den GOtt dingt/ vnd der da trewlich darbietet die Speiß seinen Vnterthanen.

XVIII.

## XVIII.

## De Miniſterio & Ordine Eccleſiaſtico.

IN Conſtituendo Miniſterio Eccleſiaſtico centuria quinta ab antiqua conſuetudine receſſit & exorbitavit.

*Theodoretus* l. 1 c. 9. p. 21. Quod ſi quis forte eorum, qui Eccleſiæ funguntur muneribus, diem ſuum obibit, tum unus ex illis, qui nuper in Eccleſiam aſciti ſunt, modo idoneus videatur, *& populus illum eligat*, Epiſcopusque Alexandriæ ei ſuffragetur, atque ideò *populi electionem confirmet*, in locum ſuccedat demortui.

Idem l. 5 c. 9. p. 151. Reverendiſſimum ſanctiſſimumq; *Nectarium*, in concilio generali, *communi omnium conſenſu* μετὰ κοινῆς ὁμονοίας præſente Theodoſio Imperatore religioſiſſimo, totius denique cleri, totiuſque civitatis ſuffragijs, Epiſcopum conſtituimus.

Παντὸς τε τοῦ κλήρου καὶ πάσης ἐπιψηφιζομένης τῆς πόλεως.

Eccleſiæ a. vetuſtiſſimæ & verè Apoſtol. Antiochiæ urbis Syriæ, in qua primò venerandum Chriſtianorum nomen auditum eſt, reverendiſſ. & ſanctiſſ. Flavianum, Epiſcopi illius provinciæ & Diœceſeos Orientalis, in unum convenientes, tota illa Eccleſia, uti Canon poſtulat, ſuffragante &c. ordinarunt &c.

*Bellarminus de Clericis* p. 107. l. 1. c. 15. Apoſtolorum tempore nomina illa, Epiſcopus & Presbyter, com̃unia fuiſſe omnib. Sacerdotibus, tam majoribus, quos Epiſcopos dicimus, quàm minoribus, quos Presbyteros appellamus, licet res ipſæ & poteſtates diſtinctæ eſſent.

*Diſt.* 60. C. 4. Nullus. p 402. Sacros Ordines dicimus Diaconatum & Presbyteratum. Hos ſiquidem ſolos primitiva legitur habuiſſe Eccleſia.

Diſt. 93. C. 24. legimus, cum Apoſtolus præcipuè doceat, eoſdem eſſe Presbyteros, quos Epiſcopos.

Papirius Maſſonus p. 271. *Papa* vox olim communis omnibus Epiſcopis, facta eſt propria Romanis.

*Origenes* mirus eſt Paraphraſtes tom. 2. in Matth. p. 61 Sed quoniam oportebat *aliquid majus* habere Petrum *præ illis*, qui ter arguerant, ideò illi quidem ſic dicit: & tibi dabo claves regni cœlorum, & quæcunque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis, & quæcunque ligave-

ris

ris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis. Non ergo modica differentia eſt, quòd Petro quidem datæ ſunt *claves non unius cœli ſed multorum cœlorũ*, ut quæcunque ligaverit ſuper terram, ſint ligata non tantum in uno cœlo, ſed in omnibus cœlis: & quæ ſolverit ſuper terram, ſint ſoluta non ſolum in uno cœlo, ſed in omnibus cœlis. Ad eos autem, qui multi ſunt ligatores & ſolutores in terra, ſic dicit, ut ſolvant & alligent non in cœlis, ſicut Petrus, *ſed in uno cœlo*, quia non ſunt in tanta perfectione, ſicut Petrus, ut alligent & ſolvant in omnibus cœlis.

## De Petro.

B*Aſilius Seleucienſis* Orat 17. p. 161. Petrus fuit Apoſtolorum Coryphæus, diſcipulorum Chriſti primas, myſteriorum quæ à Patre filius acceperat, accuratus interpres, undarum maris ambulator.

*Sadoletus* in oratione ad Principes Germaniæ p. 759. Petrus hujus terrenæ Eccleſiæ fundamentum *ſolus*.

Arimini 17.

*Frater Angelo Maria Sermarinus* de Arimino, Ordinis Servorum, ait, utramque dignitatem Regiam ſcilicet & Sacerdotalem Petro promiſiſſe.

Monarchia temporalis in toto terrarum Orbe defenditur.

*Origenes* tom. 2. in Matth. p. 36. Petra eſt, quiſquis Chriſti diſcipulus eſt, ex quo biberunt de ſpirituali conſequente petra.

*Apologia* auctior Jeſuitarum p. 33. Papa eſt ſucceſſor Petri Apoſtoli, quem & petram ſeu fundamentum ſecundarium Eccleſiæ Chriſtus olim in terris exiſtens conſtituit.

Greg. Nazianzenus vocat Athanaſium *fidei* columnam p. 526. Qui eandem fidei doctrinam profitetur, ejuſdem quoq; throni particeps eſt. Τὸ μὲν γὰρ ὁμόγνωμον, καὶ ὁμόθρονον.

*Chryſoſt.* in Acta p. 468. Jam & illud conſidera, quàm Petrus agit *omnia, ex communi diſcipulorum ſententia, nil autoritate ſua, nil cum Imperio.*

*Ludovicus Richeomus* in Idololatria p. 183. vocat S. Petrum *primarium* Eccleſiæ Dei, cujuſque ſedis *fundamentum*.

P. 227. vocat S. Petrum ſupremum Eccleſiæ caput.

*Iſidorus Hiſpalenſis* Originum l. 7. c. 9. p. 61. Petrus à petra nomen accepit, hoc eſt à Chriſto, ſuper quem fundata eſt Eccleſia. Non enim à Petro petra, ſed Petrus à petra nomen ſortitus eſt, ſicut non Chriſtus à

Chri-

Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto vocatur: ideoq; ait Dominus: tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. quia dixerat Petrus: tu es Chriſtus Filius Dei vivi: deinde ei Dominus: ſuper hanc petram, quam confeſſus es, ædificabo, inquit, Eccleſiam meam. Petra enim erat Chriſtus, ſuper quod fundamentum etiam ipſe ædificatus eſt Petrus.

*Origenes* tom. 2. in Matth. p. 36. Siquidem nomen ducunt à petra, quicunque ſunt imitatores Chriſti, qui eſt petra ſpiritualis, comitans eos qui ſalvi fiunt, ut ex ea bibant potum ſpiritualem. Hi verò non ſolum nomen ducunt à petra, quemadmodum Chriſtus, verum etiam Chriſti membra cum ſint, ab eo nomen habent dicti Chriſtiani: à petra verò Petri.

*Hieronymus* Tom. 4. in cap. 54. Eſaiæ p. 177. Qui ergò in diſputando fortiſſimus eſt, & ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis roboratus, is propugnaculum eſt.

*D. Luther* Tom. 1 Jenenſi pag. 415. das Wort GOttes gilt vnd hilfft den Glaubigen / wann es gepredigt wird von ſeinen Feinden vnd Verfolgern.

Apud Papirium Maſſonum in Eugenio 4. p. 343. b. *Iohannes de Turre cremata.* In Oecumenica Synodo Florentina, occidentali & orientali Eccleſiis convenientibus, præſidente ſanctiſſimo & beatiſſimo Domino noſtro *Eugenio* Papa IV. divina & Apoſtolica autoritate diffinitum eſt, Apoſtolicam ſedem & Romanum Pontificem in univerſum Orbem terrarum primatum, & ſucceſſorem eſſe beati Petri, Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiusq; Eccleſiæ CAPUT, & omnium Chriſtianorum patrem ac Doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi & gubernandi Eccleſiam univerſalem à Domino Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe.

## De Ordine Eccleſiaſtico.

*Hadrianus Barlandus* in Chronico Ducum Brabantiæ. pag. 110. de Carolo Audace agens: nulli unquam attribuit Sacerdotium, niſi prius & eruditionem & vitam inſpexiſſet. Quod utinam & hodie facerent Principes, non tam multos paſſim videremus idiotas in Eccleſia Dei, quos fortaſſe præſtaret defricandis Principum matulis, quàm omnium conſcientiis præeſſe.

*Stapleton. Orat. 9. p.* 224. Quid ſcelere hoc ſceleratius? Perpendant

hoc nostri Simoniaci. Nam illi hæc planè omnia humana putant & profana. Ideò emunt & vendunt Sacerdotii ordinem, Pastoratus, Canonicatus, Decanatus officium ac munus, ut dignitates ambiunt, ut beneficia conquirunt, non quibus Deo & Ecclesiæ serviant, sed quibus commodè & splendidè vivant. O rem detestandam!

*Gulielm. Estius Duac. orat.* 1. p. 6. Si unquam aliàs post Christum natum, *nunc* vel maximè compluribus locis *in Clero* disciplina languet, probitas exulat, scientia contemnitur, charitas friget, canones dormiunt.

*Chrysost. de sacerdotio l.* 3 *c.* 10. *p.* 39. Unde nam quæso existimas tam multas in Ecclesijs turbas nasci? Equidem non aliunde opinor, quam ex Episcoporum Antistitumque electionibus, casu potius ac temerè quàm diligenter & accuratè factis.

Ecclesia Romana Papam habuit 12. annorum Benedictum 9. testis Glaber Rodolphus, qui tunc vivebat, Cluniacensis Monachus hist. 3. c. ult. Papirius Masso l. 4.

*Cap. cum in cunctis extravag. de Elect.*

Panormit. in 4 an. Concil. Lateran. Cautum esse, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui tricesimum ætatis annum exegerit.

Alexander Farnesius, qui à Paulo III. Cardinalis creatus, cum annos tantum natus esset 14. prius à Clemente 7. Parmensem Episcopatum susceperat.

Johannes Medices 13. annum ætatis vix excedens, in Cardinalium numerum cooptatus est teste Jovio in vita Leonis 10.

Ferdinandus Medices cum nondum 13. annum complevisset. Odettus Castillioneus cum 11. ageret.

Alphonsus Lusitanus cum 7. annorum esset.

Puer nondum quiquennis, electus est Archiepiscopus Rhemensis, referente Spondano ad an. Christi, 925. fol. 766.

*Gretser* contra Mornæum p. 253. Agatho in epistola ad Constantinum Imperatorem, Ecclesiam Apostolicam nunquam à veritate in qualibet erroris parte deflexisse.

*Æneas Silvius* epist. 130. Romanus Præsul indubitatus nemo unquam inventus est falsæ doctrinæ publicus assertor.

*Innocentius III.* l. 1. c. 8. p. 10. Fides Apostolicæ Sedis super firmam petram stabilitate fundatæ, nullis unquam errorum sordibus potuit inquinari.

*Adam Contzen* polit. l. 6. c. 28. p. 456. Nos in prima religione permansi-

mansimus, nihil à prima fide mutavimus, ut ex ipsismet adversarijs probavit.

*Nicolaus de Cusa* epist. 2. p. 8. b. ita de Alexandrina ac alijs Patriarchalibus sedibus, paria plura inveniet, nullum tamen eorum de Romana Ecclesia, aut quod ipsa unquam à fide erraverit, aut per quamcunque sedem fuerit reducta, comperiet.

*Hieronym. Niger* Canonicus Patavinus IC. in epistolis excusis Patavii an. 1579. fol. 49. Quamobrem te in primis Carole Cæsar, Imperator maxime atque invictissime, compellamus, qui de Rom. Pontifice Imperatorium diadema suscepisti, *in qua nulla unquam perversa irrepsit Religio*, Ecclesiarum omnium reginam & moderatricem agnosceres &c.

*Fr. Iohan. Nass.* de concordia p. 92. b. der Apostolische Stul kan keine Keßer ertragen.

*Iohannes Mariana* de Regis institutione l. 3. c. 2. p. 225. Præterea Pontifices Romanos criminari licebit, quasi non satis suo officio fungantur, cum *à multis seculis vix quisquam reperiatur è cathedra docuisse*.

Moguntiæ 1605.

*Fridericus Nausea* p. 125. nec Paulo, nec Iohanni, sed *soli Petro* sua successio permansit incolumis.

P. 126. Licet Diabolus Petrum tentarit, à fide tamen non recessit, nec unquam vel tum recessurus.

*Georgius Dousa* in Itinere suo Constantinopolitano p. 43. refert è Baronio anno 1593. Gabrielem Patriarcham Alexandrinum duos Legatos & Presbyteros Romam misisse, & Papam vocasse hac inscriptione: *Patri patrum, Principi Patriarcharum, tertio decimo Apostolo* Domini nostri Jesu Christi, *Quinto Evangelistæ*, sancti Petri Successori, Tibi data est potestas solvendi & ligandi. &c.

*Baronius in Martyrologio pag. 3. cap. 3.* Romæ siquidem Catholici semper vixere Pontifices, *nec alterius secta illic aliquando sedit Episcopus*.

*D. Henricus Canisius* Tom. 2. antiquar. lectionum p. 25. *S. Emmeranus* de Pontifice Romano. Ad limina sanctorum Apostolorum Romam ire decrevi, ubi cathedram Petrus habuit, quem in Ecclesia sua *censorem veritatis* Veritas ipsa disposuit. Hujus vicarius sicut ab eodem loco & ordine trahit honorem; Sic ab eadem tenet autoritatem, *& ejus judicium non fallitur*, quod auctore Christo solidatur.

*Caspar Scioppius* in classico belli sacri p.29. ad marginem Imperatores ac Reges sunt Dii terræ. Papa Deus Deorum, sed Dei beneficio.

*Acta Concilii Senensis* 1423. p.57. Martinus Papa habet cœleste arbitrium, Dominus in terris, successor Petri, Christus Domini, Regum pater, Orbis lumen, summus Pontifex.

*D. Luther* Tom.4. Latino Jenensi in c.5. ad Gal. p.176.b. Papa generalis hæresiarcha est, & caput omnium hæreticorum.

Idem p.360.b. Nunc verò non solùm non docet & curat, quæ Dominus ei mandavit, & facienda reliquit, sed aliena, imò contraria Domino suo docet & facit, ideò non vicarius Christi, sed vicarius Diaboli, ἀντίχριστος, & ἀντιχριστὸς rectè dicitur.

*Æneas Sylvius* lib. 1. de gestis Concilii Basileensis p.9. de Romanis verò Pontificibus liceret exempla admodum multa referre, si tempus sineret, *quoniam aut heretici*, aut aliis imbuti *vitiis sunt reperti*.

P.9. nec vulgari nonnullorum opinioni consentio, qui tempore dominicæ passionis solam virginem ajunt in fide perstitisse.

*D. Luther tom.5. Jen.* p.286.b. Er ist ein schrecklicher H. Err gewest/ über die gantze Welt/ über Leib/ Seel/ Gut/ Land vnd Leuht/ über Fegfewer/ über Hell/ über Teuffel// über Himmel über Engel über GOtt vnd alles. Wem er hat gewolt/ dem ist der Himmel offen vnd verschlossen/ die Hell zu/ vnd auffgethan gewest.

Æneas Silvius epist.301. p.416. Factum esse videmus ante Concilium Nicenum, *dum sibi quisque vivebat, & ad Romanam Ecclesiam parvus habebatur respectus.*

*Papirius Massonus* in Papa Fabiano p.18.b. & 19.b. Ex quo loco colligimus, electionem Episcopi Romani non ad paucos, sed ad omnes olim pertinuisse.

Idem tom.1. p.84.b. in Hormisda. Et hic mos erat, ut ferè ex optimis Diaconis bonos Episcopos Clerus populusque Romanus deligeret.

*Papirius Massonus* Tom.1. in Johanne 5. p.123. juxta priscam consuetudinem à Clero populoq; Romano, in Basilica Servatoris apud Lateranum consensu omnium, qui adfuere, ad summum in urbe Sacerdotium vocatus est, & ex diacono illius Ecclesiæ consecratus à tribus Episcopis totidem oppidorum, quæ Romæ vicina sunt: unde Ostiensis ille, alter Veliternus, tertius Portuensis dicebatur.

Idem

Idem in Leone III.p.132. Quis eripuit Græcis Imperium, nisi Leo III? Quis Occidenti splendorem ac gloriam suam restituit, nisi Leo Tertius?

Papirius Massonus Tom.1. p.136.b. in Gregorio II. Pontifices principatum suum aut nulli, aut huic Gregorio debent. Et: Igitur Gregorius II.tantæ autoritatis ac potestatis primus autor fuit.

Papirius Masson.tom.1. p.100. Vigilius à Belisario Romanus Pontifex est designatus, ex Procopio & Evagrio.

Idem in Alexandro III p.206.b. Quin & illud assequimur, ad solos Cardinales jam redactam eligendi facultatem, quæ prius Cleri populiq; Romani fuit.

Origenes in cap. 8. Levitici p.133. Requiritur in ordinando Sacerdote & præsentia populi, ut sciant omnes & certi sint, quia qui præstantior est omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur in sacerdotium, & hoc astante populo, ne qua postmodum retractio cuique, ne quis scrupulus resideret.

*Papirius Massonus l.5. in Bonifacio VIII.*p. 262.b. Sunt iræ Regum plusquam leoninæ, præsertim cum graves eos causæ impellunt. *Philippum* videntur intulisse, cum *Bonifacius* non Galliæ solum, *sed mundi Dominum*, ut Antonini Cæsaris verbo utar, se esse prædicaret, Pontificiaq; autoritate, in perniciem Christianorum abuteretur. Cum igitur anno *millesimo trecentesimo* ex omni fermè Europa concursus Romam factus esset, pietatis causa, ob consequendam à mortalibus delictorum suorum liberationem, Bonifacii jussu publicatam, accidit anno insequenti, ut pestifera orbi terræ discordia inter illum & Philippum Regem exoriretur. cum Bonifacius, ut ante dixi, *Mundi Dominum se diceret*, Philippus moneret, ne eo loquendi genere in perniciem regni sui uteretur. Cum id facere recusaret, vetuit pecuniam è Gallia Romam deferri; admonitus ab Episcopo Romano, ut interdictum solveret, mutare sententiam noluit, nunciumque Galliæ finibus statim excedere jussit. Tunc Bonifacius sententiæ in regem regnumque ferendæ consilio omnes regni Antistites, Theologosque & Jurisconsultos celeberrimos, ut Romam proficiscerentur, publicè citavit: verùm à Rege, ne id facerent, impeditum est, ipseque ad futurum Concilium provocavit adversus Bonifacium, quasi hæresis reum, appellationemque & capita in Bonifacium scripta, Lutetiæ in templo Virginis pronunciari per Petrum Flottam

Consiliarium jussit. Irritatus illo facto Bonifacius plures Galliæ antistites exauctoravit, ac verebatur Philippus, ne quas diras in se regnumque suum jacularetur, itaque in finibus regni stationem custodum posuit, qui prætereuntes excuterent, ne quam hujusmodi sententiam secum ferrent. Interim Gulielmum Nogaretum Equitem anno *millesimo trecentesimo secundo* in Italiam misit, ut conatus Bonifacii insigni audacia reprimeret.

## Papa Sponsus Ecclesiæ.

GRetser contra Mornæum p. 410. Christus principalis Sponsus est ac *Primarius*; Pontifex secundarius, & Christo subordinatus. Quemadmodum Christus est principale fundamentum Ecclesiæ, secundarium Petrus Apostolus, sine ullo Christi præjudicio.

*Gregorius Nazianzenus* p. 573. Si duo Christi sunt, duo quoque viri sunt, & duæ uxores. Si autem unus Christus, unum Ecclesiæ caput, una etiam caro sit, secunda autem respuatur.

## De Papa Liberio, Ariano.

D *Henricus Canisius* Tom. 6. Antiquar. lectionum p. 731. ex Martyrologio Romano, 19. Cal. Septemb. natale S. Eusebii Presbyteri & Confessoris, qui sub Constantio Imp. Ariano, machinante Liberio præsule, *similiter hæretico*, confessionem suam complevit. Nam prædictus Constantius, subrogatu Liberii includit Eusebium presbyterum in quoddam cubiculum domus suæ, &c.

Tom. 6. in Martyrologio Notkeri p. 902. S. Eusebius præsente Constantio Imperatore Ariano, cum fidem Catholicam constantissimè defenderet, & Liberium Papam *Arianæ perfidiæ consensisse* doleret, &c.

*Balduinus Iunius Tom. 4. in præfatione.* Sub *Rothari* rege Longobardo, in omnibus ferè Italiæ urbibus, duæ Ecclesiæ, & duo Antistites, Catholicus & Arianus, constituti sunt.

## De Papæ potestate.

A*Dam Contzen* disceptatio de secretis Soc. Jesu pag. 48. Triplex sententia.

I. Prima, omni illum in universum spirituali & temporali potestate privant Lutherani.

II.

II. Altera omnem illi poteſtatem concedit, etiam in temporalibus. Auguſtinus, Triumphus, Alvarus, Pelagius, Hoſtienſis, Panormitanus, Silveſter, & nonnulli alii Juriſconſulti. Hanc ex Societate noſtra, qui ſequuntur, neminem legi.

III. Eſt, Pontificem *nullam directè* habere in Reges poteſtatem, ſed tamen *indirectam* ratione poteſtatis ſpiritualis habere.

Confutatio duorum tractatuum, auctore *fratre Angelo Maria Sermarino de Arimino* Ordinis Servorum. Arimini 1607.

P.90. Utramque dignitatem, regiam ſcilicet & ſacerdotalem Petro promiſiſſe.

*Antimornaus Coquei* part. 1. p. 2. Non ſtatim initio, ſed temporis progreſſu ſacroſancta dignitas Romani Pontificis à Principibus & populis tandem cognita, &c. Temporale Pontificis dominium nec à Chriſto in Pontifices collatum, nec Pontificatui eſſentialiter, aut neceſſariò ex ipſa ſui inſtitutione annexum, non diffitemur, &c.

## De Papæ poteſtate.

### *Ex Panormitano Tomo I.*

P.15.b. Conſtitutio Papæ non ligat Cardinales.

P.43.b. Papa non poteſt committere non Sacerdoti, ut conficiat corpus Chriſti.

P.41. Habet ſubditas omnes creaturas; & nemo poteſt declinare à ſua juriſdictione. Papa habet juriſdictionem etiam in infideles.

P.61. Papa non habet dominium rerum Eccleſiaſticarum, ſed bene habet liberam adminiſtrationem.

P.94.b. Papæ non obediendum, ſi attentat contra univerſalem ſtatum Eccleſiæ.

P.101. Eccleſia regitur non ſolùm à jure Canonico, ſed etiam à conſuetudine.

P.119. Papa nihil poteſt diſponere contra Evangelium. Papa qui eſt in notorio & incorrigibili peccato, & in eo perſiſtit, poteſt *tanquam hæreticus puniri*. Diſpenſatio Papæ contra jus divinum non facit tutum diſpenſatum coram Deo.

P.121.b. Ideò in concernentibus fidem, *Concilium eſt ſupra Papam.*

P.122. Unde non eſt tutus coram Deo ille, cum quo Papa diſpenſabit.

P.123.

p.123. Papa, si reperitur, quòd tempore suæ electionis *erat uxoratus*, tamen debet remanere in papatu. Divus Petrus habebat uxorem, cum promotus est ad papatum. Continentia verò præcessit ex constitutione Ecclesiæ. Græci presbyteri habent uxorem.

Si constat clarè de matrimonio, tunc aut uxor inducetur ad continentiam: aut si noluerit continere, *Reddat debitum, & nihilominus stet in Papatu*: quia non repugnat substantiæ papatus seu clericatus.

p.154. b. *Papa potest omnia, quæ potest Christus*, clave non errante.

p.156. Papa potest facere, quicquid Deus potest. Alias Christus non fuisset diligens paterfamilias, si non dimisisset in terra aliquem loco sui, qui expedientibus causis posset omnia facere, quæ ipse Christus.

p.166.b. Papa electus non potest confirmari.

p.68.b. peccatum non est, malè intelligere legem vel canonem.

p.180.b. papa non potest eligi à Laicis, etiam quòd consuetudo ita se habeat, &c.

TOMO II.

## De translatione Episcopi.

pag.2. papa recipit potestatem *immediatè* à Deo.

p.2.b. Imperator habuit à populo Romano, sed hodie dicitur habere à papa. Et hoc est tutius tenere. *Dantes tenuit oppositum* in quodam libello, qui fuit de hæresi post mortem condemnatus, &c.

p.3. Factum à papa dicitur factum à Deo, p.5. b.

p.5.b. Reservata Deo, sunt reservata papæ. Papa incidens in hæresin, potest corrigi, alias non: & tunc potest deponi per Concilium generale.

p.11.b. papa potest tollere jus tertii, & compellere aliquem sine causa.

p.17.b. papa an possit matrimonium jam contractum dissolvere, colligitur tacitè hic.

Papæ non licet dicere, cur ita facis?

P.19 b. Matrimonium non potest dissolvi ab alio, quàm à Deo.

p.30. papa potest dispensare contra Apostolum, dummodo nihil statuat contra fidem.

p.77. papa potest ligari & solvi à simplici sacerdote in actu confessionis.

p.105.

p.105.b. Legati à latere dicuntur tantum Cardinales, qui mittuntur de latere papæ. In contrarium facit textus, &c.

p.106.b. Quæstio fidei non decisa per Ecclesiam, est decidenda per papam.

Gradus consanguinitatis & affinitatis prohibitus ab Ecclesia, non potest dispensari, nisi per solum papam.

P.133. Papa non potest sibi eligere Successorem in papatu.

## Super prima Secundi.

.30. Papa non est Dominus rei Ecclesiæ, adeò quòd non est ei licitum alienare sine causa.

P.31.b. Papa an habeat potestatem in temporalibus & spiritualibus.

Papa succedit deficiente imperio.

Papa criminosus debet denunciari denunciatione Evangelica.

P.32.b. Habet jurisdictionem in spiritualibus habitu & actu: & in temporalibus habet habitum, sed executionem commisit Ecclesia Imperatoribus & principibus seculi; & sicut anima dominatur corpori, sic Papa Imperatori, &c. NB.

Executio gladii temporalis est interdicta Papæ, & cuilibet Ecclesiastico.

P.70. Papa non habet jurisdictionem temporalem in laicos ad libitum suum, & non posset tollere jurisdictionem Imperatori.

Papa an succedat vacantibus regnis & principatibus?

P.76. Papa an præscribat imperium eo vacante?

P.88.b. Papa est judex ordinarius omnium, & nullus potest ejus forum declinare in spiritualibus. Idem in Imperatore.

L. 139. Papa potest dispensare circa dispositionem V. Testamenti.

P.181. Papa non dispensat, vel non est consuetus dispensare in gradibus consanguinitatis, divina lege prohibitis, secus si humana.

Papa non dispensat contra præcepta moralia negativa.

Papa non potest dispensare circa universum statum Ecclesiæ, sine rationabili causa,

Gradus consanguinitatis prohibitus à lege divina circa matrimonia.

Papa non potest dispensare in secundo gradu ascendentium & descendentium, sed in secundo gradu collateralium sic: dummodò sicut in

æquali linea, puta inter filios duorum fratrum, non autem inter neptem & patruum.

Excommunicatio injusta, quoad Deum, non ligat.

P.182. *Papa est supra jus.*

P.181. Papa tenetur legem divinam usque ad animam & sanguinem defensare.

## Super Secunda Secundi.

P.101.b. Donatio Constantini facta Ecclesiæ valet. p.164.

P. 160.b. Imperator an justè possit indicere bellum contra Papam?

Papa justè potest privare Imperatorem, & alios Reges.

## Super Tertia Secundi.

Pag.30. Hæreticus est privatus omnibus juribus & bonis, & est excommunicatus.

P.51. Papa potest sententiam etiam injustam, & sine ordine judiciario prolatam, confirmare, nisi deficiat in justitia naturali, quo casu Papa non potest supplere.

P.72. Papa debet servare juris ordinem, rigorem & æquitatem, & contra justitiam nulli parcere.

## Super tertio Decretalium.

P.6. Circa castitatem, obedientiam & paupertatem Monachorum, Papa non potest dispensare.

P.7.b. *Ebrietas* non est peccatum mortale, nisi quis assiduè inebrietur.

P.17.b. Papa potest deponere Cardinales absque generali Concilio, item Reges, Imperatores & alios.

P. 24.b. Papa si scripserit aliquid, quod est evidenter injustum, vel fieri non potest sine peccato, non est ei obediendum.

P.30. Papa solus, nec alius citra eum, potest dispensare contra Concilium.

P.40. Papa licet possit tollere jus positivum, pro libito voluntatis, procedit quoad Ecclesiam militantem: sed quoad Deum non potest, quando est fundatum super bono & æquo.

Papa de sola hæresi potest judicari, de aliis verò non: quia Papa judicat omnes, & à nemine judicatur.

P.51. Papa an teneatur confiteri peccata sua proprio Sacerdoti vel remississimè?

P.51.

P.51.b. Ea quæ competunt soli sacerdoti, ut est confectio Eucharistiæ, non potest Papa committere laico.

P.56. Papa potest dispensare contra statuta Concilii generalis.

Papa non dispensat in concernentibus fidem. Papa in totum potest tollere votum ex causa, aliàs non.

Papa potest facere omnia, quæ potest ipse Deus, clave tamen non errante.

Papa non potest dispensare circa universum statum Ecclesiæ, nisi ex aliqua justa causa.

Papa non dispensat in secundo gradu, in linea inæquali, sed in linea æquali sic.

Papæ est obediendum circa omnia illa, quæ præcipit, nisi contineant peccatum mortale.

Papa in omnibus potest dispensare, præterquam in articulis fidei, & præter ea, quæ sua natura sunt mala.

P.57. Papa est ordinarius totius Orbis.

P.72. Papa non ligatur suis legibus, nec prædecessorum suorum. Respondens contraria, est suspectus de falsitate.

P.73.b. Conciliũ generale habet jurisdictionẽ, non autẽ solus Papa.

P.97. Papa non arctatur servare formam Juris.

P.106.b. Papa non potest eligere sibi successorem in vita.

P.115. Papa potest tollere consuetudines & leges civiles in locis sibi temporaliter subjectis: in aliis verò non, nisi respectu animæ, id est, ubi imminet peccatum.

Papa potest limitare & restringere jus divinum in una re, ad conservationem ipsius in aliis rebus.

Papa potest convinci à duobus testibus.

Papa recipit à Deo potestatem & dignitatem Pontificatus, non autem potestatem peccandi.

P.141. Papatus non recipit duos Papas, quin imò aliud sentire est hæreticum.

P.143.b. Papa de potestate ordinaria non potest exigere decimas, sed de potestate absoluta potest.

P.148. Autoritates sanctorum Patrum valent multum in decisionibus causarum, licet non fuerint Romani Pontifices.

P.149.b. Papa non dispensat circa jus divinum, in quo versatur

honor Dei irremiſſibilis, vel utilitas publica indiſpenſabilis.

Papa non poteſt alterare univerſum ſtatum Eccleſiæ.

P.167. Papa non poteſt diſſolvere matrimonium conſummatum inter fideles.

Papa non poteſt tollere ea, quæ ſunt de jure divino.

P.175.b. Papa tenet locum Dei.

P.176.b. Papæ omnia licent, niſi ſint contra fidem.

Papa non ligatur ſuis conſtitutionibus.

P.208. Papa non poteſt dare poteſtatem, non Sacerdoti conficiendi corpus Chriſti.

P.214. Papa ſolus ſine Concilio non poteſt ſtatuere contra univerſalem ſtatum Eccleſiæ.

## Super quarto Decretalium.

P.30. Papa non arctatur ſequi definitionem prædeceſſorum.

P.42.b. Chriſtus deſcendit ex linea nata de *adulterio.*

Papa habet omnimodam poteſtatem in terris Eccleſiæ.

Papa in terris alienis regulariter non poteſt exercere jurisdictionem temporalem, ſed cauſaliter ſic.

Papa appellatur Sacerdos & Imperator in ſpiritualibus.

Papa eſt loco Petri.

Papa ex cauſa diſpenſat in caſibus divina lege prohibitis.

*NB.* Papa poteſt diſpenſare cum religioſo, ut contrahat matrimonium.

Presbyterorum filii & aliorum clericorum in ſacris ordinibus, adulterini dicuntur, &c.

P.49.b. Papa ex cauſa diſpenſat contra T.N.

P.70. Electio Papæ, mortuo alio, pertinet ad Cardinales: ſed ſi Papa eſt depoſitus, ad quem ſpectet electio, dubitatur.

P.71.b. Papa condens conſtitutionem contra legem divinam, dicitur potius errare, quàm legem condere.

P.77.b. Papa de hæreſi accuſatur, non autem de *Simonia*, niſi concurrentibus tribus. Vide remiſſivè.

P.100.b. *Papa poteſt inducere novum articulum fidei.*

P.102.b. Indulgentiæ conceſſæ pro recuperatione terræ ſanctæ, cenſentur conceſſæ Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis.

Papa quibus caſibus poteſt indicere juſtè bellum in Principes ſeculares.

P.124.

p. 124. papa quando dispenset contra dispositionem Veteris & Novi Testamenti.

p.131.b. Veritatem tacere regulariter non est peccatum, nisi adducatur in testem, vel ex officio teneatur ipsam dicere.

p.160. de jure nemo est exemtus à jurisdictione Imperatoris. Rex Franciæ & Rex Hispaniæ an subjaceant Imperatori?

p.173. Indulgentiæ ad quid & quando prosunt?

p.175.b. papa tenetur singulis annis confiteri peccata sua, & potest ligari à sacerdote, cui se subjicit in confessione, *qui in illo actu est major ipso papa.*

p.177.b. Indulgentiæ prosunt non solùm quo ad pœnas purgatorii, sed etiam quoad pœnitentiam hic injunctam, adeò quòd non tenetur perficere pœnitentiam, quia habuit indulgentias.

p.181.b. papa est supra jus, & potest sine causa contra jus dispensare, & etiam in totum tollere, nisi ex hoc decoloraretur universalis status Ecclesiæ.

Papa an possit tollere dispositionem canonis, Si quis suadente.

Papa participans cum excommunicato, non incurrit excommunicationem.

p.185.b. papæ non est obediendum in illicitis.

p.187. papa omnia potest, clave non errante.

p.193.b. papæ non est obediendum contra legem conscientiæ, vel contra legem positivam.

*Papirius Massonus in Benedicto* 12. p. 287. Jacobus Faber: papa in verbis se dicit servum servorum se nominando, de facto tamen se adorari permittit, quod angelus in Apocalypsi refugit. Videtur tamen id dicere, quasi damnans consuetudinem moremque eorum, qui demisissimè procumbunt ad pedes pontificis, ut signum crucis in superficie serici calcei intextum deosculentur: qui mos an sit antiquissimus, *nescio.* Consuetudinem illam Cisalpinis populis minus probari, quàm Italicæ genti, ad hujus generis obsequia & demissiones natæ, illamque constitutionem Imperatorum *Theodosii & Valentiniani*, quam Eudoxio præfecto prætorio scribunt, non erit, opinor, supervacaneum atque inutile huic loco inserere ex libro primo Codicis Justinianei, seu pontifices volent ea teneri seu nolent. Paria enim sunt, *in calceo crucem gestare, atque humi eam pingere.* Cum sit nobis cura diligens per omnia superni Numinis religionem

tueri: Signum Salvatoris Christi nemini licere, vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere vel pingere, sed quodcunque reperitur tolli; gravissima pœna multando eum, qui contrarium statutis nostris tentaverit, specialiter imperamus. Dat. 12. Cal. Jun. Herio & Ardabuburio Coss.

*Finus Hadrianus Finus* in flagello Judæorum lib. 5. p. 167. b. Unde substantialis & propria, in quantum Pontifices sunt, & Christi vicarij, Jurisdictio se in ipsis spiritualibus & divinis extendit, dicente Salvatore nostro Ioh. 18. regnum meum non est de hoc mundo. Rerum verò Romanarum & secularium denominatio & administratio Pontificibus *accessoria est, tanquam accidens*, non in quantum vicarij DEI, sed in quantum Constantini Cæsaris sunt hæredes sive donatarij. Ipse enim Constantinus eos Pontifices, sive potius Ecclesiam Jesu Christi civitatibus prædictis condonavit, &c.

*Papirius Masson.* in Eugenio III. p. 201. Bernardus vocat Papatum Onus insvetum & nimium, quod & gigantinis, ut ajunt, vel ipsis quoque angelicis humeris formidabile videatur.

*Æneas Silvius* Epist. 25. p. 22. Erat animus meus, postquam ex Basilea recessi, super rebus Ecclesiæ perpetuo uti silentio, cum eas *non divini Spiritus ductu regi, sed hominum gubernari passionibus viderem.*

Epist. 49. p. 43. Ego nolo legem meam majoris esse roboris, quàm Synodales sunt sanctiones, quæ dietim infringuntur.

## De disciplina Ecclesiastica.

JOhannes *Hofmeister* in Postilla Latina p. 91. b. Quamvis non video, quomodo hæc Domini Oratio, in pastores nostræ Ecclesiæ convenire possit, cum ne vestigiũ quidem disciplinę Ecclesiasticę *apud nos videatur.*

P. 103. Cum igitur Ecclesiæ *disciplina penitus* oblitera & sublata sit, non miramur *paucos esse verè Christianos.*

*Fridericus Nausea* p. 3. b. Ubi nunc veritati locus? ubi integritas, quæ nulli prorsus est cura? Charitas omninò mortua. Veritas prorsus perdita, pax ad summum ægrotat, *justitiam nusquam reperies*, lex pariformiter obcæcata. Honor planè in nullo non loco evanescit. Quis modo ex animo Remp. curat? Cum quisque suum, non quod alterius est, quærit. Ecquid? Princeps ac Rectores non parum multi puerascunt. Episcopi per transennam conspiciunt: Consules & Prælati populo plerique

rique duces sunt ad vitia quæq; pessima, cum verbo & facto esse exemplo debuerint. Religiosis, quos appellant, nihil penè irreligiosius, Monialibus quoque nihil irregularius. Nobiles plerique rapinis student magis, quàm rebus benè gerendis. Inter mercatores & artifices nulla penè fides. Pastores deglubunt, non pascunt Ovium nulla neque obedientia, neque de mulctis cura. Clerici vita & habitu laici esse volunt, & hi è diverso Clerici: Canonici, atque id genus Sacerdotes die noctuque nepotantur, voluptuanturque, Simoniæ obnoxii. Judices non jure, sed favore & affectu judicant. Nequitia nunc prudentiæ sibi nomen usurpat, scelere plus contaminantur, quos inde supplicium sumere oportuit. Nec est in coummnitate concordia, fierique inde assolet, ut pessum sit itura ubique Rspub. *Adulterium opprobrio non vertitur*. Usura nusquam non impunè accrescit. A superbia nemo alienus; libido inter vitia ne æstimatur quidem; gula toto æstuat orbe & crapula; fides omninò defuncta jacet; falsitas palàm protrita.

*Iohannes Hofmeister* in Postilla Latina p. 89. Dominica Reminiscere. Libenter sanè fateor, multos in hanc rem irrepsisse *abusus*. Tollantur ergò *abusus*, & verus usus Ecclesiæ servetur intactus.

## HISTORICA DEDUCTIO,
## Pontifices Romanos nec in moribus esse ἀναμάρτητους, impeccabiles.
### Ex unico PAPIRIO MASSONO, Historico Catholico, Gallo, collecta
### *Studio* ELIÆ CHINGERI 1645.

S. Bernhardus, Eugenij Pontificis Romani excellentiam & majestatem commendans, de Consideratione l. 2. scribit: age, indagemus adhuc diligentius *Quis sis*, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei? *Quis es*? Sacerdos magnus, summus Pontifex. Tu Princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, autoritate Moses, judicatu Samuel, potestate Petrus *unctione Christus*. Tu es, cui claves traditæ, cui oves creditæ sunt. Sunt quidem & alij cœli janitores & gregum pastores, sed tu tantò gloriosius, quantò & differentius utrumque præ cæteris nomen hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges singulis singulos, tibi universi crediti, uni unus. Nec modò ovium, sed pastorum *pag. 1531.*

tu unus omnium paſtor. Unde id probem, quæris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolutè & indiſcretè totę commiſſę ſunt oves? Si me amas, Petre, paſce oves meas. Quas? illius vel illius populus civitatis, aut regionis, aut certi regni? Oves meas, inquit. Cui non planum, non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes. Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil.

pag. 1361. Idem tamen Bernardus ad Innocentium Papam ſcribit epiſtola 177. *Dico tamen jus, fas, honeſtas, religio, in noſtris Epiſcopatibus perierunt.*

p. 475. Pererius in Danielem l. 10. Etiam vicarius Chriſti, ſummus Pontifex Romanus, qui ipſum repreſentat in terris, omnes mortales dignitate poteſtateque præcellens, non tantùm ſanctus ſed etiam ſanctiſſimus & Sanctitas appellatur.

p. 401. b. Verum enim verò potius Catholico Hiſtorico aſſentimur Papirio Maſſono in Julio III. ſcribenti: in pontificibus nemo hodie ſanctitatem requirit: optimi putantur, ſi leviter boni ſunt, vel minus mali quam cæteri mortales eſſe ſoleant.

p. 439. ApudGobellinum in Commentarijs Pij II. Rex Bohemię ad Fantinum Apoſtolicum Legatũ, ait: Apoſtolica ſede plures ſederunt Apoſtatæ viri & nequam. Sanctam appellant ſedem, nos nõ probamus. In unione fidelium ſancta ſedes exiſtit, quam Romæ quærere non oportet.

p. 186. Non cuivis hiſtorico credendum, Papirio Maſſono in Gregorio VII. ſed ijs ſolùm, qui remoto omni odio, omnique perturbatione animi & corruptela ſcripſere.

Ediſſerat ergò nobis Papirius Maſſonus Catholicus, Gallus Hiſtoricus, Baronij ore commendatus in Martyrologio ad diem 25. Augusti: Pontifices Romanos in *moribus* non fuiſſe ἀναμαρτήτους, impeccabiles.

## I. Gregorius IV.

p. 133. b. De *Gregorio* IV. ita ſcribit: in ſumma pace tunc vivebat Ludovicus regum pijſſimus, ſed Lotharij filij conjuratione bellum in parentem, atque ingens rerum perturbatio ſecuta eſt, capto genitore, & in cuſtodiam convicto. Is conatus perfidi *filii* in pium parentem nefarius fuit, neque enim diu ſuperi tulere. Ac mihi liceat, jure enim licet, Gregorium accuſare participem conjurationis hujus.

Sic

Sic enim Vitaldus de eo loquitur, qui Francorum reges ſangvinis jure contingebat. Gregorium, inquam, Romanæ, ſummæ ſedis Pontificem Proceres, ut ſua autoritate liberius, quod cupiebant, perficere poſſent, ſub eadem ſpecie magnis precibus in ſupplementum ſuæ voluntatis aſſumunt. Quamobrem Imperator cum omni, quod habebat imperio, tres Reges, filiique ejus adverſus eum cum ingenti exercitu, inſuper Papa Gregorius cum omni comitatu Romano, juxtaque montem Sigivaldi caſtra ponunt, ac varijs afflictionibus populum, ut à patre deficeret, filii compellunt: noviſſimè quibusdam fuga lapſis cum perpaucis pater capitur, uxor ab eo dempta in Longobardiam exilio mittitur, ac Carolus unà cum patre magna cuſtodia ſervatur. Gregorius ſiquidem papa itineris pœnitudine correptus tardius, quàm vellet, Romam revertitur. Itaque probabile eſt, Gregorium non auſum ab Ludovico ſtare, veritum ne procurante Lothario qui Italiæ imperabat, dignitate exueretur, quod ille juvenis, hic ſenex eſſet: Plures enim orientem Solem adorant, quàm occidentem.

## II. Sergius III.

Tu Luitprande expone nobis, cujus impurus parens fuerit tertius ille Sergius, Romanæ urbis Epiſcopus, qui tertium quoq; Anaſtaſium anteceſſit. Theodora, inquis, Scortum impudens hujus Alberici, qui nuper hominem exuit, avia (quod dictu etiam fœdiſſimum eſt) Romanæ civitatis non inviſibiliter Monarchiam obtinebat. Quæ diras habuit natas, Maroziam atq; Theodoram ſibi non ſolùm coæquales, verum etiam Veneris exortivo promtiores. Harum una Marozia ex papa Sergio Johannem, qui poſt Johannis Ravennalis obitum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio. Ex Alberto autem Marchione Albericum, qui noſtro poſt tempore Romanæ urbis principatum uſurpavit. Hæc quidem Luitprandus libro ſecundo refert. O Roma, urbs antiqua, quàm diſpari Domino dominaris! Olim obedire Regibus vel Conſulibus Clariſſimis Viris vel Imperatoribus parere ſolita, nunc ſervire cogeris impudenti ſcorto, ne quid acerbius dicam. Theodora enim Romæ ſervientis domina, non ut lupa lac præbet Romulo & Remo, ſed ut vile ſcortum & lena producit Sergio Maroziam filiam, ex eoq; meretrix Johannem gignit. *pnſ 4 c. 13.*

## III. Johannes XX. Vulgò XXI.

p.173.b. Erat Johannes cognomento Romanus frater illius Benedicti, cui in Episcopatum successerat, & largitione pecuniæ ex laicali ordine neophytus constitutus est præsul. Itaque pravis artibus Pontificatum adeptus, quid boni in eo gerendo facere potuit, nisi forte ad sanitatem animi reversum, nefarij illum facti pœnituit piguitq; : nec mirum debet videri, quod ambitione & corruptela Pontificatum appetierit. Quid est enim Romano Episcopatu aut sublimius aut illustrius? magna autem appetere probis atque improbis commune est, ut Solem aspicere: sed illi bonis artibus consequi cupiunt, quod optant, isti pravis tantum nituntur, & feliciores sunt plerumque in obtinendo, quàm boni, quod Deus & fata sic prospexerint.

## IV. Gregorius VI.

p.175. Cum domum reversus esset Gregorius, Pontificatu exutus est, sed restitui pristinæ auctoritati cupiens, levem exercitum instruit, Clementemque urbe pellit, prædia Ecclesiæ & jura occupat, cum Cæsare denique bellum gerit, nec ab illo vincitur. Quod ejus factum multi non probant. Pontifices enim debent omnes bellum odisse. Nam etsi justum, at minimè est. Cæterum eventus docuit, ne id quidem Deo displicuisse. Nam cum humanum sangvinem etsi justissima de causa fundi mandasset, prædonesque & grassatores militarium viarum ut Reip. pestes extinxisset, moriens in Basilica Apostoli Petri se sepeliri optavit. At Presbyteri Cardinales, qui suprema ejus verba audierant, indignum esse dicebant ejusmodi sepultura virum, qui sangvinarius fuisset: saltem, inquit, cadaver meum pro foribus Basilicæ ponite, foresque ipsas claudi jubete & fiet, quod Deus jusserit. Id cum ita factum esset, adaperta repentini turbinis impetu ostia patuere. Ex quo intellectum est pœnitentiam anteactarum rerum à Gregorio actam, & exequiæ illi magnificæ sunt peractæ. Hæc de Gregorio Leo narrat.

V. Gre-

## V. Gregorius VII.

Unde Pontifex animum ejus ( Henrici Imperatoris ) inquie- *p.145.b.* tum cernens, quendam Mathildis servum in Germaniam mittit, mandans, ut coronam Imperij Rodolpho Saxonum Duci, viro magnanimo offerret, suaderetque ut in Henricum pia, adversus impium, arma caperet, uti cepit, conflixeruntque anno millesimo octogesimo primo. Quo in prælio fortuna initio visa est favere Rodolpho, ejusque exercitui, & mox mutata in deteriusfacie eum ejusque omnes copias miserè trucidari passa est. Quæ victoria Episcopos urbis Romæ monere debet, ne vindictæ suæ, etsi justissimæ caussa, Principes in mutuam pernicem arma sumere jubeant. Sæpè enim aut quia Deus res humanas geri sinit, aut quia improbi audaciores sunt bonis, hi ab illis vincuntur, etsi justam belli gerendi causam habuerunt. Cæsar itaque Victor novum exercitum instruit, memorque acceptæ à Gregorio recentis injuriæ, Romam obsidere, ipsum capere decrevit. Sed Romanorum pro Pontificis causa invictus animus fortissimè restitit, sic ut re infecta discedere ab obsidione sit coactus.

## VI. Clemens IV.

Clemens cætera quidem laudandus est, at nescio laudem ne ejus, *p.147.* quod vituperari certè non potest, studium erga agnatos ejus, quos in Italiam in conspectum suum venire vetuit, & quibus de Ecclesiæ fructibus nihil largitus est, præter exiguam pecuniæ quantitatem.

## VII. Nicolaus III.

Hic Nicolaus juvenis quamdiu fuit, & quamdiu Cardinalis, sic *p.152.* vitam instituit, ut studiosissimus laudabilium rerum esse videretur: Sed ubi Pontificatum attigit, magna mutatio in eo deprehensa est: nec eum puduit agnatorum causa Simoniam exercere. Ob quod crimen apud inferos collocatus à Dante, cantu decimo nono.

## VIII. Bonifacius VIII.

p.262. b Creatus est Neapoli pervigiliis natalis Christi & anno tunc insequenti Romæ coronatus, neque enim Neapoli voluit, vir quidem magnanimus & invictus, jurisque civilis scientia instructissimus, cæterum avarus & rapax, ut Victorianis Annalibus iisdem prorsus verbis, quibus usi sumus, continetur.

## IX. Clemens V.

p.276. Vitam ejus Villaneus libro octavo & nono Florentinæ historiæ tradit, ac de morte ejus ita scribit, decessisse duodecimo Calend. Maii Anno trecentesimo decimo quarto, Pontificemque illum pecuniæ cupidissimum, & Simoniæ amantem, quique venalia omnia haberet, libidini quoque deditum, & qui unicè diligeret miræ pulchritudinis fœminam Comitem Petragoriorum. Omina sunt illa & mortalium vitia, quibus infectum maximum Episcoporum minimè oportuit, atque adeò in vita ejus non prætermittenda ab Historico Veritatis amanti.

## X. Bonifacius IX.

p.323. Ut autem pessimo exemplo beneficia Ecclesiastica pluris licitantibus vendiderit, & fructus annales singulorum suos esse voluerit, utque maternis fraternisque direptionibus sedem Petri infamem fieri passus sit, copiosè exponitur à Theodorico Nierno, optimo illius temporis Scriptore. Itaque nihil amplius dicam, nisi quòd in avaritiæ vitio natus, in eodem usque ad obitum mansit: quin adjiciam enim elegantem Poggii facetiam in numerosam fratrum & agnatorum turbam, hunc Pontificem affectantium. Bonifacius ait, Pontifex nonus, natione fuit Neapolitanus ex familia Tornacellorum: appellantur autem vulgari sermone Tomacelli, cibi facti ex jecore suillo, admodum contrito, atque in modum pili involuto interiore pinguedine porci. Contulit Bonifacius se Perusium secundo sui Pontificatus anno: aderant autem secum fratres & affines ex ea domo permulti, qui ad eum (ut fit) confluxerant, bonorum ac

lucri

neri cupiditte: ingresso Bonifacio urbem, sequebatur turba primorum inter quos fratres erant, & cæteri ex ea familia: quidam cupidiores no-scendorum hominum quærebant, quinam tesi ent, qui se querentur? Dicebat unus, item alter: hic est Andreas Tomacellus, deinde Johannes Tomacellus; tum plures deinde Tomacellos nominatim recensendo. Tum quidam facetus, Hohe, permagnum fuit jecur istud, (inquit) ex quo tot Tomacelli prodierunt, & tam ingentes.

## XI. Johannes XX II.

ROgatus Johannes sponte renuncians summo Sacerdotio, Pontificioque muneri, si ex usu Reipubl. Christianæ id facturus videretur, eum postea ex eadem constantia homo non plenè sibi constans, mutata veste profugisset, citatus peremptoriis edictis non comparuit, damnatusque est, & magistratu illo dejectus: Sententia verò Synodi contra eum lata causas complectitur, ob quas ea dignitate exutus est. p. 339.

Fulgosus magni nominis Jurisconsultus ad L. Barbarius Philippus ff. de officio Prætoris, de Johanne deque seipso ita breviter scribit: memini cum essem in Concilio Constantiensi, quia hoc specialiter imputabatur Johanni vigesimo tertio, qui erat Simoniacus, de hoc esse aliquoties disputatum, & circa hoc aliqua arguebam, licet non sim Theologus. Hactenus Fulgosus, Baldi Jurisconsulti & socius & amicus, ut ipse Baldus ait, Consilio 108. Addendum eodem est Johannis Gersonis Theologi grave testimonium, cum enim de Johanne XXIII. loqueretur, ait: accusatus inter cætera fuit & convictus, quòd fuerat notoriè Simoniacus.

## XII. Alexander VI.

GAllis Italia exactis Jubilæum publicari jubet, ingensque hominum numerus pietatis causa Romam confluxit, amplasque opes attulit. Meminit Jubilæi Actius, cum ait: p. 373. 374.

*Pollicitus cœlum Romanus & astra Sacerdos,*
*Per scelera & cædes ad Styga pandit iter.*

Duos præterea filios naturales habebat, Candianum & Cæsarem ex Vanotia Meretrice Romana. Verùm Cæsar jugulato projectoq; in Tyberim fratre, abdicata purpura se totum ad arma transtulit. Actius

tametſi iniquior & ſucceſſoribus ejus , caſum illum Candiani in Tyberim projecti acutè exhibet ſequenti diſticho.

*Piſcatorem hominum ne te non Sixte putemus,*
*Piſcaris natum retibus ecce tuum.*

Nec plura dicam de Cæſare, contentus indicaſſe vitam ejus à Jovio elegantiſſimè deſcriptam.

Cum autem in Vaticana villa Alexander cænaret, medicata lagæna vini, parata ad exitium nonnullis Cardinalibus convivis, pincernæ errore factum eſt, ut ſenex Pontifex venenum hauriret, nec diu vim illius ferre poſſet. At Cæſar qui dilutius bibiſſet, atrociſſimo quidem, ſed non lethali morbo correptus eſt: providentiâ Dei quis hoc factum neget, ut pincernæ errore, qui aliis exitiū parabant, ipſi hilariter venenum biberent? Cæſar autem morbo illo exemtus, in Hiſpania glande trajectus, poſtea occubuit. Per hunc modum Alexander vitâ defunctus eſt, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo tertio, cum elogio nequaquam Pii Pontificis. Conſtat enim eum largitionibus ad illam dignitatem perveniſſe: pecuniam enim propter ſe magnifaciendam negabat: ſed quòd ea mortalium mentes facilè caperentur, ut ab eo quidem corruptæ ſunt, vel cœcatæ potius, nullique rei intentus fuit, niſi ut perpetuò mortales deciperet. Hæc quidem Florentini Hiſtorici de eo memoriæ mandarunt. Quæ cum repeto, etiam illud conſtantiſſimè affirmare poſſum, *ſi Pontifices omnes verè pii eſſent, nos Rempub. Chriſtianam nimium felicem habituros.*

## XIII. Leo X.

P.384. QUòd ſi Leo voluptatibus deditus fuit, fuiſſe autem cives etiam ſui teſtantur, dandum eſt aliquid ætati, nondum planè maturæ, & Pontificatus iterum ſenectuti tribuendus eſt. Et:

P.384.b. Revertor ad Indulgentias, ut illud veriſſimè dicam, Romanos Pontifices adhuc nimium indulgentes fuiſſe. Obiit autem Leo, quarto Idus Septemb. milleſimo quingenteſimo viceſimo primo, & qui poetica ingenia plurimi ſemper fecerat, vitare tamen Sanazarii mordaces verſus non potuit:

*Sacra ſub extrema ſi fortè requiritis hora,*
*Cur Leo non potuit ſumere? vendiderat.*

[illegible] In Johanne X. vulgò XI. nemo exiſtimet, Pontificiæ ſedis odio hæc à nobis

à nobis & ſimilia narrari. Utinam enim vitioſi Pontifices nulli unquam fuiſſent, id enim optandum eſſet: ſed cum fuerint, & res vitioſas gerere eos non puduit, quid eſt, quod Hiſtoricum pudeat, illas, ut evenerunt, narrare, imitarique pictores, qui effingere rem propoſitam ſolent tanta induſtria, ut queri non poſſit ab iis aliquid omiſſum.

## XIX.
## De Sacramentis.

BEllarminus de Sacramentis in genere l.1.c.4.p.12. Non enim Catholici dicunt, cauſam juſtificationis ut in vaſis includi, ſed ipſa Sacramenta cauſas inſtrumentales juſtificationis faciunt.

*D.Luther* Tom.2.Lat.Jen.p.286.b.inde proverbium illud *non Sacramentum, ſed fides Sacramenti juſtificat.* Sic circumciſio non juſtificavit Abraham & ſemen ejus, & tamen Apoſtolus eam appellat ſignaculum juſtitiæ fidei, quia fides in promiſſionem, cui juncta fuit circumciſio, juſtificabat & implebat id, quod circumciſio ſignificabat.

*Tom. 2.Lat.Jen.p.* 311. Ut ſic verum ſit, quod dicitur, non Sacramentum, ſed fides Sacramenti juſtificat. Cum enim in omni Sacramento ſit verbum Dei, ut dicit B. Auguſtinus ſuper Johannem, accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Ubicunque autem verbum Dei eſt, ibi fides hominis in ipſum requiritur.

Tom.2. Lat.Jen.pag.601. adverſus armatum Virum *Cochlæum:* Quòd ſi qui ſunt ex Patribus, qui ſenſerunt, *Sacramenta ſua virtute juſtificare*, eſto etiam Auguſtinus, ut Cochlæus contendit, nihil moror, hominum ſunt dicta.

D.Luther Tom. II. Lat. Jen 601. adverſus Cochlæum. Quòd autem Petrus dicit, nos per Baptiſmum ſalvari, quis non videt, nihil hinc contra me ſtrui, quaſi hinc falſum ſit, ſola fide juſtificari? Certè Baptiſmus ſine fide non juſtificat: fides autem ſine Baptiſmo juſtificat: *Ideò non poteſt ulla pars juſtificationis tribui baptiſmo.* Alioqui ſi ulla parte juſtificaret, non liceret negare, baptiſmum ſine fide juſtificare. Cum autem ei denegetur, ſoli fidei rectè delinquitur. Vult ergò Petrus per baptiſmum, ceu ſignum externum, fidem provocari & exerceri, quæ ſalvet. ſicut nec verbum ipſum, quod longe prævalet ſigno viſibili, nullum tamen per ſe juſtificat, niſi credentem.

De

## De Opere operato.

*Alanus Cardinalis de Eucharistia p.112.* Habet hunc sensum, quòd Deus operatur hanc gratiam non ex fide & devotione hominum, sed ex opere Sacramenti, quoad eam rem utitur tanquam instrumento, *non habeat vim operativam ex fide,* aut alia virtute hominis, sed ex ipsa institutione Dei.

*[illegible]us Cardinalis p.53.* Significatio est in Sacramentis Formale.

p.5 Institutio Sacramentorum neque ad Ecclesiam, neque ad Pontificem, neque ad Concilium, neque ad quamcunque creatam potestatem pertinere posse, certissimè adscribitur.

p.231. In Sacramento reperiri tria,

1. Sacramentum tantum.
2. Rem & Sacramentum.
3. Rem Sacramenti tantùm.

Sacramentũ tantum vocant id quod significat, & non significatur.

Rem Sacramenti tantum appellant id, quod solummodo significatur, & non significat.

Denique medium est inter utrumque id quod dicitur tam Sacramentum, quàm res Sacramenti. Et

In Eucharistia

1. Sacramentum tantum, sunt species significantes Christi corpus & sanguinem

2. Res Sacramenti tantùm est *Gratia,* quæ tribuitur ex manducatione.

3. Res & Sacramentum sunt corpus & sanguis, quia hæc uno respectu significant, & altero significantur.

*Alanus* p.23. Propriè sita est definitio Sacramenti in eo, quòd significet gratiam.

p.74. Catholici debemus studiosè cavere ne admittamus *fidem in partem Sacramenti,* aut ut sit causa operativa in Sacramento, &c

p. 40. Verbum promissionis non esse in omni sacramento.

p.21. Res sacra, de qua nos agimus, in ordine ad hominem, dicitur applicaturque ad ejus internam sanctificationem. Itaque Sacramentum debet intelligi signum rei sacræ, sanctificantis hominem.

p. 229. Cum planum sit, Spiritum S. ejusque vim *non esse partem Sacra-*

*Sacramenti*, sed causam principalem, utentem instrumento sacramentali ad regenerationem.

*Alanus* p.192. Fides ministri non requiritur ad Sacramentum, lib.1.cap.56.

*Summa Hostiensis* pag.276. Sic ergò secundum Hugo.. requiritur quòd baptizans intendat baptizare, aliàs nihil agitur.

Alii dicunt, quòd nec intentio baptizantis requiritur, cum sit Sacramentum necessitatis, licet aliud sit in sacramentis, quæ voluntatis sunt, & in hac opinione videtur Grat.1.quæst.1.§.ecce.

*Alanus* p.36. Natura Sacramenti tam significativa, quàm effectiva vis debet propriè pertinere ad suscipientem, non ad ministrum.

P.74. *Fidem ministri* Augustinus nunquam requirit, sicut patet in omni disputatione contra Donatistas.

P.191. *Intentionem mentis internam* non requiri, modò in verbis externis exprimatur mentio Ecclesiæ.

p.326. Neque enim definimus Sacramentorum formas aut materias, intentione ministrorum, sed institutione Christi, ex propria significatione verborum.

*Gerson Tom.*2. de Regulis moralibus 24. de Sacramentis. In omni Sacramento si desit intentio actualis vel habitualis faciendi illud, quod Ecclesia intendit, *nihil agitur*. *b.litera.*

*Balduinus Junius* part.4.p.302. Bertholdus, Bernardus, Constantiensis Episcopus contra fidem orthodoxam, negavit omninò Sacramenta posse confici à schismaticis.

*Augustinus* tom.7. de baptismo contra Donatistas l.3.c.14. Fieri non potest, ut homo integrum habeat Sacramentū & perversam fidem: sicut fieri potest, ut integra teneat verba symboli, & tamen non rectè credat, sive de ipsa Trinitate, sive aliquid aliud.

*Bernhardus* Tom. 2. p.2186. Sacramentum sine re Sacramenti, mors est sumenti: res verò Sacramenti etiam præter Sacramentum vita æterna est accipienti.

*Alanus* p.19. Dubitare videtur, an *Circumcisio fuerit propriè dictum Sacramentum*?

p.19. Divo Thomæ multis modis à doctissimis Theologis resistatur in eo, quod asserit, agnum paschalem esse Sacramentum.

p.139. Ex Chrysostomo ad justitiam *ipsa Circumcisio* nihil conducit.

Irenæo l.4.c.30. per circumcisionem neminem esse justificatum, sed in signum datam populo.

p.22. Quapropter non satis plenè probari potest, agnum paschalem esse S[illegible]ramentum. p.29. alii negant: Alanus ait & concedit esse.

*[illegible]anus Cardinalis* pag.65. Baptismus Johannis non fuit Sacramentum.

## XX.
## De Baptismo.

P*Anormitanus* super tertio Decretal. p.152. Baptismus est janua omnium Sacramentorum, & nobilius cæteris Sacramentis.

*Gregorius Nazianzenus p.621.* Was die Tauff außrichte. Non plenam & integram peccati oppressionem: οὐ παντελῆ τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσιν.

*Origenes* in Jeremiam p.591. antequam crederemus, Diabolus pater noster fuit.

*Iohannes Ferus* in Matthæum l.4. p.389.b. Hujus igitur fœderis signum est Baptismus, quem qui fide accipit, *certus est*, se ad Dei populum pertinere, eoque signo etiam admonetur, quid Deo debeat. Certa autem ratione non aliud signum fœderis instituit, quàm Baptismum, nempè ut per immersionem in aquam sciamus, mortificandum esse veterem hominem, & per emersionem sciamus resurgendum esse nobis in novam vitam. Hæc enim duo in tota vita agere debemus. Ut igitur horum statim in primo ingressu in Christianismum admoneamur, baptismum instituit. Sed age sequentia quoque videbimus. In nomine Patris & Filii & Spiritus S. Hic habes alteram partem Sacramenti, verbum scilicet Dei. Accedit enim verbum ad elementum & fit sacramentum. Cum itaque baptismus, nedum à Deo institutus sit, sed insuper verbum Dei adjunctum & annexum habeat, fieri non potest ut sit infructuosus, imò consequitur, quod aqua baptismatis non simpliciter est aqua, sed aqua, imò sanctificans, non ex sua natura, sed propter verbum annexum. Non igitur est, quod quis dicat, quomodo aqua potest mundare animam? Non vides ecce, quòd non pura aqua est, sed habet secum verbum Dei? Quantæ autem virtutis & efficaciæ sit verbum Dei, ex ipsa prima rerum conditione constat. Habet igitur in baptismo corpus aquam congruentem: habet anima Verbum Dei, quod ipsa capere potest, ut utrumque & corpus

corpus & anima, atque adeò integer & totus homo mundetur, sciamusq; non solùm animam sed etiam corpus nostrum ad Deum pertinere, quandoquidem & ipsi prævidit remedium: observa autem, quod singulariter quidem dicit, in nomine ad designandam essentiæ unitatem: tamen juxta hoc tres personas nominat, ne quis putet unam tantum esse personam in divinis, sicut una tantum est natura, quemadmodum Sabellius dixit. Confertur autem baptismus in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, ut sciamus, non sacerdotem tantum illis operari, sed potius ipsam sanctam Trinitatem, idemque esse & ejusdem valoris, ab homine baptizari, ac si Deus ipse nos baptizaret. Congruè autem in Baptismo, qui est Janua ad Christianismum, singulæ personæ in divinis nominantur, singulæ enim ad salutem nostram cooperatæ sunt: Pater enim creavit, Filius redemit, Spiritus S. sanctificat, &c. Præterea etiam ideò Trinitatis meminit, ut omnes agnoscant, cui salutem suam debeant, undeque pendere totos oporteat.

## XXI.
# De Cœna Domini.

L*udovicus Richeom* de Idololatria l. 2. c. 34. p. 194. Ullus ne locus est in Veteris Novique Testamenti libris ad videndum clarior, ad intelligendum apertior, quàm iste: *Hoc est corpus meum.*

*Johannes Eusebius Nierembergius* Soc. Jesu de adoratione in Spiritu & veritate p. 42. Tentavi flumine lachrymarum abluere illa (*peccata*) sed non nisi *cruor amati mei Jesu lixivium peccatorum est.*

*Alanus* p. 97. Eucharistia propriè non instituitur ad remedium peccati.

p. 229. At corpus (Christi) est pars sacramenti, gratiam instrumentaliter producens.

p. 230. Nam perspicuum est, carnem esse instrumentalem causam in hoc sacramento, cum producat gratiam per contactum superioris naturæ, id est virtute verbi. *Corpus Christi est externum elementum.*

pag. 221. & 224. *Panis nullo modo potest esse materia Sacramenti.*

p. 227. Lanfrancus, constat ex visibili elementorum specie, & invisibili carne & sanguine.

Damasc.l.4. c.14. Panis Communionis non est panis simpliciter, sed *unitus Divinitati, & cibus compositus.*

*Adam Contzen* ait, S. Andream vocasse ἄρτον θεόσωμον.

*Alanus* pag.231. Corpus & sanguis sunt tantùm res significatæ, & non sacramenta significantia. *Species solæ sunt Sacramentum.*

## De Berengario.

Alanus *l.1. p.336. &c.* Sed illud est omnium judicio certum, post 200. annos majori molimine & contentione quàm unquam antea rursum excitatam fuisse à *Berengario*, Presbytero Andegavensi, circa annum Domini 1060. Hic ergò cum hæresin ex libro illius Johannis Scoti, cujus summus fuit admirator, imbibisset, atque animi pertinaciam adjunxisset, clandestinis colloquiis primùm imperitorum animos in suam sententiam traxit, tùm egenos quosque scholares, præsertim Theologiæ Studiosos, quotidiana stipe, cum opulentus esset, ita solli[illegible], ut eorum opera omnis penè Gallia, ac vicinæ gentes eo malo [illegible] diutissimè laborarent. Quem adhuc juvenem D. Fulbertus jam [illegible]turus, Spiritu divino permotus, prædixit futurum veteris disciplinæ & religionis immanem perturbatorem, atque a conspectu suo ut Cac[illegible]moné arceri jubebat. Istum primus admonuit *Adelmannus* Episcopus Brixiensis doctissima epistola ad eum de Eucharistia missa, rogans per Christum & veterem familiaritatem, communisque præceptoris sanctissimam memoriam, ne rebus novis tantoperè studeat, utque desinat sibi & Ecclesiæ matri perniciem parare: obtestaturque ut de Arii, Manichæi, & similium pestium horribili exitu & execrabili memoria pertimescat. At Berengarius his non permotus, sed scelere & superbia inflammatus jam doctissimos quosq; Episcopos ad certamen provocat, de affulgente sibi luce veritatis gloriatur, sanctissimosq; viros Humbertum, Paschasiũ, Lanfrancum errore & stupiditate vulgi teneri clamat: cum ipse artium optimarũ & ignarus & osor adeò importunus fuerit, ut ejus opera in Gallia disciplinæ penè omnes jacerent. Admonitus deinde iterum Hugonis Ligonẽsis, cuj9 auctoritas apud illũ plurimũ põderis habitu[illegible] putabatur, gravissimis consiliiq; ac doctrinę plenis literis, quib9 & ejus opinionẽ potẽter expugnat, & catholicã de prę́sẽtia corporis Christi sententiã prę́clarè con-

confirmat: privatisque & publicis congressibus ab eruditissimis viris sæpè superatus superatus, cum adhuc non desisteret, sed ad schisma & seditionem accenderetur magis, adeo ut jam sibi pulpitum in Ecclesia peculiare valdè eminens & sublimitate conspicuum, unde & hæc nova oracula majori splendore & plebis admiratione funderet, constituerit. parant tum contra eum doctissima scripta Lanfrancus & Guitmundus, ille Cantuariensis in Anglia, hic Adversarius in Apulia Episcopus & paulò post Algerus: quæ adhuc extant omnia, & ita in hoc argumento excellunt, & præcipuè Algeri opus, doctissimi Monachi, ut nesciam, an quidquam possit scribi elegantius, doctius, sanctius. Certè impiam sententiam ita confutant, & realem præsentiam sic convincunt, ut impietatis magister omnibus pravi dogmatis præsidijs destitutus, etiam dicipulis caruisset, nisi homines impij, qui peccatorum potius quàm rationum pondere ruunt præcipites in hæresin, eum adhuc magis magisque insanientem, consectati essent. soli (inquam) scelerati ut auctor est D. Guitmundus in initio 1. lib. de Sacramento, qui nolebant tam sanctam & divinam rem esse in Eucharistiæ communione, quam vel more, vel præcepto Ecclesiæ debebant sæpè percipere, unde terrerentur aut à flagitijs cohiberentur: ut ita Berengarij de sacramento sententia ad scelerum licentiam conficta esse videatur. Ergò cum hunc in modum proficeret in pejus, errans & in errorem mittens, cumque res ad manifestum schisma spectare videretur, delata est ad sedem Apostolicam, ut ibi summa, quæ in terris potest esse auctoritate vel damnaretur, vel probaretur. Damnatur ergo Berengarius de hæresi Sacramentali à septem Ordine Pontificibus, Leone, Victore, Stephano, Benedicto, Nicolao, Alexandro, Gregorio: & ab hoc ultimo (qui Hildebrandus ante Pontificatum vocabatur) Disputatione etiam publica habita Turone, tempore Leonis convictus erat. Nam sub his omnibus Pontificibus vixit, & Ecclesiæ rebellis fuit. Sed nec summo judicio quidquam cedens, etiam in ordinem sanctissimum ita contumeliosus fuit, ut illos non tam Pontifices, quam *pompifices & pulpifices* scurrilis hæreticus appellandos diceret. Deniq; ne extremum quoque remedium ita insanienti hæretico, & præter hæresin Sacramentariam alias quoq; jam contra Baptismum & conjugium cudenti deesse videretur, LEO nonus celebrem Synodum Vercellis congregat, cui ipse præsidet, in qua diligentissimè disputatum est de verbo sacramentali, deque præsentia corpo-

ris & sanguinis Domini. Quò cum vocatus Berengarius venire renuisset, una cum perversa sententia sua, suisque sequacibus omnibus anathemate percussus est. Sed cum adhuc persisteret, & jam in Pontificem & totum Concilium petulanter debaccharetur, mortuo Leone, aliud Concilium Turone, jussu victoris Papæ coit. Cui præsidebat *Hildebrandi* Pontificis Maximi Legatus. Ubi jam præsens auditus Berengarius, cum convictus nihil planè posset respondere, tandem Catholicam Confessionem à Sacro Concilio conceptam complexus est, & jurejurando per sanctam & homousiam Trinitatem se nunquam in posterũ aliter docturũ, publicè promisit. Sed nec inconstantiæ notam, nec Sacramenti præstiti religionem moratus, à conspectu Concilii vix discessit, cum relabitur, partim causatus coactionem, partim ambiguitatem verborũ, partim aliũ sensum, quem sibi sua cogitatione finxerat. Quare cũ indies propagaretur hæresis, & unus homuncio ita insultaret toti Christiano orbi, iterũ Romam vocatur à Nicolao II. ubi hac maximè causa generale Concilium celebratum est 113. Episcoporum. Ibi rursus, cum utrimque disputatum fuisset acriter, aliquot etiam Episcopis totum triduum adversariam sectam defendentibus, tandem cum sua parte Berengarius veritati cessit, ibique coram toto Synodo, præsente Pontifice Nicolao, sua manu libros, quos de hæresi scripserat, cremavit, priusquam juramentum renovavit, & formulam fidei paulò clariùs jam expressam confessus est, quæ & nunc extat de Consid. dist. 2. Ego Berengarius Sed adhuc tertiò relapsus, & jam non tam (ut ita dicam) abjurus, quàm perjurus, quartò & ultimò vocatur Romam ad alterum Concilium à Gregorio Septimo celebratum. Ubi tandem Scripturarum, Conciliorum, Ecclesiarum omnium auctoritate, ratione, ipsoque pudore, & æterni supplicii metu, ingravescente jam ætate, superatus, dicitur verè & ex animo deposuisse hæresin, supplexque à Pontifice petiisse, & obtinuisse veniam, sanctèque promisisse, se omnibus modis laboraturum, ut à se decepti ad fidem mansuetissimæ matris Ecclesiæ revocentur, quo tempore hanc bonam & simplicem formam fidei confessus est: *Ego Berengarius* corde credo & ore confiteor, panem & vinum *converti in veram ac propriam & vivificatricem carnem ac sanguinem* Domini nostri Jesu Christi: & post consecrationem esse verum corpus, quod natum est de virgine, & verum sanguinem Christi, qui de latere effluxit; non tantum per signum & virtutem Sacramenti, sed etiam in pro-

proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ: ſicut in hoc Brevi continetur, & ſicut ego lego, & ſicut vos intelligitis, &c. Denique (ut Gaguinus refert in vita Henrici, & Gulielmus Bibliothecarius Malmesburienſis l.3. de geſtis Anglorum) mortuus eſt pœnitens (quod hæreſiarchæ ulli alii neſcio an unquam accidit) bona ſua in pauperes diſtribuens, ipſoque die Epiphaniæ agens animam, & ex recordatione grandis ſchiſmatis & deceptionis multorum alta ducens ſuſpiria: Hodie, inquit, in die Apparitionis ſuæ apparebit etiam mihi Dominus meus Jeſus Chriſtus, propter pœnitentiam (ut ſpero) ad gloriam, vel propter alios (ut timeo) ad pœnam æternam. Nos jam ſanè credimus, poſt benedictionem illa myſteria eſſe verum corpus & ſanguinem Salvatoris: adducti & veteris Eccleſiæ auctoritate & multis noviter oſtenſis miraculis. *Tantùm Alanus de Berengario.*

*Alanus* pag. 375. Quemadmodum ſi quis igne liquefactam ceram alii ceræ ſimiliter liquefactæ ita miſcuerit, ut unum quid ex utriſque factum videatur: ſic communicatione corporis & ſanguinis Chriſti ipſe in nobis eſt, & nos in ipſo.

*De Ruperto Abbate Tuitienſi Alanus* p. 428. Rupertus in hoc genere fuit cæteris Catholicis *incautior*, errore philoſophico ſe præterea implicans, ut tantum ſignificaretur *accidentalis mutatio*, quæ converſionem ſubſtantialem planè tollit.

*Alanus* p. 282. *Aqua* non eſt de Eſſentia Sacramenti.

P. 305. Sacramentum non primariò in uſu, ſed in conſecratione materiæ conſtituitur.

P. 306. *Sacerdos* legitimè aſſumit in ſe perſonam Chriſti, & ſic ipſa ſola recitatione producit effectum.

*Æneas Silvius* epiſt. 130. p. 133. non pervertit Eccleſia Sacramentum. *Sed ritum mutat.* Quæ ſunt enim de neceſſitate Sacramentorum *immutabilia perſeverant*: quæ circa ritum ſunt, immutare Eccleſia poteſt. Poteſt etiam Eccleſia in adminiſtratione Sacramentorum, aboletis prioribus, novos ritus inducere & ceremonias novas.

*Bellarminus* de Euchariſt. l. 4. c. 13. p. 275. refutat Innocentium III. dicens, tametſi Innocentius III. l. 4. de myſteriis Miſſæ cap. 6. p. 122. b. opinatus ſit, *Chriſtum nullis verbis conſecraſſe*: id tamen communiter refelli ſolet.

*Alba-*

*Alanus* p.316. Chriſtus ipſe creditur, poſt reſurrectionem adminiſtraſſe diſcipulis hoc Sacramentum, & veriſimile eſt, *cum non ita obſervaſſe ipſa verba*, quibus uſus eſt, cum prius inſtituit, ut in nulla particula planè immutaret.

*Alanus* p.220. neque conſecrationem, neque ſumtionem eſſe Sacramentum.

p.281. non omne quod Chriſtus inter conſecrandum obſervavit, neceſſarium ad conſecrationem eſſe judicatur, aut de eſſentia Sacramenti, *imò ne ſi juſſerit quidem.*

P. 41. Hoc Sacramentum perficitur Conſecratione materiæ, & non ſumtione.

P.218. Hæretici prorſus negant, eſſe Sacramentum *ante ſumtionem*; ſed etiam *magni aliqui viri* & valdè docti *Catholici*, qui Sacramentum quidem eſſe volunt *ante* uſum, ſed tamen in alia ſignificatione & acceptione, quàm ut nunc nomen Sacramenti uſurpatur, & ſecundum quam reliqua Sacramenta eſſe dicuntur. Hoc enim ſi daremus tunc Euchariſtia eſſet unum ex 7. Sacramentis proprie dictum *tantum quando ſumitur*, & alias dum reſervatur, nomen Sacramenti impropriè haberet &c.

P. 219. ad marginem. Cætera ſunt Sacramenta in uſu, Euchariſtia *ante uſum*, univocè tamen.

P. 216. Cætera Sacramenta *motu & actione* peraguntur: *Ego te abluo, te ungo, te ſigno, te abſolvo, te accipio.*

Lib. 1. c. 2. p. 213. paucis reſpondemus, Unam tantum ſpeciem habere integram refectionem, ac alios effectus omnes, nō minus ſalutares, quàm ſi utraque ſumeretur: ſed de perfectione ſignificationis externæ, quæ completè reperitur tantùm in utraque forma, *aliquid laicæ communioni deeſſe fatemur.*

I. Zu eſſen haben ſie genug / aber nichts zu trincken. Ita laicus totum Chriſtum, & omnem ſignificantem gratiam recipit in una ſpecie, ſed integrum tamen Sacramentum *non recipit.*

P.228. Ratio ſignificandi eſt prior, amplior, magiſque primaria in ſpecibus, quam in corpore & ſangvine.

*Et: Quod non eſt ſenſibile, non eſt ſacramentū. Et*: rationem ſignificandi potius & prius reperiri in accidentibus, quàm in ſubjectis rebus.

*Alanus* p.435. Communicatio Idiomatum inter ſpecies & corpus.

Cor-

*Corpus Christi esse sensibiliter in Sacramento* p. 438. An corpus Christi sit simpliciter in Sacramento? Paschasius, Victorinus, Baconus Carmelita, Thom. Waldensis, tenent simpliciter, esse *visibiliter in sacramento*, & tota antiquitas sine exceptione.

P. 439. Inter sacramentales formas & rem contentam communicatio Idiomatum constituitur.

*Adam Contzen* in Matthæum p. 513. Nam scriptura nullo loco dicit *esse in pane* corpus suum, nusquam panem esse corpus, quod si diceret, non posset propriè intelligi, cum revera panis non sit propriè, verè, realiter, substantialiter corpus Christi.

P. 514. *Panis* ergo corpus Christi *fit*, de pane, inquit etiam Ambrosius, *fit* caro Christi, non ergo hoc, ex quo *fit*, est corpus Christi.

Panis non est corpus Christi. Nec refert esse *cum* pane, *in* pane, *sub* pane, *circa* panem, quod tamen non concedimus. &c.

*Martinus Peresius* de traditionibus p. 154. Ecclesia habet potestatem *variandi* ea quæ attinent ad sacramenta.

## Communio sub una.

Oratio habita ab *Augustino Baumgartnero*, Oratore Illustrissimi D. Alberti, Ducis Bavariæ, in Concilio Tridentino, sub Pio IV. die 27. Iunij 1562.

A 4. Ripæ 1562. prætereanec pauci homines à nobis deficiunt ad sectarios ob utriusque speciei prohibitionem: cum arbitrentur de comunione utriusq; speciei expressum DEI verbum extare, de una specie nullum reperiri. Huc accedit, quod utriusq; speciei usus non modo in primitiva Ecclesia, sed etiam nunc *in omnibus orientalibus Ecclesiis* frequens est & quidem celeberrimus: quin nec Romana Ecclesia olim ab eodem usu abhorruit, quemadmodum ex varijs diversisque historiarum monumentis edoceri potest.

Nec sanè id parum movet homines, præsertim in Bavaria, quod Paulus III. edita bulla sua concessit Germaniæ Episcopis potestatem communicandi populum sub utraque specie. Quod quidem summi pontificis decretum urgent summi & infimi, Illustrissimumque in eum principem eam ob causam vehementer culpant, quasi (quod absit planè) divinam institutionem contra expressum Dei verbum invideat subditis suis.

A iij b. In proxima visitatione per Bavariam facta, tam frequens

concubinatus repertus fuit, ut vix inter centum vel tres vel quatuor inventi sunt, qui aut manifesti concubinarii non fuerint, clandestina matrimonia non contraxerint, aut uxores palam non duxerint.

*L. Baro ab Herberstein in Moscovia* p. 41. communicant sub utraque specie.

Petitiones Caroli noni, Galliarum Regis Christianissimi nomine factæ ab Illustrissimis oratoribus in Concilio Tridentino. Ripæ 1563.

§. 18. Antiquum illum Leonis & Gelasij decretum de communione sub utraque specie *renovetur*.

Communio sub una specie.

Pugnat cum manifesta & clara institutione Christi, cum expresso Filj Dei mandato in institutione Cœnæ, cum autoritate & praxi Apostolorum, pugnat etiam cum conscientia hominum, cum salute & incolumitate, quæ cum peculiari bibitione sangvinis ad remissionem peccatorum contingere potest.

**Das sollen sie beweisen / daß es Gottes Will sey / daß allein das Fleisch essen zum Leben helffe im Heiligen Abendmahl.**

D. Luther Tom. II. Lat. Jen. p. 558. contra regem Angliæ. Itaque possum dicere corpus Christi sic salvo pane *in* sacramento esse *sicut est ignis in ferro*, salva ferri substantia, & Deus in homine, salva humanitate, utrobique sic mixtis substantiis, ut sua cuique operatio & natura propria maneat, & tamen unum aliquod constituant. Sic dicere, inquam, potero, donec Papistæ hanc similitudinem, non contemtu Thomistico, sed assertione fideli sustulerint.

*Adam Contzen* in Matth. pag. 528. Papa non est autor communionis sub una.

p. 529. *Syrus interpres vertit, cullechun* כלכון *vos omnes.*

*Beatus Rhenanus* ad Tertull. de corona militis 411. Porrò non possumus cælare studiosos antiquitatis Christianæ, laicos olim cannâ haurire Dominicum sangvinem è calice; quod pridem mihi indicavit *Paulus Volzius* Abbas Huccuriensis, vir pius & literatus, erutum ex libro signorum, qui frequens extat apud Benedictinos. Idem nuper reperit in primis Carthusiorum constitutionibus *Conrardus Pellicanus*, homo miræ sanctitatis ac eruditionis, ubi prohibetur, ne quidquam pretiosorum vasorum possideant, præter calicem & fistulam, qua *laici Dominicum exsorbeant sangvinem*.

XXII. De

# XXII.

## De Missa.

IN Centuria decima quinta vixit & scripsit Johannes Hofmeister, cujus verba sunt de Missa p.179.b. Res ipsa clamat apud veteres tam in Græca, quàm in Latina Ecclesia non solum Sacerdotem sacrificantem, sed & reliquos Presbyteros, Diaconos, nec non & reliquam plebem, aut saltem plebis aliquam partem *communicasse: quod quomodo cessaverit*, mirandum est, & ut *bonus ille usus* in Ecclesia *revocetur*, laborandum, imò & à Deo precibus impetrandum est.

De Consecratione dist. 2. Can. 10. Peracta consecratione *omnes* communicent, ex Concilio Toletano.

Im Leben der Durchleuchtigsten Königin Magdalenæ / Ertzhertzogin zu Oesterreich / &c. deß Königlichen Stiffts zu Hall im Innthal Stiffterin. p.265. steht geschrieben. So sagt der H. Ambros. l.4. de Sacramentis c.4. Wann es ein tägliche Speiß ist / warumb niessestu sie nur einmahl im Jahr. Niesse sie alle Tag / damit sie dir täglich nütze. Also stell dein Leben an / daß du täglich erfunden werdest sie zu niessen. Der nicht tauglich ist alle Tag solche zu niessen / wie wird er es würdig seyn im Jahr einmahl? Der ich alle Tag sündige / bin auch täglich der Artzney bedürfftig.

Welcher Meinung auch gewesen alle Patres, so auf dem Concilio zu Trient versamblet gewesen in dem sie gewünschet sess. 22. c. 6. daß die Christglaubigen das Hochheiligste Sacrament bey allen Messen empfiengen.

### Missam esse abominationem.

I. Quicunque filium aut filiam verè sacrificaverit, sine expresso Dei mandato, sine promissione & exemplo, abominatio est Deo, Deut. 12 v. 31. Atqui sacrificuli in Papatu sacrificant non purum & merum hominem, sed unigenitum DEI filium. Ergò abominationem committunt.

II. Qui mentitur, abominationem committit, Psal. 119. Atqui sacrificuli mentiuntur, dum dicunt, se creare corpus Domini, se offerre Christum verè DEO Patri in cœlis: panem in corpus Christi mutari, Christum pro peccatis vivorum & mortuorum offerri. Quæ omnia horrenda sunt mendacia. Abominationem ergò committunt.

III. Impiorum ſacrificium abominatur Dominus Prov. 15. verſ. 8.

Atqui impii ſacrificuli ſacrificium eſt tale.

Dum docent, etiam impium ſacerdotem corpus Chriſti conficere.

IV. Qui avertit aures ſuas ab auditu legis divinæ, illius orationem abominatur Dominus. Atqui ſacrificuli Miſſatici avertunt aures ſuas ab auditu legis divinæ, Ergò.

V. Si ſacrificium & incenſum quod Deus mandavit, ſi corde fiat hypocritico, execratur DEUS, multò magis abominabitur illud ſacrificium, quod DEUS nunquam mandavit, & quod ab impiis Sacerdotibus peragitur: mandata enim DEI ſunt certa & ſecura, humana incerta: Eſa. 1. v. 12. 13.

*D. Luther tom. 4. Lat. Ien.* pag. 174. b. Gregorius autor fuit Miſſæ privatæ, qua nulla unquam fuit major abominatio in Eccleſia N. T.

*Sacerdos eſt creator* ſui creatoris. Prudentius irridet paganos περὶ στεφάνων. P. 144. in hymno de S. Romano.

Furorne ſummus, ultima & dementia eſt, Id, quod creatum eſt, conditorem credere?

Diſcipulus de tempore, ſermone 3. Gabriel Biel lectione 4. ſuper Canonem Miſſæ 1576. p. 21.

## De Tranſſubſtantiatione.

I.

S*I panis* & vinum eſſentialiter in corpus & ſanguinem mutarentur, tum neceſſe eſſet quoties hæc mutatio fieret, panem & vinum noſtrum Salvatorem fieri. Nam Chriſtus revera carne & ſanguine nos redemit à peccato, morte, Diabolo & inferno. Hoc autem abſurdum, panem & vinum fuiſſe noſtrum Salvatorem. Ergò non eſt eſſentialis mutatio.

II.

Si panis verè in corpus Chriſti mutaretur, in cœna Domini, neceſſe eſſet Chriſtum duo habere corpora, unum, quod ex B. Maria Virgine aſſumſit, Luc. 1. alterum ex pane, quod ſæpe aſſumat, quoties in Miſſa ſacerdos ſacrificat & mutat. Hoc autem eſt abſurdum, & contra S. Scripturam, Chriſtum habere duo corpora eſſentialia.

III. Si

III.

*Si* in cœna Domini essentialis fieret mutatio, tum oporteret panem benedictum, esse sacrificium & hostiam pro peccatis totius mundi, Heb. 9. Nulla pura & mera creatura opus redemtionis perficere potuit: nam & corpus & sanguis Jesu Christi id perficere non possent, nisi cum Filio Dei personaliter unita fuissent.

IV.

*Si* panis, ante, in & post celebrationem manet panis, nulla essentialis mutatio fieri potest.

V.

Quod constat duobus membris essentialibus etiam in ipsa celebratione, nullum membrum in aliud essentialiter mutari potest: alioquin non constaret id duobus distinctis membris, sed tantum ex uno. Atqui Cœna Domini constat duobus membris, ex re terrestri, pane & vino, & re cœlesti, corpore & sanguine Christi.

VI.

*Si* in Baptismi sacramento benedicta aqua non mutatur in *S.* Trinitatem essentialiter, tum nec in *S.* Cœna fit mutatio corporis & sanguinis Christi.

VII.

Unio & communicatio non est essentialis mutatio: quod manifestè apparet ex unione & communicatione corporis & animæ in homine. Atqui in Cœna Domini est tantum unio sacramentalis & communicatio, 1. Cor. 10.

VIII.

*Si* in unione personali in Christo nulla fit essentialis mutatio, tum neque fiet in sacramentali unione: nam unio personalis est sublimior, excellentior & in æternum durat: sacramentalis autem non ita sublimis, intima, neque tanto tempore durat, sed tantum quoad actus durat. Atqui in personali unione nulla fit mutatio essentialis. Nam Filius Dei non transsubstantiatur in humanitatem, neque humanitas in divinitatem.

IX.

*Si* panis verè in corpus Christi transsubstantiaretur, tum corpus Christi etiam venenum in se recipere posset & homines occidere, quod de Henrico VII. produnt historici. Atqui hoc absurdum est: corpus Christi posse venenum in se recipere, & homines occidere.

*Alanus* p.358. Si oſtendamus porrò talem eſſe exiſtentiam, ut per eam Chriſtus ſeipſum totum & integrum ſuis portaverit manibus, *ſeipſum ſacrificaverit, ſeipſum comederit.*

Anaſtaſius Sinaita in Bibliotheca Patrum Tom, I.p.282. Chriſtus comedit panem ſanctiſſimi ſui corporis.

Tom.I.Moſes Bar Cepha p.349. Chriſtum quoque corpus *in* pane dediſſe.

Tom.III.p.282. Hildebertus Cœnomon: Epiſc.epiſt.64.buccella intincta porrecta Judæ à Chriſto, *non erat Chriſti corpus.*

Innocentius Papa p.131. de Sacramento Altaris, *Iudam non accepiſſe corpus Domini.*

Bibliotheca Patrum Tom.VI.p.485.ad marginem. *Immolatur* Chriſtus, ſed non occiditur. Ad Stephan. Edven. Epiſc. de Sacramento Altaris.

Panormitan.ſuper tertio Decretal.p.213. Euchariſtia conficitur etiam in pane fermentato, licet ita conficiens, graviter peccet.

Hebr.7.v.24.25. So lang die Würckung deß Opffers Chriſti auff dem Altar deß Creutz vollbracht bleibt/ſo lang iſt kein ander Opffer zu gleicher Würckung von nöthen.

Die Würckung deß Opffers Chriſti/ das iſt/ die Verſühnung für der gantzen Welt Sünd/ wäret jmmerdar/ dann Chriſtus lebet jmmerdar/ daß er für uns bitte/ und mit ſeiner Vorbitt die Verſühnung (ſo er mit ſeinem Todt zu wegen gebracht) uns applicire unnd zueygne. So iſt derowegen kein ander Opffer/ ſonderlich ein Verſühn-Opffer von nöthen.

## CONCORDIA DISCORS Catholicorum.

*An Chriſtus in Miſſa verè & propriè occidatur?*

Duaci 1603.

GUlielmus Alanus Cardinalis de Euchariſtiæ Sacrificio l.2.c.10. p.542. Iſychius l.2.in Levit.c.8.ubi tam apertè mactationem in ſacramento ſtatuit, ut non vereatur dicere, *Chriſtum ſe ipſum occidiſſe*, cum cœnaret cum diſcipulis.

pag.543. Cum paſſio Chriſti ſacris quibuſdam ritibus ſpectanda pro-

proponitur, sed alio, altiori ac nobis inscrutabili modo, verè quoque ac *realiter* geri, ita ut non sit falsum dicere, Christum mori, *occidi*, immolari, animam deponere, frangi, & pati multa (inquit Chrysostomus Homil. 24. in 1. Cor. 10) in sacramento, quæ noluit pati in cruce. Et Gregorius Dialog. l. 4. c. 58. & Homil. 37. in Ev. dicit, Dominum semel mortuum, tamen iterum pro nobis in Mysterio hoc immolari & pati.

p. 543. Apud Catholicos & apud Hæreticos alia quæstio est, an Christus seipsum in cœna im̃olaverit, hoc est (ut nunc loquimur) Missam fecerit? alia, an sacerdos in Missa offerat Christum? cum ex Catholicis nonnulli olim negaverint, vel certè dubitaverint, an Christus ipse perceperit sacramentum, quando instituit, unde & ambigere potuerint, an ipse tum obtulerit, quando aliis præceptum offerendi in institutione sacramenti dedit? sed nunc primùm in Concilio Tridentino apertè determinata res est Sess. 27. cap. 1. ut proinde id denegare hæreticum esse credatur, licet cætera de Missæ sacrificio rectè sentires.

p. 544. Ut existimem (salvo meliori judicio) ex ipso opere non habuisse alium effectum aut majorem virtutem eam Missam, quam Christus fecit in Cœna, quàm hodie cujuslibet sacerdotis sacrum in Ecclesia.

*Cap. XI.* p. 548. Fatemur enim formam sacrificii sitam in mactatione.

Et: ut vel hoc nomine præ omnibus aliis sacrificium Missæ vocetur magis commemorativum ac figurativum, magisque etiam sacrificium.

*Ad marginem*

*Qualis præsentia, talis immolatio.*

Et sic sese habet ad mortem Dominicam, quam Augustinus appellat immolationẽ in semetipso, seu in sua nativa forma, sicut se habet præsentia sacramentalis corporis ad modum existendi ejusdem corporis in sua nativa specie, tamque *vere mactatur & immolatur* in sacramento, quàm est in sacramento.

## Censura.

Hi duo libri de Eucharistia, quia & eruditissimè & orthodoxè per omnia

omnia ſcripti ſunt, tutò & ſumma cum Lectorum utilitate typis excudi poſſe judico.

Ego Thomas Stapletonius S. Theol. Doctor & Profeſſor Regius, Duaci 27. Julii, 1574.

Lovanii 1604. 3. p. q. 73. Art. 4.

Liturgica *Iacobi Ianſſonii* ſacræ ſcripturæ Lovanii Profeſſoris, de ſacrificiis l. 2. c. 13. p. 80. Cum ergò Doctores, inter quos Lombardum ſecutus D. Thomas, dicunt Miſſam appellari ſacrificium, quia eſt commemoratio Dominicæ paſſionis: ſacrificii nomine intelligunt immolationem, quæ ſacrificii certa & peculiaris eſt ſpecies. Cum enim immolare ex uſu & impoſitione non ſignificat quodvis ſacrificare, ſed hoſtiam in ſacrificium occidere, ſive mactare: *in Miſſa verò Chriſtus realiter non occidatur*, Miſſa dicitur inter cætera immolatio, quia eſt immolationis in cruce factæ *memoria ac repræſentatio*.

Cenſura.

Henricus Epiſcopus Ruremundenſis.

Gulielmus Fabricius Noviomagus, Apoſtolicus & Archiducalis librorum cenſor.

Primus Truber in der Vorred deß Newen Teſtaments/an Kayſer Maximil. II. Anno 1562. Dieſe Chriſten in Servia alleſamt/ und ein theil zu end umb Boſnia, ſeyn (wie ſie ſagen) deß Griechiſchen Glaubens/ ſie halten nichts von der Römiſchen Meß/ ſie haben ein beſondere lange Meß in jhrer eygenen gemeinen Syriſchen und Crobatiſchen Sprach/ die ſie nennen Liturgia deß gulden Munds/ und iſt eben die Meß (wie ich ſelbs mit obgemelten Prieſtern auß jhren Meßbüchern/ durch auß/von Wort zu Wort hab conferirt und überſehen) die Eraſmus Roterodamus vor Jahren auß dem Griechiſchen in das Latein verdolmetſcht/ die findet man in dem 5. Tomo deß Johannis Chryſoſtomi, Ertz-Biſchoffs zu Conſtantinopel Büchern am Ende. Sie haben auch ein kürtzere Meß/ ſie halten ſie am Abend der groſſen Feſt/ wann ſie den gantzen Tag gefaſtet/ kommen ſie alsdann am Abend in die Kirchen nüchtern zuſammen/ halten dieſelbige Meß/ und communicirn das Volck. Jhre Kirchen ſeyn in drey Theil abgetheilt. Jn dem obriſte Theil legt der Prieſter ſein Meßgewand an/ ſchneidet auß einem geſäurten Läib Brots das mittel Stück herauß/ ſo mit einem Stern-Zeichen auffgetruckt/ brocket daſſelbig in ein Kelch/ geuſt Wein darauff/

und

und spricht ein Gebet darüber. Darnach geht er im Meßgewand mit dem Kelch und Diacono herab in das ander Theil der Kirchen oder Chor (in dem ist ein grosser Altar/ und hat ein Fürhang/ darinnen sind die Priester und Diaconi allein/ kein Lay) und setzt den Kelch auff den Altar/ da hebt er an sein Meß/ ein weil still/ ein weil laut in gemeiner Syrischer Sprach zu halten. Darunter betet der Diacon die Litaney viermal dem Volck vor/ darauff antwortet jederman in dem vntersten Theil der Kirchen stehend/ HErr erbarm dich unser/ etc. Solches weret lang/ und wann sie ihre Consecration und Meß haben vollbracht (darbey sie ihr Sacrament nicht auffheben noch umtragen) so thut der Diacon oder Helffer den Vmhang von einander/ darauff gehen hinein die communicirn wöllen/ und zuvor gebeicht haben/ denen gibt man auß dem Kelch **mit einem Löffel/ mit einander beyderley Gestalt.** Vnd am Pfingstag/ in der Marter- oder Charwochen/ nehmen jhre Priester von gemelten gesegneten Brot ein Stück/ das behalten sie in einer Scatell oder hültzenen Büchs im Hauß/ oder in der Kirchen/ in einem Behalter/ und wann sie die Krancken Sterbenden mit jhrem Sacrament versehen wöllen/ werffen sie ein Brösamlein von dem gemelten Brot in ein Löffel Wein/ und gebens dem Krancken. Sie tauffen schlecht mit ungesegnetem Wasser/ ohne Saltz/ Staub und Oel.

**D. Luthers Hauß-Postill** Dominica Palmarum. pag. 105. b. Darnach hat der Bapst ein Pflaster auff der Meß gemacht/ das man über allerley Vnglück und Kranckheit hat legen sollen.

Ejusdem **Kirchen-Postill** Evangel. 2. Adventus p. 33.

Aber diß Volck macht auß der Meß ein Opffer und gut Werck/ thut das täglich und unzehlich/ welches doch ist die allergrewlichste Verkehrung die von der Sonnen beschienen ist.

*M. Iohan. Pianeomarius*, præceptor meus p. m.

*Dic uno verbo, quo Missa remissa? profundam*
*Ad styga: namq; ad nos inde ea missa fuit.*

Abrahamus Bzovius ad annum Christi 1399. §. 18. Parochi Valentinæ urbis, quando sacramentum Eucharistiæ infirmis vel aliis porrigerent, interrogant, credis, quòd hæc sacra Eucharistia, quam præ *Tom. 15.*

manibus habeo, *est* Pater, Filius & Spiritus Sanctus, ac respondentibus infirmis, *ita credo*, tunc demum porrigebant.

## XXIII.
## De Scandalo.

D. *Luthers* Hauß-Postill in der 10. Predigt vom Leiden Christi/ p.152.b. Gewißlich ists wahr/wer nicht bey dem Wort bleibt/der wird sich auch deß geringsten Ergernuß nicht können erwehren / das Wort allein muß was erhalten / sonst ists durchauß mit uns verlohren.

*Origenes* in cap. 28. Numer. p. 265. Illud scandalum dicitur, ubi recto itinere ambulanti deceptio aliqua instruitur ad peccandum, & subjicitur causa peccati.

Causam ergò præbere peccati, hoc est scandalizare.

## XXIV.
## De Cruce & Consolationibus.

ORigenes in Cantic. p. 520. cum pati persecutiones & tribulationes permittitur Ecclesia, absens ei videtur. Et rursùm, cum in pace proficit, & in fide ac bonis operibus floret, præsens ei esse intelligitur.

*August. Tom.* 8. *in Psal.* 9. *p.* 44. Prima persecutio Ecclesiæ violenta fuit, cum proscriptionibus, tormentis, cædibus Christiani ad sacrificandum cogerentur. Altera persecutio fraudulenta est, quæ nunc per hujusmodi hæreticos & falsos fratres agitur. Tertia superest per Antichristum ventura: qua nihil est periculosius, quoniam & violenta & fraudulentia erit. Vim habebit in imperio, dolum in miraculis.

*Tertullianus* de cultu fœminarum p. 191. Tempora Christianorum semper & nunc vel maximè, non auro, *sed ferro transiguntur.*

Bellarminus hat kein Creutz gehabt.

In vita Bellarmini l. 7. p. 518. Auget timorem etiam *vitæ meæ perpetua felicitas*, cum sciam, ita comparatos homines esse, ut quos in hac vita prosperitas colit, eos infelicitas plerumque in altera maneat.

D. Luthers Hauß-Postill/ 1. Trinit. p. 58.

Dann das soll kein Christ dencken / wenn es jhm übel geht / daß Gott

Gott darum sein vergessen/ oder jhm feind sey/dann das ist Gottes Art und Weis/ daß er/ wie ein frommer Vatter mit der Ruthen hinder seinen Kindern her ist/ auff daß sie durch solche Straff ermahnet/ von Sünden abgehalten werden/ da sie sonst/wo die Straff nicht were/ sicher seyn/und in Sünden verharren würden.

P.58.b. Dann seine Christen müssen sich doch deß erwegen/ und sie auff Erden mit dem armen Lazaro darben/und allerley Unglück leiden müssen.

D. Luthers Hauß-Postill am Tag Misericordias Domini p.18.

Dann ein Christ muß auff Erden also verdeckt bleiben mit Unglück/ Hertzleid/ Sünd/ und allerley Gebrechen/ und Anstössen/ daß er gehet/ als seye kein Unterschied zwischen jhm und einem Gottlosen. Dann da ist Leben und Sterben/dem äusserlichen Ansehen nach/ gleich/ ja das noch mehr ist/es scheinet/es sey ein Christ ärger dran mit unsern HErrn Gott dann ein Heyd/ dann es gehet jhm ärger/ hat auch mehr Anstöß und Anfechtungen. Aber laß dichs nicht jrren/sondern denck daran/was dein Hirt sagt/ ich kenne meine Schaaff.

*Chrysost.* Ducæi in 8. p.65. Aurifex donec aurum benè purgatum viderit, de conflatorio non extrahit: sic & Deus non abducit hanc *nubem*, donec nos penitus emendaverit.

## XXV.
## De Invocatione Dei.

D. Luthers Hauß-Postill/ am 3. Sontag nach Epiphan. p.62.b. Wie dann allweg bey einander ist/ wer recht glaubet der betet recht: Wer nicht recht glaubt/der kan nicht recht beten.

Haußpostill/ am Tag Esto mihi p. 87. Beten/ und nicht glauben/ heist unsers HErrn Gott spotten. Der Glaub aber steht allein auff dem/ daß Gott umb Christi seines Sohns und unsers HErrn willen/ uns gnädig seyn/ erhören/ schützen/ retten unnd selig machen werde.

*Origenes* in Ezechiel. p.633. Nemo nostrum confidat in justo patre, in matre sancta, in fratribus castis. Beatus homo qui spem habet

in semetipso & in via recta. Ad eos autem *qui in sanctis fiduciam habent*, non incongruè proferimus exemplum: maledictus homo, qui spem habet in homine: Et illud, nolite confidere in hominibus, &c.

*Onuphrius Panvinius* de basilicis Romanis. p. 237. de S. Maria Eugenius III.

*Es via, vita, salus, totius gloria mundi,*
*Da veniam culpis Virgo Maria meis.*

**Wann einer will von der Jungfrawen Maria erhört werden/so muß er jhr Christum mit Gewalt nemen.**

*Biderman.* Epigram. l. 3. p. 153. Mater, ut filium bello captum recuperet, Beatissimæ Virgini suum ex ulnis Filium surripit.

*Captivos traherent cum vincula barbara cives,*
*Et nexos promovet servo catasta pedes:*
*Appendix ibat miseræ puer ultima prædæ*
*Indocilis rapta Matre carere puer.*
*Irruit ergò parens in Magnæ templa parentis,*
*Orbaq; cœlestem Virginis orat opem.*
*Da bona mater, ait, soboles ut capta parentem.*
*Et sobolem captam possit habere Parens.*
*Has ubi Virgo diu neglexit surda querelas,*
*Fœmina victrices repperit orba preces:*
*Fortè videns positam cœlatæ Virginis aram,*
*Et puerum in charo Virginis esse sinu:*
*Hunc, ait, invitæ puerum rape fœmina Matri;*
*Hic meus erepti pignoris obses erit.*
*Mox rapitur, raptusq; cavâ puer abditur arcâ,*
*Et locuples cautâ clauditur Arca serâ.*
*Hic ubi Virgo orbos vidit spoliata lacertos,*
*Et vacuas chara prole manere manus.*
*Denique jam Matri parere coacta, repente*
*Carceris occlusas jussit hiare fores.*
*Et, puer, inquit, abi, querulamq; revise parentem,*
*Discat uti gremio reddere furta meo.*
*Nuda tuæ posthac genitrici vota negabo,*
*Artem qua cogat me tua Mater habet.*

XXVI.

## XXVI.
# De Votis Monasticis.

BIbliothec. Patrum Tom.11. p.202. Antiochus. *Monachatus est vita Angelica.*

*Origenes* Tom. 2. in Matth. p.178. Instruimur ut nunquam sine consideratione aliquid promittamus super habitudinem nostram humanam, quasi qui valeamus Christi implere confessionem ex nobis, aut aliquid præceptorum DEI, &c.

*Chrysost.* in N. T. p.496. Monachi prandium *penitus ignorant.*

Bernhard. tom.1 p.1624. Disciplina Monasterialis *secundum baptisma* nuncupatur.

*Æneas Silvius* Epist.410 p.555. In religiosis domibus *angelica ducitur vita.*

*Papirius Massonus* in Greg 7. p.186. b. *soli Sacerdotes Germani ut vinum, ita uxores dimittere nolebant.*

*Panormitan.* super tertio Decret. p.178. Episcopus dispensat circa omne votum, regulariter.

Basilius M. pag. 255. potissimùm debet se Monachus abstinere *à vini* usu.

Panormit. super tertio Decret. p.175. b. & 181.b. Papa potest ex aliqua magna causa dispensare, quòd Monialis possit contrahere matrimonium. Papa potest ex causa dispensare contra votum continentiæ: at alius citra Papam, non potest dispensare.

Panorm. Tom.2. p.46. crimen fornicationis est dignum depositione in existente in sacris.

Panormit. super quarto Decretalium p. 33.b. *Clericus hodie non deponitur, sicut olim, ex fornicatione,* & simplici peccato mortali.

*Panormit.* super quartò Decretal. pag.39.b. Concubinatus de Jure Canonico est omninò damnatus, & magis prohibetur, quàm simplex fornicatio.

**Sendbrieff deß Wohlgebornen vnd Edlen Herren / Johannsen Herren zu Schwartzenberg / an Bischoff zu Bamberg außgangen / darinner Vrsachen anzeigt / wie vnd warumb er sein Tochter / auß dem**

Kloster daselbst (zum heiligen Grab genannt) hinweg geführt/ vnd wieder vnter sein Vätterlichen Schutz vnd Oberhand zu sich genommen hab.

Dem Hochwürdigen Fürsten vnd Herren/ Herren Weiganden/ Bischoff zu Bamberg/ meinem Gnädigen Herrn.

HOchwürdiger Fürst vnd Herr/ Ewer Fürstlichen Gnaden seyn zuvor mein vnterthänig willig Dienst. Gnädiger Herr/ nachdem vor zwantzig Jahren/ meiner jüngsten Tochter eine/ die der Zeit zwischen 13. vnd 14. Jahren ihres Alters gewest/ ehe als ich sie dahin gewiesen/ auch noch viel weniger darzu bedrangt/ in ein Jungfraw-Kloster begehrt/ ohn Zweiffel keines andern Willens/ dann daß sie vermeint/ GOtt dem Allmächtigen darin gefälliger/ weder im Ehelichen Stand (der jhr sonsten vorstund) zu dienen/ vnd derhalben das Jungfraw-Kloster bey Ewrer Fürstlichen Gnaden Statt Bamberg (zum Heiligen Grab genannt) erwehlt/ vnd dieweil denn der Zeit der rechte lautere wahre Grund Göttliches Worts/ so lange Zeit vntertruckt gewest/ daß ich den daneben eingeführten/ gleissenden Phariseischen Schein Klösterlichs Lebens (wie sonsten damahls viel Leut) für Göttlich gehalten/ vnd nicht anderst gewust/ wo ich sie daran verhindert/ daß ich damit wider GOtt/ vnd der Seelen Heil thäte. hab ich jhr darzu geholffen: vnd sie mich bey vier hundert Gülden/ in solch Kloster zu bringen/ gekostet. (wie dann gar selten eine ohne ein vergewiessert Gelt/ in diesem vnd anderen dergleichen Klöstern angenommen wird.) Es hat sich auch dieselbig mein Tochter/ in gemeltem Kloster dermassen so wol gehalten/ daß sie folgends Priorin erwehlt worden/ wie Ewren Fürstlichen Gnaden vnverborgen ist. Aber über etlich Jahr darnach/ da ich noch zu Bamberg Hofmeister war/ hab ich der Prediger Mönch halber (vnter deren Gehorsamb diese arme Kloster Jungfrawen seyn müssen) etliche vngöttliche Ding erfahren vnd erfunden/ die ich jetzo im besten zu melden/ vnterlasse/ das dann Ewer Fürstl. Gnaden nechster Vorfahr Bischoff Georg Sel. vnd Löbl. Gedächtnus/ als ein frommer Christlicher Fürst/ nicht wenig mißfallens gehabt/ vnd derenthalben schrifftlich vnd mündlich gehandelt/ dergleichen ich auch gethan. Aber bey jhnen verächtlich vnd vnverträglich gewest/ wie zum Theil etliche der alten geheimen Räthe/ so noch bey Ewer Fürstl. Gnaden sind/ auch etliche ehrbare Bürger

ger in der Statt/ wissen mögen. Darumb ich seit der Zeit/ stätige Anfechtung gehabt/ daß mein vnd andere vnschuldige Töchter/ vnter solcher der Mönchen vngöttlichem Tyrannischem Gewalt seyn sollen/ vnd doch in Zweiffel gestanden/ ob ich solches in Besserung wenden könte/ biß anjetzo GOtt der HErr das Liecht seines Göttlichen Worts/ vns armen Christen-Menschen/ so gnädiglich/ hell vnd klar/ widerumb herfür scheinen läst/ hat mir dieselbig mein Tochter geklagt/ daß ihr vnd ihren Convent-Schwestern durch die gedachte Mönch/ das reine/ lautere/ ewig vnd vnüberwindliche Wort GOttes/ dardurch wir allein selig werden müssen/ zu lesen vnd zu hören/ versperret/ vnd anderst nichts/ dann allein mit ihren eingemischten verkehrten vnd verführlichen Menschen Gesätzen zu hören vnd zu lesen/ zugelassen/ vnd daß sie in etlichen Evangelischen Büchern (die ich ihr in solcher Höllischen Gefängnuß/ vmb Behaltung ihrer Seelen willen geschickt) so viel offentliches Grunds erfunden/ daß nicht allein sie zu vielerley in Göttlicher Schrifft verworffen/ vnd zum Theil öffentlichen Göttlichen Gebotten/ vnd widerwertigen Menschen-Gesätzen (als solten die zur Seligkeit noht seyn) von den Mönchen bedrangt worden sind/ sondern daß sie als Priorin/ andere Convent-Schwestern auch darzu hab halten vnd nöthen/ vnd also durch der Mönch Tyranney öffentlich wider GOtt vnd sein einig seligmachendes Wort (darzu oder davon nichts gethan werden sol) täglich vnd stätig/ zu Verdammung ihrer Seelen/ handlen müssen/ vnd wiewol sie auß dem/ daß sie solchen Klösterlichen Stand/ ohne meine Vervrsachung angenommen/ gewust/ hat sie bey mir vmb Erledigung desselben nicht begehren dörffen/ als ich aber so viel Grund erfahren vnd gewust/ daß dieselbig mein Tochter/ durch die Mönch vnd ihr Reguln dahin benöthigt vnd betrangt/ daß sie nicht Gott vnserm Schöpffer vnd Erlöser/ sondern dem Baal hat dienen müssen/ vnd dabey bedacht/ weß ich nicht allein auß natürlicher vätterlicher/ sondern vielmehr Christlicher Lieb/ vor GOtt schuldig/ vnd verpflicht bin/ auch so viel wissens gehabt wo ich gleich solches Ewer Fürstl. Gnaden (als ihrem ordentlichen Bischöff) klaget/ daß die Mönch in diesen Fällen vmb Ewer Fürstl. Gnaden weniger/ als vmb Ewer Gnaden Verfahren (bey dem ich dergleichen wohl gesehen) geben würden. Bin ich vervrsacht vnd bewogen worden/ vnangesehen/ daß ich wol erachten kan/ wie etliche auß Gottlosigkeit (die ich nicht hoch erwege)

aber

aber dabey auch andere auß dem / das sie noch durch das offentliche Wort GOttes nicht erleucht/ mir vnd meiner Tochter/ solches zum ärgsten außlegen werden/vnd da es mir/in mehr denn einem Weg viel zeitliches Schadens gebären mag / ja selbst so viel angezeigt / wo sie allein vmb Göttliches Lobs / vnd jhrer Seelen Seeligkeit willen / **von diesem Tyrannischen Stand** der Mönch / Erledigung begehren/ wolt ich jhr als der Vatter darzu helffen/ daß sie nach vielerley sorgfältiger Bewegung ( die von einem Weibs-Bild zu hören ) beschließlich dermassen angenommen / daß sie GOtt mehr weder die Menschen/ vnd alle zeitliche Anfechtung / die sie derhalben zugewarten nicht vergessen / gehorsamb seyn wölle. Darauff ich sie im Nahmen deß Allmächtigen GOttes / durch eine jhrer leiblichen Schwester / mit etlichen andern/ die ich jhr zuverordnet / auß angezeigter Tyrannischen Teuffelischen Mönnichsen Gefängnuß hab holen vnd fuhren lassen / biß ich sie nach dem Willen GOttes weiter versorgen möge/ vnd nach dem dann das gemeldte Kloster Ewer Fürstl. Gnaden rc. verwandt ist/ zeig ich das demselbigen Ewer Fürstl. Gnaden gantz vnterthäniger Meynung an/ damit Ewer Fürstl. Gnaden nicht gedöchten/ daß es anderer Gestalt/vnd ärgerer Meynung geschehen wäre. Der Hoffnung/ Ewer Fürstl. Gnaden / als ein Christlicher Fürst vnd Bischoff werden dessen meinethalb kein Vngefallen / oder Vngnad empfahen. Das wil ich vmb Ewer Fürstl. Gnaden vnterthäniglich verdienen. Datum Sambstag nach Martini. Anno 1524.

**Johannes Herr zu Schwartzenberg.**

## De Magistratu.

ANna *Comnena* apud Johannem Cantacuzenum fol. 798. primatum Hierarchiæ Ecclesiasticæ pendere ab Imperatoribus.

*Doctor Achilles Gassar* in annalibus Augustanis, ad annum 1339. Imperii dignitatem nequaquam à Papa, vel consensu, vel autoritate, sed à solo Electionis beneficio, post Deum proficisci, nec habere in terris superiorem.

*Thuanus* lib. 2. p. 73. Otto Imperator cum Gregorio V. Saxone sobrino suo, posteris æquè damnosa ac ignominiosa pactione transegit, ut qui Rex Romanorum deinceps crearetur, non prius Imperator & Augu-

Auguſtus haberetur, quàm eum Romanus Pontifex inauguraſſet. Ita Romanus Pontifex ab Imperatoribus primus creari aut conſtitui ſolitus, arbitrium ſummi inter Chriſtianos Principatus conſtituendi ad ſe paulatim traxit. an. 997.

*Beſold. in Synopſi* p. 361. de *Henr. Aucupe* Imp. Quedlinburgi ſepulto. Defunctus eſt rerum Dominus & regum maximus Europæ, omni virtute animi & corporis nulli ſecundus, reliquens filium ſibi illi maiorem, filioque magnum latumque Imperium, non à patribus ſibi relictum, ſed per ſemetipſum acquiſitum, *& à ſolo Deo conceſſum*. p. 386. Cives Romani denuò *jurarunt*, in creando Papa nihil niſi de Cæſaris arbitrio ſe facturos. p. 387. Politici nonnulli volunt Imperatoribus ſive Regibus non temporalia tantum, ſed & ſpiritualia eſſe ſubjecta.]

*Balduinus Iunius* part. 4. p. 417. ad ann. 1157. Diſcordia inter Imperatorem Fridericum & Hadrianum IV. Imperium urbis & regnum Italicum donatione Pontificum Reges Germaniæ poſſidere.

Circulares literæ, ſe per lectionem Principum *à ſolo Deo* regnum & Imperium tenere, & quicunque aſſereret ipſum (*Fridericum*) coronam Imperialem pro beneficio Papæ ſuſcepiſſe, mendacij reum eſſe, denique ſe mortis pericula ante velle incurrere, quàm tantæ confuſionis opprobrium ſuſtinere.

*Balduinus Iunius* part. 4. p. 65. Cives Romani Ottonem in urbem (Romam) ſuſcipiunt, & fidelitatem promittunt, juramento firmantes nunquam ſe Papam electuros aut ordinaturos, præter conſenſum atque electionem Domini Imperatoris Ottonis Cæſaris Auguſti, filijque ipſius Ottonis regis.

Idem part. 4. p. 204. in Henrico II. Legatio Romanorum in Germaniam: Petierunt (Romani) Pontificem ab eo dari.

*Panormitanus* tom. 1. pag. 154. b. Imperator cognoſcit Imperium à Papa.

*Æneas Sylv.* epiſt. 24. p. 22. *Cæſarea poteſtas nulli in temporalib. ſubeſt.* *Imperator* dicitur Dominus orbis, Panormit. in Conſilijs p. 64.

*Driedo l. 2. de liber. Eccl. c. 2.* Chriſtus, inquit, utriuſq; poteſtatis officina diſcrevit, ut una divinis & ſpiritualibus rebus atq; perſonis, altera profanis & mundanis præſideret: *& max.* En planè vides Chriſtum diſcreviſſe utriuſq; poteſtatis officia. Diſtinctio igitur Eccleſiaſticæ poteſtatis papalis à poteſtate ſeculari ac Imperiali eſt de jure divino facta. *& poſt* NB.

*eodem capite.* unde Papa & Imperator sunt in Ecclesia non tanquam duo rectores summi; inter se divisi, quorum neuter alterum cognoscit, aut veneratur tanquam superiorem (nam hic illum in spiritualibus, hunc ille in temporalibus recognoscere ac venerari tanquam superiorem debet, & secundum antiquam glossam in Can. Hadrianus. 63. distinct. quemadmodum ille huic in spiritualibus, ita hic illi in temporalibus pater est) quia regnum sic contra se divisum desolabitur. Neque item sunt tanquam duo judices subordinati, sic ut alter suam jurisdictionem accipiat ab altero. Sed sunt tanquam *Rectores duo*, qui sunt unius Dei ministri, diversis officijs deputati, ita ut Imperator præsit secularibus causis & personis ad pacificum convictum hujus seculi: Papa verò, (ex sententia Driedonis) præsit spiritualibus ad lucrum Christianæ fidei & charitatis.

Balduinus Junius part. 4. p. 235. juxta sanctorum Patrum canonicas sanctiones, *nihil penitus esse concessum* sive permissum Regibus in electionem Romanorum Pontificum. an. 1064. Alex. II.

*Papirius Massonus* Tom. 1. in Sergio IV. p. 172. b. Huic Sergio visum & Cardinalibus Principibusque viris urbis Romæ Imperium Germanicæ genti tribuere, quod ea natio, afflicta Hispania Galliaque, ad nos reges recens translata, omnium Europæ provinciarum *potentissima* videretur, decretumque ut inposterum *dignissimus tantum eligeretur*, & quem Romana Ecclesia probaret: Electionem verò in Septemviros ejusdem gentis contulere. &c.

*Bellarminus l. 5. de Rom. Pontif. c. 3.* Nota, inquit, quemadmodum non est idem sidus Sol & Luna, & sicut Lunam non instituit Sol, sed Deus: ita quoque non esse idem Pontificatum & Imperium, nec unum ab alio *absolutè pendere*.

*Cap. Solitæ de majorib. & obed.*

Sunt quidem Sol & Luna duo luminaria magna, quæ Pontifex Innocentius per allegoriam interpretatur duas dignitates, quæ sunt Pontificalis autoritas & regalis potestas, & illam Soli, hanc Lunæ comparat.

Quemadmodum Luna non minus Luna est, nec minus per se consistit tunc, cum à Sole recedit, & mutuatum ab eo lumen errans amittit, quàm cum ejus radijs pleno orbe atque aspectu illustratur, & neutro casu aut hæc ab illo, aut ille ab hac dependet: sed ambo institutionis suæ, ex mente Pontificiorum, Ordinem & modum tenentes Deo mundoque deserviunt, sic etiam potestas Regalis sive politica, proprijs subnixa viribus

bus per ſe ſemper conſiſtit: & licet magnum quidem lumen ab bene beatèque vivendum à Pontificali & ſpirituali poteſtate accipiat, tamen ejus neque acceſſus neque receſſus ulla ex parte in ſua οὐσίᾳ ſive eſſentia mutatur, minuitur vel augetur, multoque minus advenienti ſubijcitur.

Carolus Sigonius de Occidentali imperio l. 8. p. 2[illegible]. Athanaricus Rex Tervingorum ad Theodoſium Imp. dixit: *Deus profectò terrenus ipſe eſt Romanus Imperator*; quiſquis adverſus eum manum ſuſtulerit, ipſe ſui ſangvinis reus erit.

P. 206. Ambroſius ad Valentinianum, in cauſſa fidei Epiſcopos ſolere de Imperatoribus Chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis judicare.

*Beſoldus* p. 431. de Frider. Barbaroſſa, ſe per electionem principum *à ſolo Deo* regnum & imperium tenere. &c.

*Andreas Brunner in excubijs tutelaribus p.* 290.: Deſperatio obtinendæ æquitatis Septemviros ad Senatusconſultum condendum excitavit (Ludovicum IV. Imperatorem) quo ſtatueretur, Imperium Romanum ſacroſanctum, & proprium Dei munus nulli hominum eſſe obnoxium. Septemviralibus Comitijs ritè electum Regem Cæſaremque jure quoq; optimo eſſe Romani Pontificis approbationem, conſenſum, confirmationemque, ut pompas arbitrarias ad ſummam rei & conciliationem Majeſtatis *non pertinere*.

*Brunner part 3. Hiſtor. pag.* 393. Hoſtes Imperij declarantur, quicumq; Imperij Inſignia beneficium Pontificum appellaſſent.

*Nicolaus de Cuſa lib. 3. Concord. Cathol. p. 55. Imperatorem facit conſenſus Eligentium, non Papa.*

*Carolus Ipſo* in μνημοσύνῳ Caroli III. Ducis Lotharingæ p. 191. Denique cum de electione Regis Romani per tot annos ceptum eſſet agi, atque ſacri Imperij conſtitutiones ex eadem familia quanquam optimè de imperio merita, ſex ultra conſequenter aſſumi caverent, ipſe autem magnis neceſſitudinis & amicitiæ vinculis cum ſacri Imperij Electoribus eſſet conjunctus, famâque ſupra cæteros Germani Principes notus, tamen de tanti Imperij majeſtate prenſanda, ne ſomniavit quidem aut cogitavit unquam.

## XXVII.

## De Magiſtratu.

MAriale Bernhardini de Buſti, Brix. p. 56. ex Panormitano. Papa non poteſt ſe ſubjicere jurisdictioni Imperatoris, quia cederet in præjudicium ſummi Apoſtolatus, & ignominia irrogaretur Deo, ſi Vicarius ejus eſſet ſubjectus ſeculari.

*Auguſtinus Tom. 9. de Paſtoribus* p. 738. Rectè ergò faciunt Imperatores Catholici, *qui vos cogunt ad unitatem*.

Βασιλικῶν lib. 2. p. 26. Leges generales etiam contra principem valeant, & omnis illegitima rejiciatur exceptio.

Βασιλικῶν lib. 2. tit. 6. c. 1. p. 27. *imperator legibus non tenetur*. ὁ βασιλεὺς τοῖς νόμοις ἐχ ὑπόκειται;

Æneas Silvius epiſt. 189. p. 346. Rex Romanorum (ut dicitis & Veritas eſt) totius Chriſtianitatis caput.

*Gulielmus Barclaius* de poteſtate Papæ in principes Chriſtianos p. 94. Nam inprimis, quid ei magis contrarium, quàm quòd tota antiquitas Chriſtiana ſemper cenſuit, Reges ſolo Deo minores eſſe, ſolum Deum judicem habere, nullis legibus humanis ſubjici, nullisque pœnis temporalibus plecti, vel coërceri poſſe, ac proinde, quod juris autores dixerunt, *Princeps legibus ſolutus eſt*, id Græci de Legibus pœnalibus præcipuè intelligunt ἤγυν ἁμαρτὴσας, ἐ κολάσεται. ideſt videlicet, ſi quid delinquat, non punitur.

Böſe Fürſten werden ſelten fromb, Iſidor. Sentent. l. 3. c. 51. Difficile eſt Principem regredi ad melius, ſi fuerit vitijs implicatus.

Antimornæus Coquit part. 2. p. 187. Imperatoris nomen à Pontifice accipiendum.

Vacante Imperio Pontifex poteſt, quidquid Imperator p. 193. Eccleſia eſt ſupra imperium.

P. 201. Pontifex Catholicis eſt vicarius Chriſti tantum in Eccleſia militante.

Pontifex Jurisdictione ſuperior angelis.

Poſſe verò excommunicare angelos, *nullus noſtrum dicit*.

Quo loco docent, *Papam angelis mandare*, ut animas in paradiſum transferant, aut dæmonibus, ut easdem in vim indulgentiarum ſuarum

ex purgatorio & inferno retrahant? hæc *fortè* Morneus *canonistis* obtundit p.318. Papa *citra blasphemiam princeps totius mundi.*

Bellarminus contra Barclaium pag.10.

Papæ & Christi est unum tribunal. Restaurans Castaldus in lib. de Imperatore quæst. 81.

Antimorneus part.2.p.167.neque dicimus in omnibus actionibus suis dirigi à Spiritu S.(Pontifices).

**D. Lucher** in der Außlegung deß Evangelii Oculi, p.96.b. Aber es hat die Meinung nicht/wann mann sagt/weltliche Obrigkeit soll man ehren/ sie nicht schelten / noch ihr übel nachreden/ als solte darumb weltliche Obrigkeit vber Gott vnd sein Wort seyn/sondern sie sollen eben so wol vnter Gott vnd sein Wort seyn / als ihre Vnterthanen/vnd ihm gehorchen. Thun sie es nicht / so sol **man ihnen den Beltz so wol waschen**/vnd den Mund redlich auffthun/vnd sagen/was sie nicht gerne hören / vnd sol gar nichts darnach fragen / ob sie darumb zürnen oder lachen. Dan das Evangelium sol keines Menschen/er sey so hoch er wölle/schonen/sondern an jedermann das Vnrecht straffen.

D. Luthers Hauspostill/in der 3. Predigt vom Leiden Christi p.128. b. Im fall aber / daß die Obrigkeit auff dein Ansuchung/ nichts darzu thun/vnd dir zu deinem rechten nicht helffen wolt/als dann heist es leide es gedultiglich / vnnd hüte dich für einiger Rach / sonst würdestu dein Recht für Gott vnd Menschen zum Vnrecht machen.

In der 6. Predigt p. 137. Die weltliche Obrigkeit hat ohne daß die Vnart gemeiniglich an ihr/ daß sie sich umb Gottes Reich vnd Religion nicht fast noch sonderlich bekümmern.

*Paulus Laiman* in Theologia morali p.205. *libertas religionis* hæreticis permissa, multoque magis promissâ, adeo perniciosa est saluti animarum atque cuivis Reipubl. quippè quæ sine consensione fidei ac religionis diu in pace consistere ac conservari non potest: ut talis *fidei libertas* inter mala maxima numerari debeat, ideoque Catholicis principibus rectè omnia considerantibus, aliquod gravius videri possit, cujus vitandi causa hæreticis subditis suis libertatem exercitij religionis promittere, aut juramento confirmare liceat, præsertim cum ejusmodi *pactio* cum hæreticis semel inita posteà omnino servanda sit.

## XXVIII.

# De Conjugio & Cœlibatu Sacerdotum.

THuanus ad annum Christi 1548.p.227. Coloniensis quidem, cum postea Formulam per diœcesin publicaret, facto decreto, matrimonia sacerdotum, jam contracta, *rescidit* atque *incesta* pronunciavit, liberosque ex ipsis susceptos, *spurios esse jussit.*

Cardinalis Sfrondatus: inauditum esse, ut Presbyter ordinatus uxorem duceret, & sacrum officium administrare possit.

H 1.b. *Cornelius Agrippa* in defens. propos. Siccine Monialis illa convenientissimè incestum commisit, quia produxit tria illa lumina vestra, Magistrum sententiarum, Magistrum historiarum, & Compilatorem Decretorum.

*In Æthiopia sacerdotes sunt uxorati,* August. Tom.10. ad fratres in Eremo.p.967.

*Henricus Cornelius Agrippa* in querela super calumniam M.1.b. Ipse Valentinianus, Christianus Imperator, duas simul duxit uxores, etiam lege sanxit & publica constitutione indulsit, ut quicunque vellet, *Duas simul habere* posset uxores.

*Barclajus* de Papæ potestate temporali p.224. Forma matrimonii consistit in individua animorum conjunctione & consensus declaratione, qua se invicem alter alteri mutuò tradunt.

*Origenes* in cap.11. Numer. p.194. Connubia quidem legitima carent peccato, nec tamen tempore illo, quo conjugales actus geruntur, præsentia Sancti Spiritus dabitur, etiamsi propheta esse videatur, qui officio generationis obsequitur.

Origenes in c.28. Numer. p.259. certum est, quia *impeditur sacrificium indesinens* iis, qui conjugalibus necessitatibus serviunt.

*Theodoretus* Græcar. affect. serm. 3. pag.53. Legitima corporum commixtio, animum à rebus divinis *abducit.* Τῶν σωμάτων ἔννομον κοινωνίαν, ὡς τῶν θείων ἀφέλκουσαν.

*Barclajus* de potestate Papæ temporali p.230. At (matrimonium) jure contractum distrahere & ejus vinculum dirimere, nulla neque Ecclesiæ, neque Papæ constitutio potest, alioqui malè Apostolus, mulier alligata est, 1. Cor. 7. legi, quãto tẽpore vir ejus vivit, quòd si dormierit vir

ejus

ejus, liberata est, malè inquam mortis tantùm mentionem fecit, si alio modo, per constitutiones scilicet Pontificias soluto matrimonio liberari possit.

*Salvianus* de gubernatione Dei l.8 p.297. Uxorem, inquit Socratès, propriam nullus habeat. *Matrimonia enim cunctis debent esse communia.* Sic namque major esset concordia civitatum, si omnes viri fœminis sine discretione omnibus misceantur, & omnes fœminæ se omnibus viris sine discretione substernant: ac sic fiant omnes viri omnium mulierum mariti, omnes fœminæ virorum omnium uxores.

*Conradus Rittershusius* ad Salvianum pag.337. In Jure Pontificio (quod non injuria mirere) Adulterium inter leviora delicta numeratur, id quòd ejus Juris Interpres doctissimus *Iacobus Cujacius* reprehendit in Recitat. posthumis ad c. 4. At si clerici, §. de adulteriis verò & aliis criminibus quæ sunt minora &. ext. de Judic.

*Adulteria inter minora crimina referuntur*, Decretal. Gregorii lib. 2. de Judiciis tit.1. c.4. p.523. At si Clerici. De adulteriis verò & aliis criminibus, quæ sunt minora, potest Episcopus cum Clericis dispensare.

Panormitanus super quarto Decretalium p.8.b. Fornicatio est à jure divino prohibita, & peccatum mortale.

Super quinto Decretal. p. 54. Secundæ nuptiæ *non benedicuntur*, & benedicens puniendus est.

*Perpinianus orat.*3. de Rege Lusitaniæ marito B. Elisabethæ. Rex communi ætatis illius errore paulatim deflexit de recta regione, spretaque regione devinctus aliarum consuetudine tenebatur. Ist ein Adulter worden / das heist der Jesuiter paululum deflectere de recta regione, &c.

Destructio Cabalæ seu Cabalisticæ perfidiæ ab Johanne Reuchlin, *Iacob Hochstraten.* — *Coloniæ* 1519.

Divus Thomas prægnantissimas affert rationes, quibus persuasum eunt fornicationis damnabilitatem, veluti mortalis peccati. Alii autem (inter quos præcipuus est neotericus quidem *Martinus de Magistris*) eas rationes labefactare contendunt. — *Parisiens.*

*Alphonsus à Castro* adversus hæreses l.4. de coitu p.131 b. Græci tamen (ut Guido illis impingit) dicunt, simplicem fornicationem non esse peccatum. Martinus de Magistris in suo libro de Temperantia quæst. 2. de luxuria, dicit, se fateri fornicationem simplicem esse peccatū mortale: tamen dicit insuper, quòd oppositum credere, non sit hæreticum,

quia

quia (ut dicit) scripturæ sacræ non sunt expressæ: quoniam etsi in pluribus locis prohibeatur fornicatio, tamen possunt dicta illa interpretari, quòd nomen fornicationis sumitur generaliter pro luxuria, in communi, &c.

*August. Tom.*10. Serm. de verbis Apost. 4. p. 179. Quis aliquando ad Judicem ductus est, quia meretricis lupanar intravit?

*In Tractatu tractatuum* Tom. XI. p. 169. b. Bermondus Choveronius Cæsarei Pontificiique Juris D. de publicis Concubinariis. *Fornicatio simplex est de levioribus & minoribus delictis*: Ideò Episcopus dispensare potest.

Possevinus in Moscovia p. 43. Errant Græci, cum dicunt, simplicem fornicationem non esse peccatum.

*Panormitanus* Tom. 2. p. 143. Adulterii pœna hodie non est pœna mortis.

*Ferdinandus Vellosillus* in Advertentiis S. Ambrosii. p. 210. Martinus de Magistris tractatu de temperantia q. 2. tenet sententiam contrariam S. Thomæ, cujus potissimum fundamentum est, quòd fornicatio simplex *natura sua non est mala*, neq; peccatū mortale & ob id tantùm est mala, quia prohibita, nempe Deut. 23. non erit meretrix ex filiabus Israel. Et lege Evangelica ad Ephes. 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus non habebit hæreditatem in regno Christi & Dei. Eandem sententiam sustinet *Durandus* 4. Sentent. dist. 33. quæst. 2. nempe quod seclusa divina & humana lege, simplex fornicatio de se & ex natura sua *non est peccatum mortale*: ratio ejus est, quia peccatum mortale dicitur, quia meretur mortem temporalem vel æternam: fornicatio autem simplex *non meretur mortem temporalem* secundum legem naturalem: quia lex naturalis nihil dicit, nec nominat aliquid de morte æterna: & temporalis eam non punit: ideò quod fornicatio simplex mortale sit, procedit ex Jure divino, quod id prohibet.

*Æneas Silvius* epist 15. p. 14. Antiquum & vetus est hoc delictum, nec scio, quis hoc careat. Latè patet hæc pestis (*si pestis est, naturalibus ut*) quanquam non video, cur tantopere damnari coitus debeat, cum Natura, quæ nihil perperam operatur, omnibus ingenuerit animantibus hunc appetitum, ut genus continuaretur humanum.

P. 15. Ego nullum *meritum in me scio*, solaque mihi divina pietas spem facit misericordiæ, quæ nos labiles scit, & ad lasciviam proclives.

P. 21.

Pag. 21. *Hospitem* videmus libenter, amplexamurque.

## SPECULUM VITÆ Beati Francisci & Sociorum ejus.

Venetiis 1504.

PAg.166. b. Cum semel frater Ægidius Assisium propter reverentiam corporis sancti Francisci venisset, duxerunt fratres per domos, ubi erant ædificia sumtuosa, quæ ibi construxerant quasi gloriantes in eis. Quibus diligenter visis, dixit fratribus, qui ibi erant, sanctus Ægidius: Dico vobis fratres in veritate, quòd vobis non deficit, nisi unum, scilicet quòd non habetis uxores. Cum igitur hæc fratres graviter audiētes, iterum dixit eis: Fratres mei, vos scitis, quia ita est vobis illicitū dispēsare in paupertate, sicut & in castitate. Postquam igitur paupertatē repulistis à vobis: ita potestis securè & vestram castitatem repellere à vobis, & his dictis descendit cum socio & repedavit ad suum Eremitorium. Cum quidam frater domesticus sancto fratri Ægidio diceret: Frater Ægidi, bona nova nuncio tibi. Et frater Ægidius dixit, dicas. Et ille dixit: hac nocte ductus fui ad infernum, & existens ibi, nullum fratrem nostri Ordinis inveni. Respondit frater Ægidius clamans & dicens: benè credo tibi, & hoc dixit ter: & statim raptus fuit in se, & ad se reversus, interrogavit frater dicens: quomodo intelligitur, quod nullus frater sit in inferno? Respondit frater Ægidius: non descendisti tu in infernum, ubi sunt illi miseri, qui portant tunicam fratrum Minorum, & apparent fratres, opere tamen sunt contrarii.

*Alvarus Pelagius de planctu Ecclesiæ l.1.p.22.* Hæc duo, abdicatio proprietatis & custodia castitatis, non sunt de substantia Monachatus

## XXIX. De Morte Animæ.

A*Pud Dionysium Carthusianum* de 4. Hominis novissimis pag.269. Paris. 1551. Interrogationes ægris proponendæ.

A migraturo quæratur, tu credis, quicquid sacra scriptura, & sancta mater Ecclesia docent esse credendum? Quo respondente, quòd imò: quæratur: tu doles, quòd Dominum Deum tuum unquam offendisti: & velles, quòd magis inde doleres ex vera charitate & zelo justitiæ, non

ex solo servili timore? Quo respondente: quòd imò: quæratur, tu petis tibi de omnibus tuis peccatis ab infinita Dei misericordia misericordissimè indulgeri? Quo respondente, quòd imò: quæratur, tu habes propositum integrum nunquam peccandi de cætero, & serviendi Deo perpetuò, si contigerit te sanari? Quo respondente, quòd imò; addatur: tu in hac hora commendas animam tuam benignissimo & fidelissimo Creatori, & nunquam vis separari ab eo, & merito passionis Domini nostri Jesu Christi optas salvari? &c.

## XXX.

## De fine Mundi.

F*Ridericus Nausea* p.279.b. Imò si rectè intellexerimus, *Iam præ foribus est finis hujus mundi, &c.*

*Origenes* in Jeremiam p.579. Quando dicit repente cecidit Babylon, videtur mihi prophetizare consummationem mundi *subito futuram.*

Venetiis 1561. *Iacobus Naclantus*, Clugiensis Episcopus in scripturæ medulla pag.21.22. Sunt & aliæ conjecturæ, sed cum imbecillioribus nixæ sint basibus, haud injuria libuit præterire. Verum quod ea in re mens præsagit, penitus non dissimulo. Nempè finem mundi *fore proximum*, quin & in januis. Idque non tantum, quia passim sic sonant Apostoli, imò & Christus: sed quia non pauca & quidem exploratissima signa prodigiaq; quæ postremum habent præcedere diem, imò & pro *foribus* adesse, monstrare, hactenus absolutissima sunt. Et: si quis manibus non pertractat, ac pleno æstuat pectore: Fidem exulasse ac penè decoxisse.

*Gog est Senacherib Cyrillo Alexandrino* in Joëlem p.656.

*Hugo Grotius* p.64. Cujus rei indicium & Astrologis notatum, *Sol ad terras propius accedens.*

*Æneas Silvius* Epist.81.p.87. Hodie Imperii dignitas attenuata est, ut vix illi Comites caput inclinent, cui maximi reges sese solebant ad terram prosternere. Sed est omnium potestatum finis. Nec Romanum Imperium, ut Virgilius credidit, sine fine datum est, *quod sic jam videtur ægrotum, ut de sepultura magis quàm de Medico sit cogitandum.*

Hieronymus Tom.4.p.66. Judæi nunquam habituri sunt regem, Chri-

Christiani nunquam servient Judæis. p.4. Ultima destructio templi usque ad consummationem mundi *perseveratura est*.

*Fridericus Nausea* centuria 1. homil, p.58. Quo certè non probatur, ut tandem omnes sub cœlo sint deventuri in unam fidem. *Antverpiæ 1594.*

*Fridericus Lummius* de vicinitate extremi Judicii, p.219. ad marginem. Spem Reformationis Ecclesiæ modernæ tollit B. Apostolus.

*Turca fiet Christianus*, Johan: Münster in seiner Postill tom 2. pag.320. Der bekehrte Türck soll hernacher die Babylonische Hur straffen.

**D. Luthers Hauß-Postill** am Tag Esto mihi p.87. Wie ich hoffe daß der Jüngste Tag nicht soll lang außbleiben/sondern durch das ängstige Seufftzen der Christen/eh kommen/ dann wirs dencken können.

## XXXI.
## De Resurrectione Mortuorum.

**D. Luthers Hauß-Postill/am H. Ostertag** p.2.b. Bapst und Cardinäl seyn gemeiniglich der Art/ daß sie auch die Historien für ein Gelächter oder Mährlein halten/als gute starcke Epicurer/ die noch darzu lachen/wann man von einem andern und ewigen Leben nach diesem Leben sagt. So siehet man es auch an unserm Adel: item an Burgern und Bauren/daß sie es mehr auß einer Gewonheit glauben/ dann daß es einem Ernst were/daß noch ein ander Leben sey.2c.

## XXXII.
## De Inferno & Purgatorio.

L. *B. ab Herberstein in Moscovia* p.42. *Purgatorium nullum credunt*. **Ein Jesuiter wird lang im Fegfewr behalten**/ quia non desideravit ardenter videre sanctissimam Trinitatem, Johan Eusebius Nieremberg. de adoratione in Spiritu & Veritate, p.447.

*D. Luther* Tom 4. Lat. Jen. p.334. Purgatorium unum de maximis abominationibus Satanæ.

## De Oratione pro Mortuis.

INter quæstiones Theologicas, quas nostris Theologis Pontificii Doctores moverunt olim, & adhuc movent, est & illa, quæ de cura pro mortuis suscipitur. Logicæ beneficio res hæc ita decidi potest. In materia contingenti contrariæ ambæ possunt esse falsæ & subcontrariæ veræ. παραδείγματα ὅμηροι τῶν ὅρον, exempla sunt sponsores rationum. Cum dicimus omnes Scholastici sunt diligentes; nulli Scholastici sunt diligentes; utraque contraria est falsa, quia materia, ut dictum, est contingens: diligentia in Scholastico est accidẽs separabile. Subcontrariæ ergò sunt veræ: quidã Scholastici sunt diligentes: quidam Scholastici non sunt diligentes.

Ita cum dico, pro omnibus mortuis est orandum, &, pro nullis mortuis est orandum: utraque contraria est falsa. Pro omnibus mortuis est orandum, est axioma falsum, quia pro Martyre non est orandũ, & qui orat pro martyre, injuriam facit Martyri.

Apologia Augustanæ Confessionis (quam Principes & Status Imperii Evangelicæ Veritatis jusserant Melanthonem & alios quosdam parare) de hac re ita loquitur, pag. 273. Falsò citant adversarii contra nos damnationem Aerii, quem dicunt propterea damnatum esse, quòd negaverit in Missa oblationem fieri pro vivis & mortuis. Sæpe hoc colore utuntur, allegant veteres hæreses, & cum his falsò comparant nostram causam, ut illa collatione prægravent nos. Epiphanius testatur, *Aerium* sensisse, quòd orationes pro mortuis sint inutiles. Id reprehendit: neq; nos *Aerio* patrocinamur, sed vobiscum litigamus, qui hæresin manifestè pugnãtem cum Prophetis, Apostolis & S. Patribus scelestè defenditis, videlicet, quòd Missa ex opere operato justificet, quòd mereatur remissionem culpæ & pœnæ etiam injustis, pro quibus applicatur, si non ponant obicem.

Quid igitur de Oratione pro mortuis sit credendum & statuendum, dicam ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν: Vestrum est audire, & secundùm scripturam judicare.

Patres quosdam pro mortuis orasse, non imus inficias: Sed longè aliter Patres Ecclesiæ, quã Papistæ orarunt. Illi enim sacrificium gratiarum actionis offerebant, & ne in se mortuorum peccata reciderent, orabant: isti orant, ut defunctis peccata remittantur, & Purgatorii dira supplicia. Illi orabant pro B. Virgine Maria, pro Johanne Baptista, pro

Aposto-

Apoſtolis, pro Baſilio Magno, Gregorio Nazianzeno, Chryſoſtomo, Athanaſio, Cyrillo, Nicolao in Myris (quod ex Liturgia Chryſoſtomi apparet, Venetiis Græcè & Latinè edita 1528. B 4.) quos non dubitabant gloria cœleſti frui: iſti pro illis tantum quos in purgatorii flammis torqueri credunt: illi ut ſtudium ſuum & dilectionem erga mortuos oſtenderent magis, quàm quòd illis preces ſuas prodeſſe putarent: iſti præcipuam partem cultus divini in mortuorum officiis collocant.

Verùm ut aliqui Patres habuerint ritus, Pontificiis officiis non admodum diſſimiles, nos tamen Legibus, non exemplis vivimus. Illi ſecuti ſunt ſuæ religionis mores: noſtra Lutherana Eccleſia ad Apoſtolicæ Eccleſiæ conſuetudinem conformata eſt. Itaque nihil eſt abſurdius, quàm à corruptis moribus Ethnicorum, Turcarum & Hæreticorum, Chriſtianæ religionis derivare fundamenta. Unum enim eſt cultûs divini fundamentum, Verbum Dei, ut nos Chriſtus ex verbis Prophetæ docet, inquit: fruſtra me colunt, docentes doctrinas quæ ſunt mandata hominum. Apoſtolus etiam ἐθελοθρησκείας & commentitios cultus condemnat. *Matth. 15.*

Auguſtinus Confeſſionum l. 9. c. 13. p. 115. Nunc pro peccatis Matris meæ deprecor te, exaudi me, per medicinam vulnerum noſtrorum, quæ pependit in ligno, & ſedens ad dextram tuam, te interpellat pro nobis. Scio miſericorditer operatam, & ex corde demiſiſſe debita debitoribus ſuis, dimitte illi & tu debita ſua, ſi qua etiam contraxit per tot annos poſt aquam ſalutis. Dimitte Domine, dimitte obſecro, ne intres cum ea in judicium, ſuperexultet miſericordia judicium, quoniam eloquia tua vera ſunt, & promiſiſti miſericordiam miſericordibus. Quod ut eſſent, tu dediſti eis, qui miſereberis, cujus miſertus eris, & miſericordiam tuam præſtabis, cui miſericors fueris. *Et credo jam feceris*, quod te rogo, ſed voluntaria oris mei approba Domine. Namque illa imminente die reſolutionis ſuæ non cogitavit ſuum corpus ſumtuosè contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupivit, aut curavit ſepulchrum patrium. Non ita mandavit nobis, ſed *tantummodo memoriam ſui ad altare tuum fieri deſideravit*. Cui nullius diei prætermiſſione ſervierat, unde ſciret diſpenſari victimam ſanctam, qua deletum eſt chirographum, quod erat contrarium nobis. *Tom. 1.*

In Enchiridio ad Laurentium c. 110. fol. 135. Neque negandum *Tom. 3.*

 eſt,

eſt, defunctorum animas, pietate ſuorum viventium relevari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, ſed eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui cum viverent, ut hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam vivendi modus nec tam bonus, ut non requirat iſta poſt mortem, nec tam malus, ut ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, ut iſta non requirat, & eſt rurſus talis in malo, ut nec his valeat, cum hæc vita tranſiverit, adjuvari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam relevari quiſpiam vel gravari. Nemo autem ſe ſperet, quod hic neglexerit, cum obierit, apud Deum promereri. Non igitur iſta, quæ pro defunctis commendandis frequentat Eccleſia, illi Apoſtolicæ ſunt adverſa ſententiæ, qua dictum eſt. Omnes enim aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque ſecundùm ea, quæ per corpus geſſit, ſive bonum, ſive malum: quia etiam hoc meritum ſibi quiſque, cum in corpore viveret, comparavit, *non enim omnibus proſunt*. Et quare non omnibus proſunt, niſi propter differentiam vitæ, quam quiſque geſſit in corpor. Cum ergò ſacrificia ſive altaris, ſive quarumcunque eleemoſynarum pro baptizatis defunctis omnibus offerantur: Pro valdè bonis gratiarum actiones ſunt: pro non valdè malis, propitiationes ſunt: pro valdè malis, etſi nulla ſunt adjumenta mortuorum, qualeſcunque vivorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, ut ſit plena remiſſio, aut certè, *ut tolerabilior fiat ipſa damnatio.*

Cæterùm de ſtatu animarum quid ſenſerit Catholica Eccleſia, ex Juſtino Martyre apparet, quæſt. 75. p. 436. Poſt exitum animarum è corpore, εὐθὺς γίνεται τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων ἡ διαστολή. *Statim* juſti ab injuſtis ſegregantur: abducuntur enim ab angelis ad condigna ſibi loca. Ac juſtorum quidem animæ in paradiſum, ubi conſuetudine & aſpectu fruuntur Angelorum & Archangelorum, &c. Injuſtorum autem animæ in ipſius orci loca, &c. & aſſervantur quæque in locis ſe dignis uſque ad reſurrectionis & compenſationis diem.

Tom. 1. p. 20.

*Ephrem Syrus* de manſionibus beatis: extra duos hoſce ordines alius non eſt ordo medius: &: neque enim tres nos regiones Scriptura edocuit. Et: non enim tres ordines recenſuit, ſed unum à dextris, & alterum à ſiniſtris.

Apud Salmeronem dicebat, quidam ex Patribus Societatis Jeſu,

Eccle-

Ecclesiam certam quandam precandi rationem complecti, quâ videlicet nihil novi à Deo petamus, sed ea tantum, quæ jam actu facit Deus, & quæ semper faciet, & quæ aliter efficere non potest, etiamsi maximè velit, tamen ut illud faciat, seriò rogamus, &c. Sic oramus in oratione Dominica, sanctificetur nomen tuum, &, sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & usque in seculum, quod tamen nunquam non sanctificatur, & in æternum laudatur, &c. Interdum orare soliti sumus, ut sanitatem, pacem, divitias, honorem, gratiamque largiri velit, quæ tamen nobis cumulatè largitus est, & jam possidemus. *Anima ejus sit colligata in horto Eden. Quies ejus in loculo viventium.*

Ita Augustinus orat pro Matre Monica & venia peccatorum ejus, sed ita, ut jam dimissa illa esse, & matrem in cœlum assumtam esse crederet. Sic enim subjungit: & *credo* Domine, jam *feceris*, quod te rogo, sed voluntaria oris mei approba Domine.

Ita Nazianzenus in laudem Cæsarii. Suscipe quæso nunc quidem Cæsarium, velut primitias quasdam nostræ peregrinationis. Sed tamen præmisit fol. 436. Sapientum verbis adducor, *ut credam*, generosam omnem, Deoque charam animam, postquam corporis vinculis soluta, hinc excesserit, *protinus* bonum, quod eam manet, per sentientem & contemtam rem, mirabili quadam voluptate *affici & exultare*. Qui credit animam piè defuncti, jam voluptate affici & exultare, ille non tam precatur, quàm gratulatur.

*Tom. 2. fol. 437 editionis Basil.*

Gregorius Nazianzenus credit, animam Cæsarii piè defuncti jam voluptate affici & exultare. Ergò Gregorius Nazianzenus non tam precatur, quàm gratulatur.

Ambrosius tom. 3. l. 2. epist. 8. p. 90. Nec mæstificandam lachrymis tuis, sed magis oblationibus animam ejus Domino commendandam arbitror.

Proinde pro ritu Ecclesiæ, & non pro dogmate habita fuit talis oratio gratulantium, quæ cum fundamentali doctrina de merito Christi ἁπλῶς non pugnavit.

Sic aliqui ex nostris non putarunt, nefas esse orare pro defunctis, sed orationes illæ potius erant laudes & gratiarum actiones, quàm supplicationes pro peccatorum remissione: iidemque licet ad memoriam suorum conservandam orationes probent; negant tamen aut Purgatorium

esse:

esse, aut Missis ad animas ex illo loco extrahendas opus esse.

Quid *D. Lutherus* de oratione pro mortuis senserit, obscurum non est. Sic autem scribit Tom. 2 Witeberg. in majori Confessione p. 206. b. Für die Todten / weil die Schrifft nichts davon meldet / halte ich / daß **auß freyer Andacht nicht sünd** sey / so / oder deßgleichen zu bitten: Lieber Gott hats mit der Seelen solche Gestalt daß ihr zu helffen sey / so sey ihr gnädig rc. Vnd wann solches einmal geschehen ist / oder zwey / so laß es gnug seyn dann die Vigilien und Seelmessen und jährliche Begängnussen seyn kein nutz / und ist deß Teuffels Jahr-Marckt.

Tom. V. Jenensi fol. 165. b. S. Augustin spricht auch / es sey ein Schand / wo man für die Martyrer bittet / dann sie seyn selig. Vnd ist auch wahr. Dann für einen Martyrer bitten ist eben so viel gesagt / als / er ist nicht in Gott gestorben / Gott hält auch sein Wort nicht / das er geredt hat / sie sollen selig seyn / die umb seinet willen sterben / Matth. 5. Luc. 6.

Baronius Tom. 7. ad an. 536. §. 124. Pro defunctis, qui sibi propriis manibus mortem intulerunt, non est orandum.

## XXXIII.

## De Vita Æterna.

*Jeremias Drexelius* de vita æterna p. 319. Pars magna Christianorum, etiam *Catholicorum*, gehennæ & cœli æternitatem non credunt.

**D. Luthers Hauß-Postill** am unschuldigen Kindlein Tag / Der meist Theil glaubt kein ewiges Leben / Bapst / Bischoff / rc.

*Gloria sit Patri, laus Nato debita, nec sit*
*Spiritus dispar cultus honosq́; sacro.*

SERIES

# PRÆFATIO
## In
# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
## Centuriam decimam quintam.

INter alia comparata, quibus veneranda Antiquitas Ecclesiam militantem in terris ornavit, Variabili etiam Lunæ illam contulit. Ecclesia enim tempora sua habet persecutionis & pacis. Nam videtur sicut Luna deficere, non deficit; obumbrari potest, deficere non potest: quia aliquorum quidem in persecutionibus discessione minuitur, ut martyrum confessionibus impleatur, & effusi pro Christo sanguinis clarificata victoriis, majus devotionis suæ & fidei toto orbe lumen effundat.

*Ambros. in Hexaem. l.4.c.2. p.48.*

Ipsa est, quæ aliquando obscuratur & tanquam obnubilatur multitudine scandalorum, quando peccatores intendunt arcum, ut sagittent in obscura luna rectos corde, sed etiam tunc in suis firmissimis eminet.

*August. to. 2. ep. st. 48. p.117.*

Nos tropologicè possumus dicere, inquit Hieronymus in c.66. Esaiæ, Ecclesiam quæ pace & persecutionibus crescit atque decrescit, & oppressa tentationum tenebris rursum pristinum lumen assumit, habere splendorem à Sole justitiæ, &c.

*Tom.4. p.228.*

Idem Tom.6. in 14. Marci p.84: Lunæ Ecclesiæ meritò comparatur, quæ non habet splendorem, sed à Sole certis modis suscipit lumen, id est à Christo, qui permanet in æternum.

*Ambrof. in Hexaem. l. 4. c. 8. p. 14.*

Fulget autem Ecclefia, non fuo, fed Chrifti lumine, & fplendorem fibi arceffit de Sole juftitiæ.

Adverfarii quidem noftri indefinenter clamant, inprimis D. Jacob. Keller tom. 1. p. 482. **Wann mir die Predicanten nur einen einigen Ort auß der Schrifft brächten/daß die Kirch einmal** folte verborgen und unfichtbar feyn / wolt ich anderft mit mir reden laffen. Weife Heilbronner mir einen Patrem auff/der da fage: die Kirch fey nicht allzeit fichtbar.

*Tom. 1. p. 236.*

Henricus Lamparter in der Goldwag: Zum andern fag ich/der Vnterfcheid zwifchen der fichtbaren unnd unfichtbaren und Kirchen/ welche gantz nicht fehlen kan/ift nur Gedicht/ wider die H. Schrifft/alte Lehrer und rechte Vernunfft.

*In manuali Lutheranorum p. 524.*

Hanc occultam & invifibilem Ecclefiam electorum ut vocant, ego Laurentius Forer fictitiam appellavi, & adhuc appello, juftiffima de caufa.

*Apocal. 12. v. 14.*
*Tom. 9. homil. 19. p. 465.*

Atqui mulieri, quam Draco perfequitur, datæ funt alæ duæ magnæ, ut volaret in defertum. Hinc Auguftus in Apocalypfin, non folum hæretici, inquit, vel pagani, fed etiam Catholici mali, id eft fuperbi & impii eos, quos in Ecclefia manfuetos & humiles viderint, perfequuntur, quantum poffumus, mifericordiam Dei deprecemur, ut & illos de tam malis actibus ad bonum corrigat, & nobis in bonis operibus perfeverantiam pro fua pietate concedat.

*Tom. 5. p. 787.*

Venerabilis Beda ita: Ecclefia fub fpe vivens æternorum, peregrinatione præfentis Eremi gaudet, accepta poteftate calcandi fuper ferpentes & fcorpiones, & fuper omnem virtutem Draconis rufi, inftar Ifraeliticæ plebis, quæ pane cœlefti in Eremo, vifu ænei ferpentis, ferpentes vicit ignitos.

Arethas in eundem locum p. 238. Mulieris fuga ad defertum fignificat electorum fugam, quæ in Antichrifti adventu facto per operationem Satanæ fugient præcipui omnium, qui in Ecclefia fuerint, à civilibus turbationibus mundanisque voluptatibus fugientes, annos tres & dimidium. Decus filiæ regis eft internum, ut Pfalmifta canit, & fecundum Athanafium in dictum Pfalmum *πᾶσα ἡ χάρις τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας*, omnis gratia Ecclefiæ *eft in abfcondito cordis.*

*[Pf]al. 45.*

His ornamentis Ecclefia infignis admodum eft, ex fententia S. Cyrilli Alexandrini, de adoratione in Spiritu & veritate l. 1. p. 3. cum

ornatum

ornatum habeat ſpiritualem, *qui non carnis oculis ſpectatur, ſed intra animum & in corde poſitus eſt.*

Hujus mulieris, Eccleſiæ, fundamentum, eſt inviſibile, Chriſtus ipſe, ſacramentorum theſaurus in S. Cœna non eſt viſibilis. Eccleſiam ſemper eſſe viſibilem, nunquam occultari idem eſt ac ſi dicam, nullam unquam Lunæ Ecclipſin contigiſſe.

Apoſtolica vox clamat, inquit Iſidorus Hiſpalenſis, de conflictu vitiorum & virtutum, per orbem atque in procinctu fidei poſitis, ne ſecuritate torpeant. Omnes, qui piè volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur. Et ecce, quia Chriſtianitas etiam in ſuis principibus jam religioſa, jamque fidelis eſt, deſunt piè viventibus in Chriſto Jeſu vincula, verbera, flagella, carceres, equulei, cruces, & ſi qua ſunt diverſorum genera tormentorum. [p. 497.]

Quomodo ergò verum erit, quod per Apoſtolum ſonuit, ut omnes piè viventes, perſecutionem patiantur? an forte nemo pacis tempore vult piè vivere in Chriſto Jeſu, & ideò deſunt iſta? Quis hoc vel deſipiens dixerit? In hac ergò Apoſtoli ſententia non ſpecialis quorundam ſed generalis omnium perſecutio debet intelligi. Et quidem ſunt multi intra ſinum matris Eccleſiæ conſtituti, qui piè viventes in Chriſto, contumeliis afficiuntur, opprobriis, injuriis, deriſionibusque laceſſuntur. Iſta verò eſt *generalis perſecutio*, quam Apoſtolus omnes piè viventes in Chriſto pati deſcripſit. Non facilè dixerim, cum ſint quidam religioſi, quibus nemo pravorum audeat in faciem derogare. Alia ergò intelligenda eſt, quæ immanior & magis noxia eſt, quam non mortalis intorqueat ſeveritas, ſed vitiorum gignit adverſitas. Dum enim contra humilitatem ſuperbia, contra veram religionem ſimulatio, contra ſubjectionem pugnat contemtus, contra Domini timorem inanis gloria, contra fraternam congratulationem invidia, contra dilectionē odium, contra libertatem juſtæ correptionis detractio, contra patientiam ira militat, &c.

*Εὐσέβεια ὑπὸ ἀσεβείας διώκεται*: pietas ab impietate perſecutionem patitur. [*Athanaſ. t. 1. p. 727.*]

Ea eſt Chriſtianæ religionis via, ut ubi eſt Spiritus S. ibi ſtatim ſequatur conflictus & perſecutio. [*Macar. homil. 15. p. 106.*]

P. 107. Quare non debent obſtupeſcere, quia neceſſe eſt Veritatem pati perſecutionem.

Neque ſic nomen *militiæ* dedimus, ut pacem tantummodo cogitare, [*Cyprian.*]

detre-

*l. 4. epist. 6. p. 89.*

detrectare & recusare militiam debeamus: cum in ipsa militia primus ambulaverit Dominus, humilitatis & tolerantiæ & passionis Magister: *Solus non est, cui Christus in fuga Comes est.*

*Euseb. l. 5. c. 19.*

Inde D. Polycarpus olim exclamavit: ὦ καλὲ θεὲ εἰ ὅσμε καιροὺς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι. O bone Deus, in quæ me tempora reservasti, ut ista patiar.

*Hieron. epist. 1. ad Heliod. p. 1.*

Erras, frater, erras, si putas unquam Christianum persecutionẽ non pati. Tunc maximè oppugnaris, si te oppugnari nescis. Adversarius noster tanquã leo rugiens, aliquem devorare quærens circumit, & tu pacẽ putas?

*Chrysost. orat. 5. Frib. p. 284.*

Συγκεκλήρωται τῷ εὐαγγελίῳ θλίψις. Afflictio cum Evangelio quasi sorte conjuncta.

*Aug to 10. de sanctis p. 903.*

Nemo se credat aliquam felicitatem, aut aliquod verum gaudium in hoc seculo possidere. Beatitudo hic parari potest, possideri non potest.

*Aug. t. 8. in Psal 39. p. 245.*

Non nobis promittunt scripturæ nostræ in hoc seculo, nisi tribulationes, pressuras, angustias, augmenta dolorum, abundantiam tentationum. Ad ista nos præcipuè paremus, ne imparati deficiamus.

*Aug. t. 8. in Psal. 96. p. 753.*

Si Christiani estis, pressuras in hoc mundo sperate; *tranquilliora & meliora tempora nolite sperare*, fratres, fallitis vos.

*Aug. to. 19. p. 349.*

Ecclesia Catholica inter tentationes vivit, & inter tentationes *crescit*, & inter tentationes perdurat, & in tentationes pervenit.

*Tertull. de cultu fœm. p. 191.*

Tempora Christianorum semper & nunc vel maximè non auro, *sed ferro transiguntur.*

*Hieron. t. 6. in c. 5. ad Ephes. p. 188.*

Christianorum propria virtus est etiam in his, quæ adversa putantur, referre gratias creatori. Et: hæc virtus est maxima, ut in ipsis periculis atque miseriis Deo gratiæ referantur, & semper dicamus: Benedictus Deus, minora me scio sustinere, quàm mereor: hæc ad mea peccata parva sunt, nihil mihi dignum redditur. Hic animus Christiani est, &c.

Quibus convitiis D. Lutherus ab Andrea Frusio Jesuita proscindatur, quæso perpendite.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Magnicrepus* | *Mendax* | *Morosus* | *Morio* | *Monstrum* |
| *Ambitiosus* | *Atrox* | *Astutus* | *Apostata* | *Agaso* |
| *Ridiculus* | *Rhetor* | *Rabiosus* | *Rabula* | *Raptor* |
| *Tabificus* | *Tumidus* | *Tenebrosus* | *Transfuga* | *Turpis* |
| *Impius* | *Inconstans* | *Impostor* | *Iniquus* | *Ineptus* |
| *Nycticorax* | *Nebulo* | *Nugator* | *Noxa* | *Nefandus* |
| *Ventosus* | *Vanus* | *Vilis* | *Vulpecula* | *Vecors* |
| *Schismaticus* | *Stolidus* | *Seductor* | *Simia* | *Scurra.* |
| | | | | *Lascivus* |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Lascivus* | *Leno* | *Larvatus* | *Latro* | *Lanista* |
| *Ventripotens* | *Vultur* | *Vinosus* | *Vappa* | *Voluptas* |
| *Tartareus* | *Torris* | *Tempestas* | *Turbo* | *Tyrannus* |
| *Hæresiarcha* | *Horrendus* | *Hypocrita* | *Hydra* | *Hermaphroditus* |
| *Erro* | *Execrandus* | *Effrons* | *Effrenis* | *Erinnys* |
| *Retrogradus* | *Reprobus* | *Resupinus* | *Rana* | *Rebellis* |
| *Vesanus* | *Varius* | *Veterator* | *Vipera* | *Virus* |
| *Sacrilegus* | *Satanas* | *Sentina* | *Sophista* | *Scelestus.* |

Nunquam deest persecutio Christiano, sed neque Christo. Et quod gravius est, nunc ipsi Christum persequuntur, qui *ab eo* Christiani dicuntur. Heu, heu, Domine Deus, quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principatũ. *Bernh.to 1 p.110.*

Christianorum nomine tecti sunt persecutores. Cœlum denique debellet *Imperator*, exertè scribente Tertulliano in Apologetico p. 43. Cœlum captivum triumpho suo invehat, cœlo mittat excubias, cœlo vectigalia imponat: non potest: ideò magnus est, quia cœlo minor est. *Basil.M. epist.64*

Et Caligula infensus turbæ faventi, adversus studium suum exclamavit: utinam populus Romanus unam cervicem haberet! *Suetonius in vit. Caligul. p. 79.*

Verum enim vero verberari Christianorum proprium est: flagellare autem Christianos, Pilati & Cajaphę officia sunt, *τὸ μὲν τύπτεσθαι, χριστιανῶν ἴδιον ἐστὶ, τὸ δὲ μαστίζειν χριστιανοὺς, πιλάτῳ καὶ καϊάφᾳ τὸ τόλμημα.*

Necare tamen non possunt, nisi eis Dominus permiserit. Et: Sacerdos Dei Evangelium tenens & Christi præcepta custodiens, occidi potest, *vinci non potest*. *Cyprian.l. epist 3.p 51*

Ergo illi potius occiderunt eum *orando*, quam ille persequendo. Et vos ergo fratres, sic orate pro inimicis vestris, ut occidat eos Deus, id est, ut eorum malitiam, quæ vobis inimicatur, occidat. Sic enim non occidit, qui creavit, sed quod ipsi sibi fecerunt: Roga pro homine, ut extinguat Deus peccatorem. *August. to. 10 hom l 6 p. 289.*

Possumus hoc testimonio & contra gentes abuti in persecutionis tempore: quod, quamvis fortes esse videantur, & nos superare in his, qui lapsi sunt, tamen vincãtur in ijs, qui pro Christo fuderunt sangvinem, & post bella pax reddatur Ecclesiis, & universa eorum contra Immanuelem consilia dissipentur, quia nobiscum sit Deus. *Hieron t.4 in Esa p.31.*

*Hieron. to. 2. p. 143. in dialog. Orthod. & Lucifer.*

Periclitabatur *Navicula Apostolorum*, urgebant venti, fluctibus latera tundebantur, nihil jam supererat spei, Dominus excitatur, imperat tempestatibus, *bestia moritur*. (Constantius rex) tranquillitas rediit. Tunc Triumphatorem suum Athanasium Ægyptus excepit, tunc Hilarium de prælio revertentem Galliarum Ecclesia complexa est, tum ad reditum Eusebij lugubres vestes Italia mutavit.

*Hieron. to. 5 in c. 3. Habac. p. 203*

Dum adhuc essem puer, & in Grammaticæ ludo exercerer, omnesque urbes victimarum sangvine polluerentur, ac subito in ipso persecutionis ardore, *Iuliani* nunciatus esset interitus, eleganter unus de Ethnicis: quomodo, inquit, Christiani dicant, Deum suum esse patientem & *ἀνεξίκακον*? nihil iracundius nihil hoc furore præsentius: ne modico quidem spatio indignationem suam deferre potuit. Hoc ille ludens dixerit. Ceterùm Ecclesia Christi cum exultatione cantavit: divisisti in stupore capita potentium.

*Hieron. to. 5 in c. 8 Zach p. 249.*

Hæc persecutionis tempore in Ecclesijs Christi expleta conspeximus, quando in tantam rabiem persecutorum feritas excitata est, ut etiam Conciliabula nostra destruerent, divinos libros ignibus traderent, omnes Insulæ, metalla, carceres, confessorum & martyrum catenatis gregibus implerentur. Quis eo tempore crederet rursum Ecclesias construendas ab his ipsis qui ante destruxerant?

*Aug. to. 10. p. 605.*

Ergo quoties aliquæ adversitates veniunt, quoties aut hostilitas, aut siccitas, aut mortalitas justo Dei judicio fuerit irrogata, non ejus injustitiæ, sed nostris hoc peccatis imputare debemus.

*Aug. to. 10 p. 754.*

Perseverant flagella, quia in populo perseverant & delicta.

*Chrys. in Psal. 127. p. 463.*

Fer forti & generoso animo cuncta, quæ accidunt, hoc enim tibi est *Martyrium*.

Hoc est maximè grati animi, hoc sapientiæ studiosi in rebus etiam asperis & adversis gratias agere, pro omnibus gloria Deum afficere, non solùm pro beneficijs, verùm etiam pro supplicijs. Hoc enim majorem mercedem conciliat. Nam in bonis quidem gratias agens reddidisti debitum, in malis autem Deum constituisti debitorem, eodem Chrysostomo teste in psal. 9. p. 123.

*Chrys. to. 6 Græco lat. p. 186. de fide & lege naturæ.*

Vita multa difficultate plena est, & oportet omninò justum & injustum, pium & impiũ affligi; sed magna est varietas. Aliud enim est corripi

ripi ut domesticum, aliud flagellari ut alienum. Verberatur filius, verberatur & famulus: sed hic quidem ut servus qui peccavit, ille vero ut liber, & ut filius disciplina indigens. Plagæ illę non faciunt æqualem honorem. Non ideo si patiatur pius, quæ patitur impius, ejusdem conditionis erit cum impio, sed congruit correptio huic in afflictionem & probationem, impio autem in flagella & pœnas. Propterea David sciens difficultates, de justis quidem dicit: multæ tribulationes justorum: sed vide quid subdat, & ex omnibus illis liberavit eos Dominus. Nondum dixit afflictionem, & monstravit curationem. De adversarijs autem dicit multa flagella peccatoris, & nihil tale subdit, quod de justis dicebat, multæ afflictiones justorum, de his autem omnibus liberabit eos Dominus. *Major est adjutor, quàm oppugnator.*

*psal. 33.*

*Sed quorsum eundum?* Non habeamus spem, inquit Hieronymus, nisi in Domino tantum. Non dicamus: Si illud mihi eveniat aut illud, *unde habeo vivere?* Respondeo tibi, quod majus est. Si persecutio fiat, unde habes vivere? Semper Christiano persecutio est. Semper nuditas proposita est. Nemo ergò debet dicere: si senuero, unde habeo vivere? si infirmus factus fuero, unde vivo? Christum habes & times? Si volatilia cœli pascit, dubitas, quod possit te pascere? Diabolus pascit suos homines & Christus non pascat suos servos? Diabolus facit judices hujus mundi divites, & Christus non potest facere ut non mendices? Diabolus dat aurum & gemmas, & Christus panem non potest dare? Nos omnem solicitudinem projiciamus de cordibus nostris, & dicamus: in Deo faciemus virtutem, ipse erit virtus nostra, ipse panis noster, ipse erit Rector noster.

*Tom. 7. in psal. 107. p. 140.*

In persecutione priscorum licebat videre Christianos veros: nullus enim curabat opes, nullus mulierem, nullus pueros, nullus domum, nullus patriam, unum omnibus erat studium, *suam servare animam.*

*Chrys. in acta hom. 24 p. 624.*

Vide ubique persecutiones magna bona facere & persequentes *vinci*: eos autem, qui persecutiones ferunt, clariores apparere: ὅρα πανταχοῦ τοὺς διωγμοὺς μεγάλα ἐργαζομένους ἀγαθὰ καὶ τοὺς μὲν διώκοντας ἡττωμένους τοὺς δὲ διωκομένους λαμπροὺς ἀποφαίνοντας

*Chrys. in acta hom. 30 p. 659. & p. 701. homil. 37.*

Persecutiones *illustriorem Ecclesiam splendidioremque* per supplicia reddebant, teste Nazianzeno Orat. 23 p. 414. οἱ διωγμοὶ καὶ λαμπροτέραν αὐτὴν ἐποίουν τοῖς πάθεσιν.

*Sic Christi pietas, quò sævit atrocius Orbis,*
*Hoc majore recens, adversus pondera nisu*
*Tollitur: & melius sua per dispendia crescit,*
*Emergitq́; magis, clades vexata per omnes.*
*Hoc pietas infans, & Christi Ecclesia lacte*
*Enutrita, graves paulatim adolevit in annos.*
*Vir bonus, erectaq; oneri cervice resistit:*
*Quoque premi sese magis urgeriq; videbit,*
*Surget eò magis atque magis, vultuque superbo*
*Omnia calcabit, pedibus teret obvia quæque*
*Victor, honoratum tandem caput inferet astris.*

*In cruce de Hostibus triumphamus*; ex Hieronymo tom. 2. p. 15.

Nihil interest, ubi sitis in seculo, qui extra seculum estis, scribit Tertullianus ad Martyres p. 163.

Verum gaudium est sanctorum, exire de mundo. Chrysost. in opere imperf. p. 863.

*Leo 1. ser. 1. natur. pet. 1. p. 188.* Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed *augetur*, & semper dominicus ager segete ditiori vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.

*In vita p. 19.* *Antonius* aliquando subsidio animadverso, postquam magis respiravit, levatus dolore, visum quod apparuit, rogat, aitque, *ubi eras*? Cur non initio apparuisti, meosq; dolores mitigasti? Ibi vox ad eum: aderam hic, Antoni, sed morabar, tuum spectaturus certamen. πȣ̃ ἦς; διά τι μὴ ἐξ ἀρχῆς ἐφάνης ἵνα μȣ τὰς ὀδύνας παύσῃς, καὶ φωνὴ γέγονε πρὸς αὐτόν. Ἀντώνιε, ὧδε ἤμην, ἀλλὰ περιέμενον ἰδεῖν τὸ σὸν ἀγώνισμα.

*Petr⁹ Chrysol. g. serm. 174. p. 273.* Justus tunc inchoat vivere, cum pro Christo meretur occidi, transfertur ista morte vita Martyris, non aufertur.

*August. tomo 8. super Psal. 86. p. 658.* Attende similitudinem quadrati lapidis, similis debet esse Christianus: in omni tentatione sua Christianus non cadit, & si impellitur, etsi quà vertitur, non cadit. Nam quadratum lapidem quacunque verteris, *Stat.*

Secedamus ad tempus, amici, *est enim nubecula, quæ citò evanescet.* Socrat. l. 3. c. 13. de fuga Athanasij; ὑποχωρήσωμεν μικρὸν, ὦ φίλοι, νεφύδριον γάρ ἐστι καὶ παρέρχεται.

Vos

Vos occidere quidem poteſtis, at nocere non poteſtis. *Iuſtin. apol. 2. p. 54.*

Abſit ut fidelis quisque, qui DEUM videri deſiderat, de mundi perſecutionibus lugeat, quem finiri eiſdem ſuis perſecutionibus non ignorat.

Quemadmodum verò nihil officit auro fornax, ſic neque nocet tribulatio generoſo. ὥσπερ, τὸ χρυσίον οὐ βλάπτει ἡ κάμινος, οὕτως οὐδὲ τὸν γενναῖον διαφθείρει ἡ θλῖψις. *Chryſ. to. 6 p. 296.*

Uti ſemina opus habent imbribus: ita nos etiam lachrymis. Et quemadmodum terra opus habet ut aretur, & proſcindatur: ita anima fidelis pro ligone indiget tentationibus & afflictionibus, ne producat malas herbas & ejus molliatur durities, ne nimium efferatur & exultat. *Chryſ. in Pſal. 125. p. 453.*

Sicut plantæ rigatæ magis creſcunt: ita & fides noſtra oppugnata magis floret, & vexata incrementa majora ſumit. *Chryſ. Fr. Duc. p. 61.*

Anima dum cibo & potu malè tractatur, fit melior, & dum Chriſtiani ſuppliciis afficiuntur quotidie, numerus eorum creſcit. *Iuſt. Mar. p. 498.*

Sicut unguenta: niſi commota, redolere latius neſciunt: & ſicut aromata fragrantiam ſuam non niſi cum incenduntur, expandunt: ita ſancti viri omne quod virtutibus redolet, in tribulationibus innoteſcunt. *Perſecutiones ſunt Eccleſiæ Hyems.* *Gregor. in præfat. Iob. p 10. c. 2.* *Athanaſ. to. 1 p. 102 c*

Martyrum mors, teſte Chryſoſtomo, fidelium eſt exhortatio, Eccleſiarum fiducia, Chriſtianiſmi confirmatio, mortis deſtructio, reſurrectionis demonſtratio, dæmonum ignominia, diaboli accuſatio, Philoſophiæ doctrina, ad res ſeculi hujus ſpernendas adhortatio, & ad futuras deſiderandas via, ſolatium in malis, quibus obſidemur, occaſio patientiæ, materia tolerantiæ, bonorum omnium radix, fons & parens. *To. 5. Græco Lat. p. 991. de S. Droſide.*

Vera fides portari quidem ab aquis poteſt, mergi omninò non poteſt, monente Auguſtino. Primùm ergo ſi hoc mare magnum illæſi pertranſire volumus, fabricemus navem, ut fidem integram habeamus; deinde navem fidei inhabitemus per charitatem, ut credamus, quod diligere debemus, & diligamus, quod credimus. *Tom 4. de ſubſt. dilect. c. 7. p. 703.*

*Cur igitur cœlum lachrymosis vocibus imples*
*Fortunata Sion, modo si tua nunc bona noris?*
*Parce queri, non te Dominus, quod rere, reliquit,*
*Nec te, sors quæcunque premat, confide, relinquet,*
*Non magis unigenum quàm mater dulcis alumnum.*
*Et licet illa feris longè crudelior ursis,*
*Sacræ contemto naturæ fœdere, tantum*
*Audeat in sese scelus, & sua viscera, certè*
*Non ego te (dixit Dominus) mea cura, relinquam.*
*Tu quanta es, manibus nostris descripta teneris:*
*En muros turresq, tuas affixus & hærens*
*Nusquam amitto oculis, & propugnacula coram*
*Me tua sunt, semper, tanquam depicta fideli*
*In tabula, quam nulla ætas eradere possit.*

ORA-

# ORATIO
## De
## QUÆSTIONE THEOLOGICA,
## An Scripta Patrum ſint authentica, & tenenda omnia, uſque ad ultimum Jota?

QUanquam magna eſt virtus, Obedientia filiorum in parentes, *Auditores*, utpote promiſſionem habens proſperitatis: tamen eam Spiritus S. non abſolutam & illimitatam, ſed reſtrictam, & limitibus certis verbi divini vallatam eſſe voluit. Si enim parentes liberos ſuos ad Idololatriam, ad cultum alienum, à vera Religione ad falſam, à luce ad tenebras abducere ſatagerent, illis non eſſet obediendum: non in præceptis parentum veſtrorum, ſed in meis præceptis ambulabitis, inquit Jehova. *Ezech. 20. v. 18.*

Thales ille ſapiens omnium ore celebratus, interrogatus, quantum veritas à mendacio diſtaret, tantum, inquit, quantum oculi ab aurib⁹.

Chriſtus aſcenſurus in cœlum, dona daturus hominibus, conſtituit alios Apoſtolos, alios Prophetas, alios Evangeliſtas, alias Paſtores & Doctores, ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterii: qua de re eleganter D. Hieronymus ſcribit tom. 2. ad Theophilum adverſus errores Johannis Hieroſolymitani pag. 185. Scio me aliter habere Apoſtolos, aliter reliquos tractatores, *illos ſemper vera dicere*, iſtos in quibuſdam, ut homines aberrare. Idem Tom. 3. pag. 196. Mineno & Alexandro: nec juxta Pythagoræ diſcipulos *Epheſ. 4.*

præ-

præjudicata Doctoris opinio, sed doctrinæ ratio ponderanda est: Servatoris verba dicentis: estote probati nummularii, ut si quis nummus adulter est, & figuram Cæsaris non habet, nec signatus est moneta publica, reprobetur. Qui autem Christi faciem claro præfert lumine, in cordis nostri marsupium recondatur; & meum propositum est antiquos legere, retinere quæ bona sunt, & à fide Ecclesiæ Catholicæ non recedere.

Justinus Martyr cum Tryphone pag. 267. Siquidem non humanis traditionibus & doctrinis jussi sumus à Christo ipso credere, sed eis, quas beati Prophetæ promulgarunt, & ipse Christus tradidit.

*Tom. 5.* Hieronymus in c. 9 Amos p. 125. Ubi Apostolorum præcedit autoritas, maximè Petri & Jacobi, quos columnas Ecclesiæ vas electionis vocat, ibi omnis explanationis tollenda suspicio est, & quod à tantis viris exponitur, hoc sequendum.

Idem Hieronymus in c. 6. Jeremiæ fol. 245. Standum est igitur in prophetis, & diligentissimè contemplandum & interrogandū de semitis, quæ multorum Sanctorum sunt tritæ Vestigiis.

Dic tu, beate Cyrille, & Præses quondam Concilii Oecumenici Ephesini excellentissime, sententiam, *Utri rei potius credere debeamus*, Sacræ Scripturæ consentienti, an Patribus consentientibus.

S. Cyrillus monumentum ære perennius lib. 3. de recta fide Concilii Ephesini fol. 69. reliquit: Salutares, inquit, fontes appellamus, sanctos Apostolos, Prophetas & Evangelistas, hi enim salutari cœlestique hausta doctrina mundum hunc irrigant, Spirituque Sancto imbuti totum hunc orbem lætificant. In quorum proinde profunda sensa, mentis oculos conjicientes, abditam veritatis lucem invenimus, inventamque in alios transfundimus. Proinde sic colligimus: propter quod unumquodque tale, illud magis est tale. Credimus Patribus consentientibus propter Sacram Scripturam consentientem.

Ergò Scripturæ Sacræ magis credimus. Sacræ enim Scripturæ consensus est principalis & magisterialis.

Quantum igitur distat Dominus à servo, tantum inter Spiritum S. per S. Scripturam loquentem, & inter Patres.

*Bellarminus* de Conciliis l. 2. c. 12. p. 36. *Scripta Patrum non sunt regulæ, nec habent autoritatem obligandi.*

*Baronius* ad d. 9. Octob. p. 457. Profectò omnes ferè sanctorum vitas in maximum discrimen inducimus, cum *pene* in omnibus aliquid notari

notari possit, quod corrigendũ videatur, sitque *Canonicarum tantũmodo scripturarum singularis prærogativa, ut in eis cuncta vera, inconcussa, certaq; narrentur.*

*D. Henricus Canisius* antiq. lectionum tom. II. fol. 7. Arnolfus Comes: horum tantum dixerim pace eorum, & omnium bonorum, quia non solum novis vetera licet mutare, sed etiam, si sint inordinata, penitus abjicere: sin verò ordinaria, sed minus utilia, cum veneratione sepelire. 3.

*Melchior Canus* locorum Theologicorum l. 7. c. 3. p. 221. *Auctores Canonici, ut superni, cœlestes, divini,* perpetuam stabilemque constantiam servant: reliqui verò Scriptores sancti *inferiores & humani* sunt, deficiuntque interdum ac *monstrum quandoque pariunt,* præter convenientem Ordinem institutumque naturæ. 4. Colon. 1585.

*Adam Tanner* in omnes partes summæ D. Thomæ pag. 59. An fortasse S. S. Patres jam demortui, patrumque monumenta Judices erunt? neque hoc, &c. 5.

Gratianus dist. 9. can. 3. Noli meis literis, quasi Canonicis scripturis inservire: ad quem Canonem *glossa* sequentia verba adjicit. Loquitur hic secundum illa tempora, cum adhuc scripta Augustini & aliorum sanctorum Patrum non erant authentica: sed hodie jubentur *omnia teneri usque ad ultimum jota.*

Habemus ergò glossam confitentem, *Patrum scripta esse authentica & tenenda omnia usque ad ultimum jota,* de qua re ut me benevolentiæ vestræ aure sublevetis & audiatis, maximoperè vos rogo.

Perpetuus adversariorum nostrorum coccysmus, Lutheranos scripta Patrum aversari, absolutè rejicere & ire contemtum: quæ est insignis injuria, redundans in omnes Evangelicos, & quam nunquam probabunt.

P. Georgius Scherer Soc. Jesu tomo operum II. conc. 9. de Antichristo pag. 60. b. Ja an vielen sectischen Orten darff kein Pater oder alter Lehrer in Buchladen kommen / sintemal den Buchführern verbotten ist / die Patres und Kirchenlehrer offentlich zu verkauffen / so gar grauset jhnen der Buckel und schauret jhnen die Haut vor den Patribus. Wann sie aber auff das allerglimpfflichst von wolermelten Patribus reden / so erbieten sie sich die Patres und Lehrer so weit anzunemmen / so weit sie mit der Schrifft / das ist / mit jhrem engen Kopff übereinstimmen.

men. Dann was sich mit jhrem närrischen und phantastischen Kopff nicht accordirt und vergleicht/muß jhnen von Stund an wider die Schrifft seyn.

Gregorius XIII. Pontifex Romanus anno 1582. revisens & recognoscens Decretum Gratiani cum glossa, hæc verba immutata reliquit in editione Romana fol. 35. Quæsivit Hieronymus ab Augustino, an credat *Scriptores V. & N. T. errasse in scribendo*? Et respondet Augustinus quòd non, sed si aliquid in illis scriptis mendacii invenitur, dicendum est; codicem esse mendosum, vel interpretem non bene de Græco in Latinum transtulisse, aut dicam, me non intelligere, quod scriptum est. Aliis autem Scriptoribus non est credendum, *etsi sancti sint*, nisi quod scripserunt, probaverint per Canonicas autoritates.

Tom. 7. p. 165.

Dic tu, *Sancte Augustine*, sententiam, quid de scriptis S. Cypriani senseris? Contra Cresconium Grammaticum l. 2. c. 31. Nos, inquit, nullam Cypriano facimus injuriam, cum ejus quaslibet literas à Canonica divinarum scripturarum autoritate distinguimus. Neque enim sine causa tam saluber vigilantiæ Canon Ecclesiasticus constitutus est, ad quem certi Prophetarum & Apostolorum libri pertinent, quos omninò judicare non audeamus, & secundùm quos de cæteris literis vel fidelium vel infidelium liberè judicemus.

De bono perseverantiæ Tom 7. l. 2. c. 21. p. 880. Quamvis neminem velim *sic amplecti omnia mea*, ut me sequatur nisi in iis, quibus me non errare perspexerit. Nam propterea nunc facio libros, in quibus opuscula mea *retractanda* suscepi, ut nec meipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrem: sed proficienter me existimo, Deo miserante, scripsisse, non tamen à perfectione cœpisse: quandoquidem arrogantius loquor, quàm verius, si vel *nunc* dico, me ad perfectionem sine *ullo errore* scribendi *jam in ista ætate* venisse.

Tom. 3. de Trinit. l. 3. p. 199. in proœmio: Ego in omnibus meis literis, non solum pium lectorem, sed etiam *liberum Correctorem* desidero. Noli meis literis, quasi scripturis Canonicis inservire.

B. Hieronymus est ὁμόψηφος, in cap. 9. Jeremiæ commentans p. 252. Ergò nec parentum, nec *majorum error sequendus est: sed autoritas Scripturarum, & Dei docentis imperium*.

Gregorius Nyssenus in Hexaëmeron p. 5. Neque enim opiniones nostras, *ut leges*, auditoribus proponimus. Et, in verba, *faciamus homi-*

*hominem*, pag.36. Si quid *meum* in medium attulero, id ne suscipiatis.

Facundus Episcopus Hermianensis Provinciæ Africanæ, pro defensione trium Capitulorum Concilii Chalcedonensis lib.xi.pag.489. Proinde sic horum vel quorumcunque talium Patrum scripta legenda sunt, ut sicubi nos aliquid in eis offenderit, aut melius hoc interpretemur, aut interpretandum melioribus relinquamus. Si verò tam certus est error, ut excusari nequeat, credamus quod postea emendare potuerint, vel si non legatur, ubi emendaverint, ne non tam ipsos de subrepente lapsu, quàm Christi Ecclesiam de sedula ejus approbatione culpemus.

Pag. 495. Divinam autoritatem libris non Canonicis non adscribamus, nec humanam compassionem, sicubi scriptores eorum quasi homines lapsi sunt, denegemus.

*Bellarminus de Eucharist.l.2.in præfatione: Testimonia Patrum non æquantur per se scripturarum testimoniis.*

*Arnaldus Albertinus*, Episcopus Pactensis, patria Majoricensis, Inquisitor Apostolicus Hispanus, de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis quæst.30.fol.174.ita scribit: Quòd autem in datis sanctorum extra Canonem Bibliæ, non sit veritas infallibilis, quantum ad præsens attinet, ex dictis Doctorum tres succurrunt probationes: *Prima*, quia ipsi de dictis suis dubitant, an in eis erraverint vel non. Unde August. in primo de Trinit.c.2.dicit, nec pigebit me, sicubi hæsito, quærere: nec pudebit me, sicubi erro, discere. Et subdit secundum aliquos Aug. in c.3. Proinde quisquis hæc legit, ubi pariter certus est, pergat mecum: ubi pariter hæsitat, quærat mecum: ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me: ubi meum revocet me. Inquit ergò, quisquis cum legit, dicit, hoc non benedictum est, quoniam non intelligo, locutionem meam reprehendat, non fidem: nonne D. Augustinus *se errantem correxit multa retractando?* Hinc ab Augustino editus est liber Retractationum, in quo multa ab eo antea dicta *damnat* & retractat: at forsan (ut dicit Guido Carmelita) si plus vixisset, plura retractasset, qui lib.1.de Trin.c.1. inquit, magisque optabo à quolibet reprehendi, quàm sive ab errante, sive ab adulante laudari. Laudator enim & errans confirmat errorē; adulator verò allicit ad errorem. Emendavit me ergò justus in misericordia, & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum.

I.

Et quamvis (ut inquit dictus Guido) Augustinus loquatur humiliter, loquitur tamen veraciter: scilicet, quòd in libris suis *aliquando erraverit errareq; potuerit.* Unde ipse August. 2. libro ad Vincentium inquit: negare non possum nec debeo, sicuti in ipsis majoribus, & tam multis opusculis multa esse, quæ possunt negari, & nulla temeritate reprehendi: & in lib. de vera Religione cap. 3. inquit: Quicquid in libris meis erroris invenitur, mihi: quicquid autem verum, uni omnium remuneratori & largitori Deo tribuatur. Et ideò dicendum est, *dicta Augustini non semper in omnibus continere indubiam aut infallibilem veritatem*, cum ipse in scribendo sua opuscula, dubitet, erraverit nec ne? Et quod ipse August. de se dicit, de aliis etiam Doctoribus dicendum est.

II. Secunda probatio sumitur à Discordia, quæ est inter ipsos. Discordia enim in Scriptoribus, testimonium est falsitatis, cum sit necesse, quòd saltem unus discordantium falsum dicat, quia necessariò altera pars contradictionis est falsa: & ideò August. in lib. 18. de Civit. Dei c. 41. probat S. Scripturæ veritatem ex mutua concordia scriptorum ejus, in qua omnes concordant, & nullus ab alio discrepat seu discordat, quod testatur S. Scripturæ indubiam & infallibilem veritatem. Vero enim (teste Philosopho) omne consonat, in aliis verò est discordia. *Discordant quippe doctores à doctoribus, discipuli à discipulis, & discipuli à doctoribus*, quo minus autem sit in dictis prædictorum Doctorum *dissensus* extra Canonicas Scripturas, nemo, qui eorum libros legit, ambigit. *Discordat quidem Augustinus ab aliis Doctoribus* circa intelligentiam operum sex dierum: quia alii ponunt, quòd Deus fecit illa sex dierum opera secundùm successionem temporis dierum: in quibus discordat August. qui ponit omnia *simul* facta, juxta illud: qui vivit in æternum, creavit omnia simul. Unde motus Augustinus numerat illos sex dies, non secundum successionem temporis, sed secundum distinctionem cognitionis angelicæ in verbo & eorum propria natura; & tamen ex hoc non dicuntur illi vel isti hæretici.

Hinc patet, quòd una dictarum opinionum sit falsa, & per consequens dicta eorum non innituntur infallibili veritati. Similiter discordant Hieronymus & Augustinus, quia Augustinus omnium Psalmorum autorem facit David, quod Hieronymus negat. Item, super reprehensione, quam fecit Paulus Petro, an fuerit de mortali, an veniali? Item discordant in cessatione legalium, quando

quando fuit factã. Et sic unus alteri contradicendo falsum dicit: tamen non sequitur, quod alter eorum sit censendus hæreticus. Item Hieron. in prologo 1. Regum seu in quæstionibus, affirmat, quòd *Samuel fuit verus Sacerdos*, quod expressè negat August. in libro de qq. N. & V. T. dicens, Samuelem non fuisse Sacerdotem, cũ non fuerit de filiis Aaron. Et Hieron. 1. contra Jovinianum dicit. Simulq; cognoscendum est, quòd *Samuel Levita*, non Sacerdos, nec Pontifex fuit, ideoq; non nominatur inter Sacerdotes, sed inter eos, qui invocant nomen Domini. Dicta ergò istorum non innituntur infallibili Veritati, cùm sibi contradicant; quorum una pars necessariò est falsa, ut patet per Philosophum 4. Metaphysices. Quin imò ipse Augustinus in hac sententia sibi ipsi videtur adversari. Nam in libro de Quæst. N. & V. T. q. 46. dicit (ut diximus) *Samuelem non fuisse Sacerdotem*, & tamen lib 12. contra Faustum c. 35. sic dicit, commutatum fuisse Sacerdotium in Samuelem, reprobato Heli, & commutatum fuisse regnum in David, Saule reprobato: ubi clarè August. dicit, *translatum sacerdotium in Samuelem*, sic quòd Samuel verè fuit Sacerdos, sicut David verè fuit Rex. De eodem etiam Samuele *an fuerit resuscitatus*? videtur Augustinus *à seipso dissentire*. Nam in quæstion. N. & V. T. q. 27. tenet, quòd Samuel non verè fuit per Pythonissam resuscitatus, sed Dæmon in similitudine Samuelis apparuit Sauli: & in libro de cura agenda pro mortuis ponit, quòd anima Samuelis à dæmone *verè excitata, per artem magicam locuta fuit Sauli*. Hieron. etiam in illa quæst. an Saul fuerit Hierusalem? videtur quod in quadã Epist. ad Evagrium *fuit sibi contrarius*, qui etiam de illis interpretib. contrarium sensit ab August. It. Gregor. aliter sentit de Hierarchia sive ordinib. angelorum, quàm faciat Dionys. de cœlesti Hierarchia. Insuper Hieron. de *Bigamo* post baptism. promovendo, à cæteris discrepat. Ponit enim in Epist. ad Oceanũ quòd *Monogamus*, id est, unius uxoris vir debet in Episcopatũ promoveri, ita quod si ante baptismum unam vel plures habuit, hoc totum per baptismum deleri: qui si post baptismum unam tantum habuit, potest ordinari, non obstante quòd unam vel plures habuerit ante baptismum. Cujus contrarium tenent omnes scilicet, quod bigamus, sive ante baptismum sive post baptismum ordinari nec promoveri in Episcopatum potest, ut concludit Augustin. in libro de bono conjugali. Et habetur hæc contrarietas inter dictos sanctos in C. unius, C. Acatius 26. dist. ubi gloss. dicit, quòd in hac contrarietate *malè sentit Hieronymus*: unde Augusti-

*P. 166. in glossa non*

*dicit verũ, quia matrimonium nõ solvitur in Baptiſmo.*

nus eum correxit, & idem dicit Ambroſius in libro de officiis. Item Hieronymus ad Marcellam de quinque quæſtionibus ſcribens, dicit: Sanctos qui in fine mundi invenientur, non morituros, ſed vivos aſſumendos. Auguſtinus autem in lib. de Civit. Dei omnes morituros aſſirmat, prout ego dixi ſupra q. 18. Item Hieronym. ſuper Matth. dicit, hoc dictum Pſalmi, in omnem terram exivit ſonus eorum, &c. & illud Chriſti, prædicabitur Evangelium hoc in univerſo mundo, eſſe jam cõpletũ per Apoſtolos. Auguſt. autem, cui conſentit Origenes ſuper Matthæum tenet, hoc nondum eſſe completum. Item Hieron. ſuper Epiſt. ad Tit. tenet, Angelos per multa ſecula ante mundum viſibilem extitiſſe, & Deo ſerviiſſe, quod & Ambroſ. tenet, in Hexaem. Auguſt autem ſuper Geneſ. tenet, quòd ſimul in cœlo empyreo ſunt creati. Item Hieronymus in prologo libri Sapientiæ, tenet, quòd ille liber ſit Philonis, & non ſit computandus inter ſacras Scripturas. Auguſtinus autem in ſecundo Retractationum c. 4. oſtendit, ſe quandoque tenuiſſe quod fuerit editus à Jeſu Sirach, quod ibi retractat, & licet non exprimat, à quo ſit editus, tamen lib. 2. de doctrina Chriſtiana c. 8. enumerat illum inter libros ſacros. Item Hieronymus in libro Hebraicarum Quæſtionum dicit: quod Deus, antequam cœlum & terram faceret, paradiſum antea condiderat, propter illud, quod dicitur: plantaverat Deus paradiſum à principio. Auguſtinus autem ſuper Geneſin ad literam exponit, à principio, id eſt, tertia die. Item Auguſtin. in libro de Concordia Evangeliſtarum aſſerit, totam negationem Petri factam fuiſſe in atrio, & quæ dicta ſunt, inde poſt Chriſtum Jeſum ad Caiapham recipiendo dicta eſſe. Hieronymus autem ſuper Matthæum videtur tenere, quod Petrus in atrio Caiaphæ negaverit, cui Beda in Lucam conſentire videtur. Item Hieronymus ſuper illud Abacuch, mundi ſunt oculi tui, negat ſingulos angelos præpoſitos ſingulis corporalibus creaturis, & Auguſtin. in 83. quæſt. tenet, quòd ſic, cui conſentiunt Origenes & Damaſcenus. Et Hieronym. ſuper illud Joſuæ, projicite & mittite in mare, dicit, quòd *licet propria manu perire, ubi caſtitas periclitatur.* Auguſtinus verò in lib. 1. c. 19. ubi ſuprà de Civitate Dei, contrarium aſſirmat. Item beatus Cyprianus de baptiſmo hæreticorum aſſerebat, non eſſe apud hæreticos ſeu ſchiſmaticos, baptiſmum Chriſti, quem Auguſtinus reprehendit, ut habetur in C. Quomodo exaudit Deus de Conſecr. diſt. 4. traditur in cap. Si qui à Pſeudo. 1. quæſt. 1. Multa quoq; ſimilia reperiuntur, in quibus S. Doctores de fide inter ſe contraria ſcripſerunt, & ideò non obligant ad

ad firmiter credendum. Imò licet eis *absq; hæresis periculo contradicere*, nisi fidei, aut scripturæ aut determinatione Ecclesiæ approbentur, cum ut dictum est, reperiantur inter se adversari, & per consequens, includere falsum. Et testimonio Augustini & aliorum doctorum comprobatur, quòd eis non est necessariò standum in ijs, quæ in suis opusculis scripserunt, ut latè supra adduxi multas eorundem Doctorum autoritates in vers. tertia conclusio. Ultra quæ addo, quod dicit Anselmus l. 1. cur Deus homo, dicens de peccato: Omnia quæ dico, sic volo accipi, ut si quid dixero, quod major non confirmat authoritas, quamvis illud ratione probare videar, non alia certitudine accipiatur, nisi quòd interim mihi videtur, donec Deus mihi melius revelet, & sic Anselmus nonnulla tanquam probabilia solummodo dicere intendebat. Addo insuper, quod inquit Hieronymus ad epist. August. sic dicens: Nec mireris, si in tuis libris & maximè in scripturarum expositionibus, quæ vel obscurissimæ sunt, *quædam à recta linea discrepare videantur*. Et hoc dico, non quod in operibus tuis quædam reprehendenda jam censeam, neque enim lectioni horum unquam Operam dedi, neque horum exemplariorum apud nos Copia est, præter Soliloquiorum tuorum libros, & quosdam commentarios in psalmos: quos si vellem discutere, non dicam à me, qui nihil sum, sed à Veterum Græcorum videntur interpretationibus discrepare. Sicut ergò inter se ipsi sancti Doctores, ita & nos ab eis in multis salva fide & veritate scripturarum & S. R. E. determinatione, dissentire possumus.

Tertia probatio sumitur ex *Speciali prærogativa S. Scripturæ & sanctionum* universalis Ecclesiæ, quibus *solis* concedimus *infallibilis veritatis excellentiã*, ut testatur August. in C. Ego Solis, 9. dist. inquientis: ego solis eis scriptorum, id est scriptoribus, qui jam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum scribendo errasse audeã credere, aut si aliquid in eis offendero quod videatur contrariũ veritati, nihil aliud existimem, quã mendosum esse codicem, vel non esse assecutum Interpretem, quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigam & sequitur: nec te, frater mi, arbitror, sic libros tuos legi velle tanquam Prophetarum & Apostolorum, de quorum scriptis, quod omni errore careant, dubitare nefandum est, & absit hoc à pia humilitate & veraci de temetipso cogitatione: & alibi Augustinus l. 3. de Trin. c. 2. inquit: Sane cum in omnibus literis meis, non solùm pium lectorem volo mihi esse deditum, ita correctorem nolo sibi. Et sicut illis dico,

nolo

nolo meis literis, quasi scripturis Canonicis deservire, sed in illis, & quod non credebas, cum inveneris, incunctanter crede: in istis autem literis, quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmiter tenere: ita illi dico: noli meas literas ex tua opinione vel correctione, sed ex divina lectione vel inconcussa ratione corrigere; & in C. Noli 9. dist. inquit, noli ergo, frater, contra divina tam multa, tam præclara, tam indubitata testimonia colligere velle calumniam ex Episcoporum scriptis sive nostrorum sive Hilarij, sive Cypriani & Agrippini. Nam hoc genus literarũ ab autoritate Canonum distingvendum est. Non enim sic leguntur tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat. Et in epistola ad Fortunatum idem ait August. neque quorumlibet disputationes, quamvis Catholicorum, laudatorum hominum, velut Scripturas Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat (salva honorificentia, quæ illis debetur hominibus) aliquid in eorum scriptis improbare atq; respuere: & alibi August. in C. Quis nesciat 9. dist. inquit: Quis nesciat, Canonicam sanctam Scripturam vet. & novi Testamenti *certis suis terminis contineri*, eamque posterioribus omnibus Episcoporum literis ita præponi, ut de illa omninò dubitari non possit, utrum verum vel rectum sit quicquid in ea scriptum sit vel constiterit esse: quod secus est dicendum de Scripturis Sanctorum, post Canonem Bibliæ, ut supra dixi. Quin imò moderni Doctores *sæpe discedunt a scriptis sanctis sanctorum* inquit Robertus Holcot, quod sanctus vir *Anshelmus in multis fuit deceptus* propter *ignorantiam logicæ*: & Scotus in 3. sent. quasi destruit totum processum Anselmi, in libro, Cur DEUS homo? & ita sæpè alibi invenitur apud Doctores nostros. Iis ergo tribus probat tionibus existentibus, & alijs quæ induci possent, luculenter patet, dicta Sanctorum Doctorum non initi infallibili Veritati, cum in eis possit esse dubietas & falsitas, unde licet eis non consentire & improbare, ac reprehendere & non credere eis sine periculo hæresis. Ex quibus sequitur quod iste Septimus modus convincendi aliquem de hæresi & pertinacia non habet locum in eo, qui scienter negaret dicta sanctorum post Canonem Bibliæ. Contra tamen prædicta facit C. Sancta Romana Ecclesia 15. dist. ubi recipiuntur seu approbantur ab Ecclesia, multa opuscula sanctorum. Ad hoc dicendum est, quod non omnia opuscula sanctorũ quantum ad omnia contenta in eis, sunt per Ecclesiam approbata. Constat enim, quod in libris B. Augustini *multa inveniuntur contraria veritati,*

*quæ*

*quæ ipse postmodum revocavit*, & illa minimè approbantur: & sicut est de libri B. Augustini, ita est de libris multorum aliorum sanctorum, qui *nequaquam quo ad omnia approbantur*. Omnes tamen libri sanctorum de quibus in d. c. approbantur quo ad omnia, quæ nec per autoritatem, nec per alios sanctos correcta sunt. *Tantum Albertinus.*

Verum enimverò obiiciunt adversarij & dicunt ex Vincentio Lerinensi p. 203. quicquid non unus aut duo tantum, sed *omnes pariter* uno eodemque consensu apertè, frequenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit, id sibi quoque absque ulla dubitatione credendum. Ex Leonhardo Lessio de Antichristo in præfatione ad Lectorem: quare sicut in alijs mysterijs obscurissimis & cognitu necessarijs, maximè *ad Patrum expositionem & sententiam concordem tanquam* ab Apostolis derivatam *confugiendum est*, ita in hoc articulo de Antichristo. *Et quæcunque patres unanimi consensu absolutè affirmant, ea pro indubitatis habenda*, etiamsi fortè non ita clarè ex Scripturis probari posse videantur.

Bellarminus de Eucharistia l. 4. c. 10. non possumus, inquit, ex Patrum sententijs *aliquid certi colligere, quando inter se non consentiunt.*

Idem de Christo l. 5. c. 9. & certè longè tutius est tot veteres Patres, Græcos & Latinos in scripturarum explicatione sequi, quam novellos istos Doctores, qui non videntur sibi sapere, nisi omnibus contradicant.

De Christo l. 2. c. 2. *Patres nunquam omnes simul errant*, etiamsi aliquis eorum interdum erret, nos verò sequimur eos, quando *simul* aliquid docent, non quando proprias sententias alijs contradicentibus defendunt. *NB.*

Bellarminus de Concilijs l. 2. c. 2. sine dubio singuli Episcopi errare possunt, & aliquando errant & inter se quoque dissentiunt, ut nesciamus, quisnam eorum sequendus sit: ergò saltem omnes simul, præsertim in nomine Domini congregati, quando *uno ore nos docent, errare non poterunt.*

Idem de Purgatorio l. 1. c. 10. *Patres* errarunt in privatis opinionibus, quas alij refutarunt: at simul omnes in uno errore convenire non possunt, quin Ecclesia universa erret & pereat.

D. Lamparter contra D. Reihing tom. 2. fol. 521. Mit alles / was die Vätter gelähret vnd gethan / seind wir verbunden / sondern an das / was zum Glauben gehört / von Apostlen herkommen / vnd von der gantzen Kirchen ihrer Zeit / alß nohtwendig gehalten worden.

*Cæſar Baronius* Annal. tom. 2. Romæ edito anno 1588. ad annum Chriſti 34. p. 207. Nam Sanctiſſimos Patres, quos Doctores Eccleſiæ ob illorum ſublimem eruditionem merito nominamus, quantumlibet ea Spiritus ſancti gratia præ cæteris imbutos eſſe liqueat: in interpretatione Scripturarum *non ſemper, ac in omnibus* Catholica Eccleſia ſequitur.

Bellarminus de libero arbitrio lib. 4. c. 4. Scripturas intelligere debemus non pro arbitratu noſtro, ſed *juxta communem Sanctorum Patrum explicationem.*

D. Jacob Keller tom. 1. p. 409. Die Patres ſeyn näher bey der Apoſtel Zeit geweſen/als wir: ſeyn eines höhern Verſtands geweſen/ als wir: ſeyn mehr erleucht geweſen/als wir: haben jhr gantzes Leben im Studieren verzehrt/in Heiligkeit zugebracht ꝛc.

Tomo 2. pag. 888. Man findet vor hundert Jahren keinen Lutheriſchen Geiſt / kein Prædicantiſche Lehr/ **alles riechet nach dem Bapſtthumb/ alles iſt Catholiſch**/was gedencken die Prædicanten/wann ſie die Vätter leſen? **Seyn ſie doch alle wider ſie: Unſere ſeynd alle Vätter/alle Concilien** / alle Kirchen-Scribenten alle alte Kirchen/ꝛc. Wer wider die Heilige Vätter iſt/ der iſt wider die Warheit. Et: Die Patres ſeyn deß Luthers Lehr/ durchauß vnd auß/ nicht hold / **kein einzigen Puncten außgenommen**/ in dem er wider vnſern Glauben fecht.

D. Lamparter tom. 2. p. 547. de Purgatorio, Den Glauben nehmen wir nicht auß den Schul-Fragen/ſondern auß dem Wort GOttes/vnd ſonderlich auß dem **vngeſchriebenen**/ welches ſich nicht alſo hin vnd her ziehen läſt/wie dz geſchriebene Wort ſich offt leyden muß: Das vngeſchriebene bleibt vnverfälſcht/ vnd hat jederzeit die Ketzer auß dem Feld gejagt/vnd wider ſie triumphirt.

*Iacobus Pontanus* Soc. Jeſ. in S. Cyrilli Alexandrini Commentarium ſuper XI. Prophetas ad Lectorem: Sunt itaque priſci illi Patres *fontes ipſimet, & fontes puriſſimi*, quorum pellucidulis laticibus poſterorum ingenia ad offerendas doctrinarum ſegetes feliciſſimè ac diviniſſimè irrigantur.

Jam videamus, an, ſi Patres conſentientes aliquid affirment aut negent, ab illorum judicio ubiq; & ſemper ſit ſtandum, ab eorum conſenſu ne transverſum quidem unguem ſit diſcedendum.

1. An-

1. Antichristum nasciturum de tribu *Dan* asserunt I. Irenæus, Hippolytus, Ambrosius, Augustinus, Prosper, Theodoretus, Gregorius, Beda, Rupertus, Arethas, Richardus, Anselmus, teste Bellarmino de Pontifice Romano l.3. c.12. dicente, hanc sententiam esse valdè quidem probabilem, non tamen omninò certam.

2. Animas omnes, quantumvis sanctorum hominum usque ad ultimum judicii diem servari in quibusdam abditis receptaculis, ubi nec Deum videant, nec beatæ dici possint, nisi in spe: consentiunt Patres, Tertullianus, Justinus, Irenæus, Origenes, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, Arethas, Euthymius, Lactantius, Victorinus Martyr, Hilarius, Prudentius, Ambrosius, Augustinus, Bernhardus, referente Bellarmino de Ecclesia triumphante lib. 1. cap. 1. & sequentibus.

*Alcuinus* in epistolis apud D. Henr. Canisium Tom 1. antiquarum rect. fol. 114. Est quoq; in quibusdam clancula [illegible] tatio, animæ sanctorum Apostolor. & martyrum, a-liorumque; perfectorū ante diem judicij, in cœleste recipiantur regnum? His & hujusmodi speculis de placentis (ut æstimo) exemtis perfidiæ, unitatem sanctæ & Cathol. Ecclesiæ, & veritatē universalis fidei aliqui vulnerare nitentes. etiam spurcissimis errorum fæcibus limpidissima Ecclesiastica fidei pocula inficiunt, & nuptiale vinū, um, quod Christus ex aqua virgini matri, Ecclesiæ scil. sanctæ, salubriter potanda conver-tit, iterum in aquas stultitiæ converti conantur.

3. Angelos esse corporeos, docuerunt Origenes, Tertullianus, Lactantius, Cassianus, Rupertus, Abbas, Augustinus, Macarius.

4. Ad baptismum sufficere invocationem unius personæ divinæ, ac præsertim Christi, ex Ambrosio, Beda, Bernhardo, Hugone de S. Victore, Magistro sententiarum, Nicolao Papa, Bellarmino referente de Baptismo cap.3.

5. Baptismum Johannis non remisisse peccata, ex Origene, neque dedisse Spiritum S. nec remissionem delictorum, ex Tertulliano, Cypriano, Optato Milevitano, Ambrosio, Hieronymo, Gregorio, Augustino, ut refert Bellarm. de Baptismo l.1.c.21.

6. Antiqua & universalis consuetudo Ecclesiæ fuit, ut solùm in paschate & Pentecoste daretur baptismus ex Sirino, Leone, Gelasio, Cyrillo, Hieronymo, Augustino, docet Bellarm. de Baptismo l.1.c.26.

7. *Chiliastæ fuerunt* Papias, Tertullianus, Victorinus, Severus, A-

polinaris, Justinus Martyr, Irenæus, apud Possevinum Apparat. to. 2 p. 286. Hesychius l. 2. p. 137.

Baronius in Martyrologio ad diem 22. Febru. p. 95. *de millenarijs.* S. Dei Ecclesia Catholica aliquandiu de ea re supersedit, judiciumq; suspendit, nec aliquid de his qui ea scribebant, definivit, cum præsertim non vulgares homines, sed sanctiss. atq; doctiss. viri id affirmarent. Paulò post à Damaso Papa Romæ putatur esse damnata.

8. Cicatrices in corpore Christi, in omnem æternitatem esse permansuras, videntur statuisse, Augustinus, Cyrillus, Theodoret⁹, Hieronymus, Leo, Chrysostomus, Hippolytus, Cyprianus, Bernhardus. Videatur Busæus contra Schwenckfeldium N. 2. b.

9. Cœnam Domini etiam infantibus Ecclesiam dare consuevisse, apparet ex Dionysio, Cypriano, Ambrosio, Augustino, Innocentio, Zozimo, apud Claudium Espencæum de Eucharistia p. 57.

10. Dæmones omnes jam nunc puniri, tam pœnâ damni, quam pœnâ sensus, statuit Bellarminus. Contrarium dicunt Justinus, Irenæus, Epiphanius, Oecumenius, de quibus ait, se non videre quo pacto *ab errore* possint defendi, Bellarminus de Ecclesia triumphante l. 1. c. 6.

11. Gigantes ex Angelis & mulieribus esse genitos, asserunt Ambrosius, Chrysostomus, Lactantius, Justinus Martyr, Tertullianus, Eusebius Cæsariensis. Videatur Vellosillus in advertentijs p. 205.

12. Infantes sine baptismo decedentes, mortis æternæ pœna esse damnandos, Bellarminus de amissione gratiæ l. 6. c. 2. ex Papis Romanis, Concilijs, Augustino, Prospero, Fulgentio, Beda, Cypriano, Anselmo, Bernardo.

13. Mosen nondum esse mortuum, proinde nec sepultum, sed translatum cum Enoch & Elia, ex Hilario, Ambrosio & Nysseno, referente Bellarmino de Ecclesia triumphante l. 2. c. 4.

14. Secundas nuptias prohibuit Concilium Neocæsariense à Papa approbatum, Bellarminus de Concilijs l. 2. c. 8.

15. Purgari debere post hanc vitam *tam bonos*, *quam malos*, uno Christo excepto, ex Alcuino, Origene, Hilario, Hieronymo, Lactantio, Ambrosio, Bellarmino referente de Purgat. l. 2. c. 1.

16. De peccato in spiritum S. non rectè locuti sunt Athanasius, Hilarius, & Anselmus. Vide Bellarminum de pœnitentia l. 2. c. 16. Illorum sen-

ſententia videtur temperanda, qui ſcripſerunt, peccatum in Spiritum ſanctum eſſe *irremiſſibile abſolutè*.

17. De peccato primo primorum parentum, Ambroſius & Chryſoſtomus non accurratè ſenſerunt, Bellarminus de amiſſione gratiæ lib. 3. cap 4.

18. Propagationem generis humani, in ſtatu innocentiæ non per nuptias fuiſſe futuram, docuerunt Nyſſenus, Chryſoſtomus, Damaſcenus & Hieronymus, Bellarminus de amiſſione gratiæ l. 3. c. 11.

19. Sacrificium offerri Deo pro Apoſtolis, Martyribus, Prophetis, ex Epiphanio, Cyrillo, Chryſoſtomo: at Bellarminus ait, *beatos non poſſe juvari ſuffragijs. De purgat. l.* 2.18.

20. Stellas, ſive aſtra, ſidera non modò calorem virtute & vi ſua efficere, ſed in ſe ipſis quoque calorem cohibere ſeu ignea conſtare natura, ſenſerunt Auguſtinus, Baſilius, Ambroſius, Ægyptij veteres. Jacobus Pontanus in Philocalia l. 5. c. 15. p. 159.

21. *Laurentius Cuperus* S. Theol. Licent. Carmelitarum infer. Germ. Provincialis in Genealogia & vita B. ANNÆ, Chriſti aviæ maternæ, ſcribit ex relatione Patrum, fol. *66*. Joſephum ante deſponſationem Virginis, non Virginem, ſed viduum fuiſſe, & citat Chryſoſtomum, Hippolytum martyrem, Theophlyactum, Epiphanium, Gregorium Nyſſenum, Hilarium, Ambroſium, Origenem: & tamen ab horum conſentientium ſententia receſſit.

Sed ſufficiant hæc viginti & unum exempla probantia, Patrum etiã conſenſum, nec eſſe infallibile argumentum veritatis divinæ. Jam ſi ex ſingulis centurijs ſinguli Patres eſſent adducendi,

*Dicere conarer, quot fulgeat ignibus æther,*
*Et quota in Oceani bellua mole natet.*

Concludimus hoc thema acroamate Cæſaris Baronij in martyrologio Roman. ſcribentis fol. 457. Quod ſi ob unum errorem vel alterum in vitis Sanctorum inventum, cætera quæ remanent, fide carere dixerimus, profectò omnes ferè ſanctorum vitas in maximum diſcrimen inducimus, cum penè *in omnibus aliquid notari poſſit, quod corrigendum videatur*, ſitq; canonicarum tantummodò ſcripturarum *ſingularis prærogativa, ut in eis cuncta vera, inconcuſſa, certaque* narrentur.

D. Luthers Kirchen-Postill Evangelium am H. drey König Tag/fol. 173. Wer sagts aber jhnen/daß die Vätter nicht auch finster sind? Oder wer will uns gut darfür seyn/daß die Vätter nicht jrzen in jhrem außlegen? Sintemal es offenbar ist/ daß sie offt geirret/offt wider sich selbst/offt auch wider ein andern/und gar selten einträchtiglich stimmen. Das schicket GOtt also/und macht solch der Vätter Außlegen auch ungewiß/wehret auff allen Seiten/daß wir jhm nicht auß seiner Schrifft lauffen: Darum sollen wir wissen/daß nicht wahr sey/daß sie sagen/die Vätter erleuchten die finstere Schrifft. Sie thun den Vättern unrecht und beliegen sie. Der Vätter Werck ist/nicht die Schrifft erleuchten mit jhren eygen Glossen/sondern klare Schrifft herfür bringen/und also Schrifft mit Schrifft bloß ohn alles jhr eygen zusetzen beweisen.

## ORATIO II.
## De Augustino Labili.

IN Papatu sæpè *Augustinus* pingitur & in æs inciditur, inter Christum in cruce pendentem, & B. Virginem lac emittentem, genibus flexis, cum hac inscriptione:

*Hinc lactor ab ubere: Hinc pascor à vulnere:*

Sub Augustino:

*Positus in medio, Quò me vertam nescio.*

p. 138.

Inde Francisci Remondi Soc. Jes. versus:

Ubera *me matris, Nati me* vulnera *pascunt,*
*Scilicet hæc animi sunt medicina mei.*
*Nam mihi dum lachrymas dolor elicit, ubera sugo,*
*Rideat ut dulci mixtus amore dolor.*
*At me pertentant dum gaudia, vulnera lambo*
*Vt me læta pio mixta dolore juvent.*
*Vulnera sic Nati lambo, sugo ubera matris,*
*Secura ut varia sint mihi sorte vices.*
*Quis sine lacte precor, vel quis sine sanguine vivat:*
*Sanguine Nate tuo, lacte Puella tuo:*

*Sic lac pro Ambrosia, suavi pro nectare sanguis,*
*Et me perpetuo vulnus & uber alat.*

Ad eundem sensum & consensum scripsit etiam *Bernhardus Bauhusius* in Epigram. p. 113.

*Hic mel: hæc lac est: hic lac est, tota mel illa est:*
*O Superi, fingi dulcior ulla potest?*
*Ipsa salus mundi hic, simul hic spes altera mundi est,*
*Mortales: pingi lætior ulla potest?*
*O Iesu, O Virgo, si nunc depicta tabella*
*Vestra paris faciès gaudia tanta mihi!*
*Quanta dabit non in tabula, quæ gaudia coram!*
*O felix coram gaudia quanta dabis!*

Verba sub Augustino: *Positus in medio, quò me vertam nescio*, dubitationem aliquam inferre videntur, quasi Augustinus titubaverit, *per Christum ne, an per B. Virginem sit redemtus?*

Atqui Augustinus ex Esaiæ cap. 63. didicit, Christum solum torcular calcasse, & in opere redemtionis, nullam creaturam, veluti causam sociam agnovisse. Itaque rectè hac in re Bonaventura sensit in 3. Sent. dist. 3. q. 2. Cavendum, ne dum Matris excellentia ampliatur, Filii gloria minuatur, & sic in illo mater provocetur, quæ magis vult Filium extolli, & honorari, quàm seipsam, utpote Creatorem creaturæ.

Rectius *S. Ferrandus, Diaconus Carthaginensis*, Timeo, ne amplificatio creaturæ Creatoris sit potius imminutio. P. 65.

Rectissimè *Theodoretus* Historiæ Ecclesiasticæ, l. 1. c. 4. pag. 9. πᾶσα ἀσεβὴς φωνὴ, εἰς τὸν υἱὸν λέγειν τολμωμένη, εἰς τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει. Omnis impia vox, quæ temerè contra Filium profertur, in Patrem quoque recidit.

Glossa in Decreto Gratiani Dist. 9. C. Noli meis, consentiente Pontifice Gregorio XIII. expressè asserit, Scripta Patrum authentica, & tenenda omnia, usque ad ultimum Iota.

Verum enim verò Patribus sine Scriptura vel etiam contra Scripturam aliquid asserentibus, fides habenda non est. Nos non in verba hominum, sed Dei juramus.

Testimonia Patrum, inquit *Bellarminus* de Eucharistia l. 2. in præfatione *Non æquantur per se* Scripturarum testimoniis.

Bellarminus de Monachis l. 2. c. 17. Non omnia facta Sanctorum imitanda

imitanda esse dicimus, sed ea solùm, quæ neque pugnant apertè cum regula fidei, neque inveniuntur vel à Scriptura vel ab aliis sanctis Viris reprehensa.

Idem l.2.c.27. Non enim Catholici Doctores provocarunt unquam à Scriptura *ad homines*, sed in scripturæ intelligentia à judicio paucorum seditiosorum ad judicium multorum sapientissimorum.

Bellarminus de Laicis l.3.c.20. Patres non esse hostes Ecclesiæ, *&* *eorum errata*, nō hæreses sed humanos esse errores præterea errores Patrū esse errores extinctos & mortuos, qui nocere non possunt: &, Patrum errores non fuerunt detecti, dum Patres ipsi viverent: alioquin enim vel ipsi eos emendassent, vel ab Ecclesia rejecti fuissent.

Ita *Arnaldus Albertinus* Episcopus Hispanus quæst.30.§.49.&50. rectè concludit, *Hæreticus non est, qui tenet contra doctrinam S. Augustini*, & similium Doctorum. Veritas infallibilis non est in scriptis Augustini, Ambrosii, Hieronymi & similium.

Proinde videamus, an scripta S. Augustini sint authentica & tenenda omnia usque ad ultimum Jota? ἄνευ παθῶν sine affectibus. Nemo periculosius peccat, teste Primasio ad Rom. quàm qui peccata defendit. *Audite, judicate*, quid S. Augustinus de se ipso scripserit ad Vincentium Victorem de anima & ejus origine l.4. c.15.pag. 809. O si illa reprehenderes mea, quæ justa reprehensione sint digna: neque enim negare debeo, sicut in ipsis moribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possint justo judicio, & nulla temeritate culpari.

Tom.7.

*Alphonsus Tostatus* in Defensorio trium Conclusionum, part.2.c.18. Augustinus nec scivit omnes veritates, quando composuit librum Retractationum, nec ei Deus omnes revelavit. Augustinus non solùm de morte Domini, sed etiam de multis, quæ sunt expresse contra Bibliam, & in libris de Civitate Dei dicit sive sua culpa, sive librariorum, parte secunda cap. 18.

## TOMO I.

S. Augustinus aliquando statuit, Fidem, & Perseverantiam in fide, in viribus liberi arbitrii esse. Ex epistolis Prosperi & Aurelii Arelatensis ad Augustinum patet, Semipelagianos docuisse, *Fidem esse causam meritoriam prædestinationis*, ideoque in naturali facultate liberi arbitrii penitus esse sitam. Distinguebat enim inter fidem & bona opera: bona opera

operaagnoſcebant eſſe dona Dei, contra Pelagium: at fidem & perſeverantiam in fide, in viribus liberi arbitrii ſitas eſſe, cum eodem Pelagio contendebant.

A quo errore ne quidem S. Auguſtinus fuit immunis. Ita enim ſcribit libro de baptiſmo: *ut iſte credat, ille non credat, propriæ eſt voluntatis*; ſed ut iſte audiat, quod credat, ille non audiat, hoc non eſt in hominis poteſtate.

Et poſtquam in lib. Expoſitionis quarundam propoſitionum epiſt. ad Romanos, fidem cauſam electionis eſſe dixerat, in lib. 1. Retractationum c. 23. p. 23. 24. id corrigit & ſcribit: Quòd ergò credimus, noſtrum eſt: quod autem bonum operamur, illius eſt, qui credentibus dat Spiritum S. profectò non dicerem, ſi jam ſcirem, etiam ipſam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem Spiritu. Utrumque ergò noſtrum eſt, propter arbitrium Voluntatis; & utrumque tamen datum eſt per Spiritum fidei & charitatis. Illa non ſcripſiſſem, ſi fidem non minus, quàm bona opera Dei donum eſſe intellexiſſem. Nec ſolùm hoc modo correxit, ſed & graviſſimè refutavit in libro de Prædeſtinatione Sanctorum, in libro de bono perſeverantiæ & in Epiſtolis.

Quò tendunt illius ſententiæ, quibus *Fidei prævisionem* alicubi ex decreto prædeſtinationis excludit: quærimus, inquit, meritum miſericordiæ nec invenimus, quia nullum eſt; ne gratia evacuetur, ſi non gratis donatur, ſed meritis redditur.

*Epiſt 105. p. 300. Sixto Presbyt.*

Si enim dixerimus fidem præceſſiſſe, in qua eſſet meritum gratiæ, quid meriti habebat homo ante fidem, ut acciperet fidem? Quid enim habet, quod non accepit? Si autem accepit, quid gloriatur, quaſi non acceperit? Sicut enim non haberet homo ſapientiam, intellectum, conſilium, fortitudinem, ſcientiam, pietatem, timorem Dei, niſi ſecundum propheticum elogium accepiſſet ſpiritum ſapientiæ & intellectus, conſilii & fortitudinis, ſcientiæ & pietatis & timoris Dei: ſicut non haberet virtutem, charitatem, continentiam, niſi accepto Spiritu, de quo dicit Apoſtolus, non enim accepimus ſpiritum timoris, ſed virtutis & charitatis & continentiæ, ita non haberet fidem, niſi accepiſſet ſpiritum fidei.

Item ad Vitalem epiſt. 107. fol. 321. Ut in Deum credamus, & piè vivamus, non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, non quia velle non debemus & currere, ſed quia ipſe in nobis & velle operatur & currere. Unde & ipſe dominus Jeſus credentes à non credentibus, id

est ab iræ vasis vasa misericordiæ discernit: nemo, inquit, venit ad me, nisi ei fuerit datum à Patre meo.

Cæterum quidam ita inter utrumque decretum dividunt, ut quidem prævisionem malorum operum decreto reprobationis substernant, *electionem verò absolutè factam sentiant*, sine ulla ullius conditionis in eligendo consideratione.

Ad quam sententiam propendere videtur Augustinus, ita enim scribit epist. 105. pag. 306. ad Sixtum Presbyterum. Intentio intuenda est Apostoli, quomodo, propter gratiam commendandam nolit eum, de quo dictum est, Jacob dilexi, nisi in Domino gloriari, ut cum ex eodem Patre, eadem matre, uno concubitu, antequam aliquid egissent boni aut mali, alterum Deus diligit, odit alterum, intelligat Jacob ex illa massa originalis iniquitatis, ubi fratrem suum, cum quo habuit communem causam, videt per justitiam meruisse damnari, non nisi per gratiam se potuisse discerni.

*fol.* 312. Item in libro ad Bonifacium contra Pelagianos epist. 106. Doctor gentium in fide & veritate istos geminos nondum natos, nihil boni & mali egisse testatur, ut gratia commendetur, ut quod dictum est, major serviret minori, non ex operibus, sed ex vocante dictum intelligatur, ut secundùm electionem Dei propositum maneret, non meritum hominis anteiret. Non enim dicit electionem Dei voluntatis humanæ sive naturæ, cum par esset in utroque mortis damnationisque conditio, sed electionem procul dubio gratiæ, quæ non invenit eligendos, sed facit.

*Tom. I.* Augustinus pro lupanaribus scripsit de ordine l. 2. cap. 4. fol. 334. Aufer meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinibus. Constitue matronarum loco, labe ac dedecore dehonestaveris. De hoc acroamate Augustini Episcopus Anglicanus ita scribit: Augustinus cum ita scriberet, nec sanctus, nec Episcopus, nec Presbyter, nec denique Christianus erat.

## TOMO II.

1. S. Augustinus putavit, Eucharistiam infantibus necessariam, epist 106. p. 315. Si autem credunt *sedi* Apostolicæ, vel potius ipsi magistro & Domino Apostolorum, qui dicit; non habituros vitam in semetipsis, nisi manducaverint carnem filii hominis, & biberint sanguinem; quod ita baptizati non utique possint, nempe aliquando fatebuntur, parvulos non bapti-

baptizatos vitam habere non posse, ac per hoc, quamlibet tolerabilius omnibus, qui etiam propria peccata committunt, tamen æterna morte mulctari. Et: quòd si absurdissimum est, & à justitia Dei penitus alienum, & tamen nullus, qui se meminit catholicæ fidei Christianum negat aut dubitat parvulos non accepta gratia regenerationis in Christo, sine cibo carnis ejus & sanguinis potu, non habere in se vitam, ac per hoc pœnæ sempiternæ obnoxios, &c.

Bellarminus de Eucharistia l.1.c.7. Augustinus tribuit infantibus manducationem Sacramentalem non in re, sed in voto implicito.

2. Augustinus epist.99.p.284. putavit Christum aliquas animas in ipso inferno damnatorum eripuisse, solutis doloribus inferni non in omnibus, sed in quibusdam accipi potest, quos ille dignos ista liberatione judicabat: ut neque frustra illuc descendisse existimetur, nulli eorum profuturus, qui ibi tenebantur conclusi, nec tamen sit consequens, id quod divina quibusdam misericordia justitiaque concessit, omnibus necessum esse putandum sit.

Augustinus de Genesi ad literam l.12.c.33.fol.498. Et Christi quidem animam usque ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, ut eos solveret à tormentis, *quos esse solvendos*, occulta nobis sua justitia judicabat, non immeritò creditur. Et: solutis doloribus inferorum, quia non poterat teneri ab eis, non video, nisi ut *quorundam dolores* apud inferos eum solvisse accipiamus, &c.

3. Idem de voluntate DEI non recto pede incessit, nam epist.107. p.323. ita scribit: ita quod dictum est, omnes homines vult Deus salvos fieri, *cum tam multos nolit salvos fieri*, ideò dictum est, quia omnes, qui salvi fiunt, nisi in ipso volente non fiunt, & si quo alio modo illa verba Apostolica intelligi possunt; ut tamen huic apertissimæ veritati, in qua videmus tam multos *volentibus hominibus, sed Deo nolente salvos non fieri*, contraria esse non possint.

4. Augustinus videtur in Novatii sententia fuisse, eum, qui post susceptum baptismum insigne aliquod facinus in se admisisset, nunquam cum fratribus suis in gratiam redire, vel Ecclesiæ restitui posse, non quòd pœnitentiam agentem, merentem & lugentem peccatorem, ad divinæ misericordiæ disperationem adigere vellet, sed ut aliis exemplo & terrori esset. Itaque Beatus Rhenanus in argumento libelli Tertulliani de pœnitentia, in hac sententia, inquit, veterum permulti fuerunt, & in iis

etiam Augustinus. Sic autem loquitur Augustinus epist.54. fol.155. Quamvis autem cautè salubriterque provisum sit, ut locus illius humillimæ pœnitentiæ *semel in Ecclesia concedatur*, ne medicina urbis minus utilis esset ægrotis, quæ tantò magis salubris est, quantò minus contemtibilis fuerit, quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui post primam pœnitentiam, rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Hoc ergò inter Ecclesiam & Novatum interesse videmus: ei, qui publicè peccasset, reconciliationis publicæ *locum semel tantùm concessit Ecclesia*, Novatus omninò concessit.

## TOMO III.

1. S. Augustinus stravit viam Calvino, verba Cœnæ Dominicæ tropicè id est figuratè esse intelligenda, de doctrina Christiana l.3.c.16. p.37. Si præceptiva locutio est, aut flagitium aut facinus vetans, aut utilitatem aut beneficentiam jubens, non est figurata, si autem flagitium aut facinus videtur jubere aut utilitatem, aut beneficentiam vetare figurata est. Nisi manducaveritis, inquit, carnem filii hominis & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis, *facinus vel flagitium videtur jubere*. Figura est ergò, præcipiens passioni Domini esse communicandum suaviter atque utiliter recondendum in memoria, quòd pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata sit.

2. Tam bonos, quàm malos angelos statuit esse corporeos, de Genesi ad literam l.3.c.10.fol.377. Quapropter etsi dæmones aërea sunt animalia, quoniam corporum aereorum naturâ vigent, & propterea morte non dissolvuntur, quia prævalet in eis elementum, quod ad faciendum quàm ad patiendum est aptius, &c.

Bellarminus de Ecclesia Triumphante l.1. c.4. Angelos habere corpora aërea vel ignea, naturaliter unita D. Augustinus opinatus est

3. De Ecclesiasticis dogmatibus c.74.p.146. Baptizatis tantùm ite esse salutis credimus. Nullum catechumenum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio, ub tota Baptismi Sacramenta complentur.

Bellarminus de Ecclesia militante l.3 c.3.p.45. auctor libri de Ecclesiasticis dogmatibus c.74. apertè respondet, catechumenos non salvari. *Sed hoc nimis durum esse videtur.*

4. Augustinus statuit omnia in momento ἀθρόως ϗ ἐν ῥιπῇ, simul esse condita, de mirabilibus S. Scripturæ c.1. p.501. Sed quamvis per septe dierum alternationem omnis instituta fuisse creatura perhibetur: ne

tame

tamen hæc dierum alternatio per ſpatium temporis intelligitur, ſed in his operum viciſſitudo declaratur. Auguſtinum ſecuti Albertus Magnus, Philo Judæus, Cajetanus, & Procopius Gazæus. E contrario mundum eſſe factum particulatim & per ſex dierum intervalla, Pererius probabiliorem aſſerit. Videatur Jacobus Gordonus fol. 16.

5. Idem ſenſit, Deum ædificaſſe coſtam mediatè per angelos, de Geneſi ad literam l. 9. c. 15. p. 449. Aliter ergò quæritur, quemadmodum ſit ſeparatus Adam, coſtaque ejus ſine ullo doloris ſenſu à corporis compage detracta ſit. Hæc enim fortaſſe dicantur *potuiſſe per Angelos fieri*; formare autem vel ædificare coſtam, ut mulier eſſet, uſque adeò non potuit, niſi Deus, à quo univerſa natura ſubſiſtit, ut ne illud quidem carnis ſupplementum in corpore viri, quod in illius coſtæ ſucceſſit locum, ab angelis factum eſſe crediderim. &c. *Pineda in c. 10. Iob fol. 384.* Damnatur præterea hoc loco Philo, cum alijs hæreticis exiſtimantibus humanum corpus productum fuiſſe ab angelis, quanquam Auguſt. lib. 9. Super Geneſ. ad literam c. 15. *potuiſſe fieri* doceat, ut in primi hominis corporis formatione aliquod miniſterium adhibuerint angeli &c.

6. Alphonſus à Caſtro part. 1. Nam idem beatus Pater ſæpiſſimè anceps eſt & dubius, quid de Animæ Origine ſentiendum ſit.

De Geneſi ad literam l. 10. c. 15. p. 460. Occulta ergò iſta cauſa eſt: & utriſq; pariter, quantum exiſtimo, nec ſuffragatur, nec adverſatur. Cap. 16. p. 460. Non abſurdè credunt, qui animos ex unius traduce ſapiunt, niſi aliqua manifeſta, & liquida, vel ratione, quæ ſcripturis ſanctis non repugnat, vel earum ipſarum ſcripturarum autoritate redarguantur.

Cap. 17. p. 461. ita & hæc verba libri hujus aut magis eis favent, qui animarum traducem loquuntur, aut ſi & iſti ea poſſunt pro ſe interpretari, inter utroſque alternant.

De Geneſi ad literam l. 10. c. 25. p. 464. His igitur quantum pro tempore potuimus, pertractatis, *omnia paria, vel penè paria ex utroque latere* rationum teſtimoniorumque monumenta pronunciarem, niſi *eorum ſententia*, qui animas *è parentibus creari* putant, de baptiſmo parvulorum *præponderaret*.

To. 1. Retractationum l. 1. c. 1. Nam quod attinet, ad ejus Originem, qua fit ut in corpore, utrum de illo uno ſit, qui primum creatus eſt, quando factus eſt homo in animam vivam, an ſemper ita fiant ſingulis ſinguli *nec tunc ſciebam, nec adhuc ſcio.*

*An Cœlum ſit animatum?*

7. Jacobus Janſonius, Profeſſor Lovanienſis in Liturgicis ſeu expoſitione Canonis Miſſæ fol. 308. Cœli Cœlorumque Virtutes: D. Thomas arbitratur, auctorẽ præfationis id poſuiſſe ex ſententia eorum, qui putaverunt, Cœlum eſſe animatum, Solem ſimul, Lunam & ſtellas, quæ conformiter eſſent intelligenda per cælorem virtutes.

Quam ſententiam Auguſtinus profitetur ſibi eſſe *incertam*, ſicut & ſecundo de Geneſi ad literam profitetur, eam *non eſſe fidei contrariam*: & ſi vera ſit, quærit Auguſtin. num animæ cæleſtium corporum pertineant ſocietatem angelorũ. Et quia D. Thomas attribuit Auguſtino, quòd putaverit pertinere debere, per id tolleretur inconveniens: quod alioquin apparet hic admitti, cum in medium angelorum inferuntur animata corpora cœlorum. Non enim conveniens inter illa recenſeri, qui bus oportet accenſeri. Cum verò illa ſententia hoc tempore *omnium judicio improbetur* &c.

Auguſtinus de Geneſi ad literam l. 8. c. 20. p. 440. Deus ſpiritualem creaturam corporali præpoſuit, quod ſpiritualis tantummodo per tempora mutari poſſet, corporalis autem per tempora & loca.

Lib. 8. c. 23. p. 441. Subdit primitùs omnia ſibi, deinde creaturã corporalem creaturæ ſpirituali, irrationalem rationali, terreſtrẽ cœleſti &c.

Cap. 24. p. 441. Ac per hoc ſublimibus angelis ſubditè fruentibus, & Deo beatè ſervientibus, ſubdita eſt omnis natura corporea, omnis irrationalis vita, omnis voluntas vel infirma, vel prava, &c.

8. Auguſtinus de Geneſi ad literam l. 7. c. 24. fol. 448. Animam cum Angelis, ſine corpore, fuiſſe creatam, poſtea verò ad corpus acceſſiſſe. Illud ergò videamus, utrùm forſitan verum eſſe poſſit, quod certè humanæ opinioni tolerabilius mihi videtur, Deum in illis primis operibus, quæ ſimul omnia creavit, animam etiam humanam creaſſe, quam ſuo tempore membris ex limo formati corporis inſpiraret, cujus corporis in illis ſimul conditis rebus rationem creaſſet cauſaliter, ſecundũ quã fieret, cum faciendum eſſet corpus humanum. Nam neque illud quod dictum eſt, ad imaginem ſuam, niſi in anima, neque illud quod dictum eſt, maſculum & fœminam, niſi in corpore, rectè intelligimus. Credatur ergò, ſi nulla Scripturarum autoritas ſeu veritatis ratio contradicit, hominem ita factum ſexto die, ut corporis quidem humani ratio cauſalis in elementis mundi, anima vero jam ipſa crearetur, ſicut primitùs conditus

ditus est dies, & creatus lateret in operibus DEI, donec eam suo tempo-
re sufflando, hoc est inspirando, formato ex limo corpori insereret.

## TOMO IV.

1. S. August. ad Simplician. q. 2. p. 446. statuit, *electionem à bonor. operũ prævisione pendere*: sed sicut præscientia vidit crediturũ, ita præscien-
tia videre poterat operaturũ, ut quomodo dicitur elect' *propter fidem fu-
turam*, quam præsciebat DEUS, sic alius possit dicere *propter futura opera*
potius electum, quæ nihilominus præsciebat Deus. Et: non ergò secun-
dum electionem propositum DEI manet, sed ex proposito electio: id est;
non quia invenit DEUS opera bona in hominibus, quæ eligat, ideo ma-
net propositum justificationis ipsius: sed quia illud manet, ut justificet
credentes, ideò invenit opera, quæ jam eligat ad regnum cœlorum. Et:
unde quod dictum est, quia elegit nos DEUS, ante mundi constituti-
onem non video, quomodo sit dictum, nisi præscientia.

*Bellarminus* de gratia & libero arbitrio l. 2. c. 15. p. 203. ait: Ve-
runtamen est hæc opinio *parum congruens* cum Scripturis & liberis Au-
gustini posterioribus, & ipsa ratione. Et: vides *quam aliter sapiat Augusti-
nus senex, quam Augustinus juvenis*. Nam senex scripsit ad Sixtum & Pau-
linum, juvenis ad Simplicianum.

Hieronymus *Osorius* Episcopus Hispanus de Justitia l. 9. p. 125. b.
Ut à Clemente, inquit, & Origene & Eusebio ad Hieronymum usque
pervenias, aut ut verius dicam, ab Apostolorum temporibus ad Augu-
stinum usq;, seriem hominum clarissimorum oratione recenseas, omnes
videbis in hac sententia fuisse, ut Deus ab æterno tempore, secundum
quod noverat eventurum id, quod erat in hominum potestate relinquen-
dum, ita de singulis hominum personis statuisse; verbi gratia, prævidit Ju-
dam esse Christum proditurum, & idcircò *Judam, multo ante quã nascere-
tur improbavit, & exitio sempiterno destinavit*. Similiter prospexit in Petro,
*ob quam illi* misericordiam retribuere à tempore sempiterno constituit.
In hac eadem sententia fuit Augustinus, ut illius scripta declarant, *sed ali-
quando tandem à reliquis omnibus atq; se ipso discessit*.

2. Augustinus in quæstionibus V. & N. Test. q. 21. & 45. ait, muli-
erem non esse creatam ad imaginem Dei p. 508. Mulier autem, inquit,
*velet* caput. Quare? Quia non est imago Dei.

P. 519. Aliquibus tamen videtur, quia in dominatione Dei imago
est.

est factus homo, & quia dicit, & dominetur piscium maris & volatilium cœli & totius terræ, cum non solum viro sed & mulieri ista cernantur subjecta, quam constat Dei imaginem non habere.

Bellarminus de Sacramentis in genere l. 2. c.10. p. 64. ait librum citatum non esse Augustini, sed alterius hæretici, qui multa docet & contra fidem & contra Augustinum.

Gratianus tamen citat nomine Augustini, secunda parte Decreti Causa 33. Quæst.5.§. hæc imago Dei &c.

3. Augustinus in libro de Viduitatis bono c.undecimo fol.730. Conjugia quæ post votum contrahuntur, *pejora adulterijs esse* affirmat. Quapropter non possum quidem dicere à proposito meliore lapsas, si nupserint, fœminas, adulteria esse, non conjugia; sed planè non dubitaverim dicere lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quæ vovetur, *adulteriis esse pejores.*

Bellarminus in Apol. libri Concord. p.371. S. August. dicit, videri sibi conjugia, post votum castitatis non esse adulteria, sed vera conjugia, tamen esse *sacrilegia adulterio pejora.*

Idem de Monachis l. 2. c. 34. Matrimonium post votum simplex continentiæ illicitum quidem esse, sed tamen ratum *nec dirimendum*, post votum solenne nullum esse.

4. Augustinus in Epistolam ad Romanos quæst. 62. p.853 scribit Pharaonem obturatum non peccasse in eo quod non obediebat Deo; quoniam obturato corde obedire non poterat. Verba sunt hæc: Non ergò hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperavit, quandoquidem obturato corde obtemperare non poterat, sed quia dignum se præbuit, cui cor obturaretur priori infidelitate.

Bellarminus de Gratia & libero arbitrio l. 2.c.70.p.190. Igitur S. Augustinus cum ait Pharaonem non peccasse, quando jubenti Deo non parebat, videtur significare voluisse, non potuisse Pharaonem obedire ex corde, ita ut converteretur, & ideo non fuisse illi imputatum in peccatum, quod non converteretur. Quoniam pro eo tempore converti obturato corde non poterat, cum quo tamen bene cohæret, ut potuerit Pharao facere secundum substantiam operis, id quod Deus jubebat, & ideo peccasse quia non fecit. *Fortasse etiam sanctus Augustinus postea mutavit sententiam*: nam in alijs locis à nobis citatis, longè aliter loquitur de peccatis obturatorum, quam in eo libro loqui videatur.

To-

# TOMO V.

1. S. Augustin. aliquot in locis statuit, animas ante judicij diem nec esse beatas, nec videre Deum. De Civ. Dei l. 12. c. 9. p. 216. Pars, inquit, civitatis DEI, quæ conjungenda immortabilis angelis ex mortalibus hominibus congregatur, & nunc mortaliter peregrinatur in terris: vel in eis, qui mortem obierunt, *secretis animorum receptaculis sedibusq;* requiescit, eodem DEO creante.

In Enchiridio c. 108. fol. 155. Tempus, quod inter hominis mortem & ultimam resurrectionem interpositum est, animas *abditis receptaculis* continet, sicut unaquæque digna est vel requie, vel ærumna, pro eo, quod sortita est in carne, cum viveret.

In hac opinione etiam fuit JOHANNES XXII. de quo Johannes Gerson tom. 4. in sermo. Pascha. fol. 36. 2. 4. Propter quod insuper apparet falsitas doctrinæ JOHANNIS XXII. quæ damnata fuit cum sono buccinarum vel tubarum, coram Rege Philippo, avunculo tuo, per Theologos Parisienses, *de visione beata, & credidit potius Theologis Parisiensibus, quam Romanæ Curiæ.*

2. Animalia quæ sexu carent, ut apes, in arcum non venisse, de civitate Dei l. 15. c. 27. p. 476.

3. Augustino *non sunt Antipodes*, de Civ. DEI. l. 16. c. 9. f. 297. Quòd verò & Antipodes esse fabulantur, idest, homines à contraria parte terræ, ubi sol oriatur, quando occidit nobis, adversa pedibus calcare vestigia, *nulla ratione credendum est.*

4. Augustinus in definitione Sacramenti dissentit ab omnibus Orthodoxis Patribus. Bellarminus de Sacramentis in genere l. 1. c. 11. p. 19. Sunt plures, inquit, definitiones apud Theologos, quæ breviter proponendæ & explicandæ sunt. Una est, signum rei sacræ. Altera paulò explicatior: invisibilis gratiæ visibilis forma. Hæ definitiones colliguntur ex Augustino, ita scribente lib. 10. de Civit. DEI c. 5. Sacrificium visibile invisibilis sacrificij Sacramentum, id est, sacrum signum est. Tantum Bellarminus.

Reformati præsidium suæ causæ potissimùm in eo ponunt, quod Augustinus Sacramentum & rem Sacramenti passim discernat: qua distinctione suum errorem de Cœna Domini confirmare conantur, videlicet panem & vinum in Cœna non alia ratione corpus & sangvinem

Christi esse, quàm quòd Signum nomen & appellationem signati habeat, in quo Mysterij ratio consistat. Quam pulchrè autem Augustinus cum alijs Patribus in eo, & secum ipse consentiat, apparebit.

B. Irenæus ita loquitur l. 4. c. 34. Quemadmodum qui est à terra panis percipiens vocationem Dei, jam non communis panis est, sed Eucharistia *ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti*: sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, jam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia.

Quando ergò cum Irenæo Augustinus asserit, Eucharistiam duabus rebus constare, terrena & cœlesti, quomodo cum S. Augustino consentit, dicente: Sacramentum tantum constare pane & vino, non corpore quoque & sangvine Christi? Aliud enim secundum hanc Augustini distinctionem, est sacramentum, & aliud res Sacramenti.

(*Sacramenti partes ad ejus integritatem requiruntur. August. Tom. 9 Tract. 26. in Iohan. fol. 154. Aliud est Sacramentum, aliud est virtus Sacramenti.*)

Quod si Reformati amplius esse dixerint, quam panem & vinum, quia nomen & appellationem corporis & sangvinis Christi, pani & vino Cœnæ tribuunt, ut secundum Augustinum, Sacramentum non duabus rebus, sed tantum Re & nomine constet; Re, pane & vino, & nomine corporis & sangvinis Christi, ne sic quidem cum B. Irenæo consentient, quoniam duntaxat una re, cum nominibus alterius rei, non autem duabus rebus constabit.

Quomodo ergò alij cum Augustini distinctione consentient, qui inter Sacramenta & rem Sacramenti ita distinguunt, ut aliud dicant esse Sacramentum, & aliud rem Sacramenti? Item, impios, hæreticos, Schismaticos, malos integri Sacramenti participes esse, & integra Sacramenta habere: sed rei Sacramenti (quæ secundum aliorum Patrum sententiam pars est præcipua substantialis seu integralis sacramenti) non fieri participes? Judicet nunc pius Lector, cum hæc Augustini distinctio cum reliquorum Patrum doctrina nullo modo conciliari possit, utri parti assentiendum sit?

Si enim Sacramentum aliud est, quam Res Sacramenti, neq; ad ejus integritatem Res sacramenti requiritur, erraverunt Patres Orthodoxi penè omnes, qui ad integritatem Sacramenti etiam rem Sacramenti necessariò requiri docuerunt. Quomodo enim Sacramentum erit sine re,

cu-

cujus causa potissimùm Sacramentum appellatur? Si verò secundum doctrinam Patrum ad integritatem Sacramenti Res Sacramenti necessariò requiritur, sine qua signum non est sacramentum, distinctio B. Augustini consistere non poterit, sed unanimi consensu Patrum corruet.

## TOMO VI

1. AUgustinus videtur statuisse, Christum esse mediatorem tantum rationæ humanæ naturæ, non etiam divinæ. Contra Faustum l.16 c.16.p.222. Dissimilis homini Christus, quia Deus: & similis homini Christus, quia homo, quia de illo itidem scriptum, mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus.

Tract. 82. in Johan. mediator, inquit, Dei & hominum, non in quantum Deus, sed in quantum homo est Jesus Christus.

Idem verò *Tom.*9. de ovibus c.12.p.748. non mediator homo præter Deitatem, non mediator Deus præter humanitatem. Ecce mediator, Divinitas sine humanitate non est mediatrix, humanitas sine divinitate non est mediatrix, sed inter divinitatem solam & humanitatem solam *mediatrix est humana divinitas & divina humanitas*.

Busæus contra Schwenckfeldium B.4. a. & b. Augustinus tract. 3. in Johan. & in libris contra Maximum Arianorum Episcopum l.1.c 19. & lib. 3. c. 16. ait, Christum in majestate & gloria non depositurum formam servi.

## TOMO VII.

1. DE prædest. sanctorū l. 1.c.3 p.842 Quid habes quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quo præcipuè testimonio etiam convictus sum, cum similiter errarem, putans *Fidem*, quâ in Deum credimus, *non esse donum Dei*, sed à nobis esse; in nobis & per illam nos impetrare Dei dona, quibus temperanter & justè & piè vivamus in hoc seculo. Quem *meum errorem* nonnulla opuscula mea satis indicant, ante Episcopatum meum scripta.

*Rutilius Benzonius* de Jubilæo p.27. D. Thomas in 1. secundæ quæst. 124. art 5. ad primum existimat, Augustinum sententiam illam, quod fides justificationem mereatur, retractasse.

2. Dicimus ait Bellarminus de amissione gratiæ l.6.c. 6. parvulos sine baptismo decedentes, dolorem animi habituros, quod intelligent, se beatitudine privatos, à consortio piorum fratrum & parentum alienos,

in carcerem inferni detrusos, & in tenebris perpetuis vitam acturos. Primum testimonium Augustini est l. 1. de Origine animę c. 9. p. 783. Parvulis nō baptizatis nemo promittat, inter damnationem regnumq; cœlorum quietis vel felicitatis cujuslibet atq; ubilibet quasi medium locum.

Bellarminus de Baptismo c. 4. *Semper Ecclesia credidit, infantes perire, si absq; Baptismo de hac vita recedant.*

*Bellarm. de amissio. gra. l. 5. c. 7.*

3. Augustinus docet, motus involuntariæ Concupiscentiæ licet hoc præcepto, Diliges Dominum Deum tuum, prohibiti sint, tamen adeo non esse peccata, ut non sit opus dicere pro eis, dimitte nobis debita nostra, contra Julian. Pelagian. l. 6. c. 5. p. 764. Sed cum dicit Apost. Jacobus, unusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde cōcupiscentia cū cōceperit, parit peccatū, profectò in his verbis, partus à pariente discernitur; pariens enim est concupiscentia, partus peccatum. Sed concupiscentia non parit, nisi conceperit, non concipit, nisi illexerit, h. e. ad malū perpetrandum obtinuerit voluntatis assensum.

Verùm enim verò peccata venialia, remissione & misericordia indigent, Bellarm. de amissione gratiæ l. 1. c. 10. *Ergo etiam motus involuntarii concupiscentiæ remissione & misericordia indigent.*

*Bellar. de Baptis. l. 1. c. 7. p. 107.*

4. August. dubius fuit num laicis baptizatis liceat in casu necessitatis baptizare. Nam l. 2. contra ep. Parm. c. 13. proponit quæst. an non-baptizatus possit baptizare, & dicit, se non audere rem determinare, cū in nullo generali Concilio res definita sit. Idem etiā habet l. 7. de Bapt. c. 53.

Deniq; Greg. II. in epist. ad Bonif. habetur etiā apud Gratian. Can. Quos à pagan. de consecr. dist. 4. jubet re baptizari à paganis baptizatos.

5. Bellarm. de gratia & libero arbitrio l. 6. c. 1. fol. 278. Fuit unus ex errorib. Pelagianor. hominem posse credere sine speciali gratia Dei, ita enim refert S. August. multis in locis, sed præcipuè in epist. 106. ad Paulin. & 107. ad Vitalem. In eodem errore etiam ante exortam hæresin Pelagianam fuisse Ticonium refert idem Augustinus l. 3. de doctrina Christiana c. 33. in eodem fuisse Cassianum & alios quosdam in Gallia, propterea reliquiæ Pelagianorum dici meruerunt, cognosci potest ex epistolis Prosperi & Hilarij, & ex libro ejusdem Prosperi contra collatorem. In eodem etiam aliquando hæsisse ipsum Augustinum, testis est ipse in libro de prædestinatione sanctorum c. 3. Deniq; hunc fuisse unum ex erroribus Fausti, perspicuum est ex libris eius de libero arbitrio.

## TOMO VIII.

Augustinus dubitavit, an Christus Judæ proditori dederit corpus suum

um & ſanguinem? Accepiſſe Euchariſtiam, probat in Pſal. 10. fol. 49. Chriſtus quid vobis fecit, qui traditorem ſuum tanta patientia pertulit, ut ei primam Euchariſtiam confectam manibus ſuis & ore ſuo comedendam, ſicut cæteris Apoſtolis traderet?

Negat in c. 13. Johan. Tract. 62. fol. 178.

Audiamus Cæſarem Baronium Tom. 1. Annalium Eccleſiaſticorum, Romæ excuſo an. 1588 ad annum Chriſti 34. p. 165. Confecta igitur à Domino Jeſu Chriſto Sacratiſſima Euchariſtia, diſtribuit ipſam Apoſtolis. An autem eandem Judæ impartierit, cum tradiderit eidem buccellam intinctam, & poſt buccellam introivit in eum Sathanas, atque ad accelerandam proditionem inde receſſit.

*Auguſt. in Johan. 13. tract. 62.*

Scimus S. Auguſtinum ejus fuiſſe ſententiæ ac firmiter ſtatuiſſe, Judam nequaquam tunc ſacram Euchariſtiam cum cæteris participaſſe: non ut putant quidam negligenter legentes, tunc Judas Chriſti corpus accipit: intelligendum eſt enim, quòd jam his omnibus diſtribuerat Dominus ſacramentum corporis & ſangvinis ſui, ubi & Judas erat, ſicut S. Lucas evidentiſſimè narrat. Et deinde ad hoc ventum eſt, ut ſecundum narrationem Johannis apertiſſimè Dominus per buccellam intinctam atq; porrectam, ſuum exprimit traditorem. Fortaſſe per panis tinctionem illius ſignificans fictionem. Hæc ille.

## Tomus IX.

1. Marcus Antonius de Dominis de Repub. Eccleſiaſtica l. 5. fol. 149. citat Auguſtinum, quòd docuerit Tract. 26. in Johan. ab indignis corpus Chriſti non ſumi. Epiſcopus Africanus ita loquitur: Hoc eſt ergò manducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere. Ac per hoc qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, procul dubio *nec manducat ſpiritualiter* carnem ejus, nec bibit ejus ſangvinem, licet carnaliter & viſibiliter præmat dentibus ſacramentum corporis & ſangvinis Chriſti; Sed magis tantæ rei ſacramentum ad judicium ſibi manducat & bibit, quia immundus præſumſit ad Chriſti accedere Sacramenta.

Pag. 156. De menſa Dominica ſumitur quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium. Res enim ipſa, cujus & ſacramentum eſt, omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicunq; ejus particeps fuerit.

*Pars III. Decreti* de Conſecrat. Diſt. 2. C. 65. fol. 2547. Sacramentum non veritatem Chriſti corporis accipit, qui ab eo diſcordat. Qui diſ-

cordat à Christo nec manducat carnem ejus, nec sangvinem bibit, etiamsi tantæ rei Sacramentum à d judicium suæ præsumptionis quoditie indifferenter accipiat. &c.

Idem Augustinus de Civitate Dei l. 21. c. 25. p. 738. Denique ipse dicens, qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo, ostendit, quid sit *non sacramento tenus*, sed revera corpus Christi manducare & ejus sanguinem bibere: hoc est enim in Christo manere, ut in illo maneat & Christus. Sic enim hoc dixit, tanquam diceret, qui non in me manet, & in quo ego non maneo, *non se dicat aut existimet manducare corpus meum, aut bibere sanguinem meum.* Non itaque manent in Christo, qui non sunt membra ejus.

*Antverp. 1617.* *Iohannes Walterius Viringus* Soc. Jes. de triplici Cœna Christi l. 3. c. 7. p. 111. existimat videri exclusum Cœnâ Eucharisticâ proditorem, testimonio Clementis Romani, Dionysii Areopagitæ, Georgii Pachymeræ, Joachimi Perionii, Hilarii, Victoris Antiocheni, Ruperti Abbatis Tuitiensis, Innocentii Papæ, Zachariæ Chrysopolitani, Francisci Turriani & Sebastiani Barradii.

2. Augustinus videtur sensisse, *eadem* esse Sacramenta V. & N. T. ita enim loquitur Tom. 9. de utilitate pœnitentiæ fol. 702. Sicut studiosi autem & benè vigilantes, verba Dominica attendite, ut proficiatis & legere & audire noveritis, *eundem*, inquit, *cibum spiritualem manducaverunt.* Quid est *eundem*, nisi quia *eum, quem etiam nos?*

Bellarminus de Sacramentis in genere l. 2. c. 17. p. 76. Unum est hic observandum, Augustini expositionem, qui per eandem escam spiritualem 1. Cor. 10. intelligit, significari *eadem esse Sacramenta vetera & nova*, quoad vim significandi, & inde illam escam dictam esse spiritualem, non esse quidem contra nos, ut jam ostendimus, *tamen non esse necessario sequendam.* Nam si per escam spiritualem intelligeremus Escam spiritualiter intellectam, ut vult Augustinus, tunc soli justi eam manducassent. Id quod fatetur Augustinus, & ideò notat, Paulum dixisse: Patres nostri eandem escam spiritualem manducaverunt: non autem Patres vestri, quia loquebatur solùm de justis, qui sunt nobis similes. Christum autem Johan. 6. dixisse, Patres *vestri* manducaverunt Manna, non Patres nostri, quia loquebatur Dominus de malis Judæis, qui non manducaverunt illam escam spiritualiter. At hoc repugnat Apostoli verbis, qui ait: Patres nostri omnes eandem escam spiritualem, & per omnes intelli-

telligit non omnes justos tantùm, sed omnes absolutè, tam bonos, quàm malos, qui in deserto illo fuerunt. Nam subjungit: sed non in pluribus eorum beneplacitum est Domino. Et paulò ante dixerat: Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt. At certè non tantum boni, sed etiam mali sub nube fuerunt, & mare transierunt. *Verior igitur est Chrysostomi & Cyrilli* expositio & aliorum interpretum, quos supra secuti sumus. Nec mirum esse debet, si *anteponimus* in hujus loci explicatione Chrysostomum Augustino.

## TOMO X.

AUgustinus Tom. 10. incidenter agit de Antichristo sermone 45.? pag 118. Bellarminus autem de Romano agens Pontifice l. .c.12. p.287. ita scribit: de Antichristo plures errores fuerunt olim. Primus, quòd Antichristus sit nasciturus de Virgine opera Diaboli, quomodo Christus de Virgine natus est opera Spiritus Sancti. Refert hunc errorem auctor opusculi de Antichristo, quod habetur sub nomine Augustini in fine tomi noni,* quod opusculum probabile est esse Rabani, certè Augustini esse non potest. Error est manifestus: nam producere hominem sine semine viri, est opus solius Dei, qui potest supplere omnes efficientes causas: quia ipse est solus infinitæ virtutis, & continet virtualiter omnem perfectionem creaturarum. Diabolus autem, qui creatura est, potest quidem mira opera facere, applicandò celerrimè activa passivis: at supplere virtutes activas causarum non potest.

Et quia certum est tantam tribuum Judaicarum factam fuisse confusionem per internecionem Judæorum, opera Romanorum peractam, ut nullus Judæus prosapiam & tribum suam indicare queat, contra sententiam vulgatam, quæ est, Antichristum nasciturum de tribu Dan, ante paucos annos Augustæ eximius Theologus ab Ægypto, *Hieronymus Vechetti Nobilis Florentinus*, ex professo, in prægrandi opere, quòd de supputatione temporum scripsit, refutavit, & asseruit, *Antichristum ex Dania venturum.*

S. Franciscus, referente F. Henrico Sedulio l. 2. Apologetici c.12. pag. 122. surgens de Oratione, venit ad fratres turbatissimus, dicens: Ego vellem, quod istum habitum non invenissem. Dominus enim mihi revelavit, quòd *de Ordine meo exibit Antichristus & Secta ejus.* Proinde ex mente D. Hieronymi Vechetti Antichristus erit *Danus*, aut secundum

reve-

revelationem S.Francisco factam *Monachus Franciscanus Latinus*, de quo B-Irenæus dudum prædixerat.

*Antverp. 1559.*

*Ambrosius Novidius* Fraccus Ferentinas in præfatione sacrorum Fastorum, ad Paulum III. conferens Sanctissimam Trinitatem, videlicet Deum *Patrem* cum Papa Paulo III. *Filium*, cum Imperatore Romanorum, *Spiritum Sanctum*, cum Rege Hispaniarum.

De Fratribus Minoribus, æs non tangentibus, ita canit lib. 10. fol. 129. b.

*Scilicet ære emtus Deus est, corrumpimur auro,*
*Hincq; nefas numum tangere triste putat.*
*Unde sed est habitus, quis cinctum reperit ipsum,*
*Curvé illis velent vincula rara pedes:*
*Quidvé brevis tonsura, tegat cur summa cucullus*
*Cur nota versa placet, vitaq; parca, canam.*
*Venerat hinc ætas, animus, moresq;, juventæ*
*Vanaq; nec curis tempora certa suis.*
*Seu superis visum sic, ut sua sacra juvarent,*
*Seu quia non alio sidere natus erat.*
*Confusæ tactus vitæ, morumq; pudore,*
*Pectore concepit numina sacra suo.*
*Atque Deo plenus, populos urbesq; perosus,*
*Deseruit celeri patria tecta fugâ.*
*Dum fugit, inquit: Opes sunt nobis causa malorum:*
*Dives erat, pauper maluit esse Deus.*

*Regula Minorum origo.*

*Contigerat silvas, semotaq; lustra ferarum,*
*Ergo quæ lædunt, abyciamus, ait:*
*Corporeq; inprimis pretiosus cedat amictus,*
*Quicquid & ad cultus criminis antè fuit.*
*Causa mihi erroris deponite vincula plantæ,*
*Iteque jam nudi per loca nuda pedes.*
*Quique vagi circumfunduntur colla capilli*
*Tempora sint circum parva corona mihi.*
*More meo agresti capiti tollatur amictus,*
*Tortilis in nodos cingula funis eant.*
*Neve mihi possit nomen quoque voce nocere,*
*Dictus Ioannes non ero, Francus ero.*

*Præbeat*

*Et quia mensa trahit, trahit & nos potus ab ara.*
*Nota sit ut primi sic quoque causa cibi.*
*Præbeat herbâ dapes, currentia flumina potum,*
*Antra domum, studium sidera, saxa torum.*
*Dixerat: & lætus paucis vivebat in antro,*
*Ordinis & factus causa Minoris erat.*
*Venit in exemplum, cœperunt jura ministri*
*Inq; habitus toto corpore sanctus erat:*
*Sic mores venere pÿ: sic sidera curæ:*
*Hæc via ad Elysium lege repente fuit.*

Corrupta Minorum regula.

*Quò fugit heu ritus?* Mutarunt secula factum,
*Pene q; secessit sanctior ille furor.*
*Scilicet & longo Pietas corrumpitur usu,*
*Morbus & sanctis longa senecta nocet.*
*Nam quibus ah, fuerant soleæ satis ante saligna,*
*Molliter in plantas rursus aluta redit.*
*Exquiruntur opes & equus, torus unus & alter*
*Atque placet rerum commoditate frui.*
*Æra manu tangunt, paupertasq; illa recessit:*
*Si placet, ad fratres, jam precor illa redi.*
*Dicta quoque ipsorum Patientia filia fratrum,*
*Heu mihi, quam raros nunc habet illa Patres!*

Et hi sunt nævi, quos ex X. Tomis obiter observavi: manet nihilominus S. Augustino sua laus, sua gloria, suus splendor; hoc unicum declaratum, non fuisse illum ἀναμάρτητον. A Prospero Aquitanico de vita contemplativa l.3.c.31 p.121. vocatur S. Augustinus Episcopus acer ingenio, suavis eloquio, secularis literaturæ peritus, in Ecclesiasticis laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua actione compositus, in expositione sua fidei nostræ Catholicus, in quæstionibus absolvendis acutus, in revincendis hæreticis circumspectus, in explicandis Scripturis canonicis cautus.

Itaque rectissimè scripsit Cæsar Baronius in Martyrologio fol.457. *Canonicarum tantummodo Scripturarum singularis prærogativa, ut in eis cuncta vera, inconcussa certaq; narrentur.*

# ORATIO III.

## De S. Hieronymo Labili.

*Nil sacri ignorans, Hieronymus, apposite audis,*
*Nomine nimirum conveniente rei.*
*Vnde, oracli instar reficis quoscunque fatigat*
*Quamlibet implicitis pagina sacra locis.*
*Robur ut hoc mentis doceat, LEO num tibi adhæret?*
*An quod es (ut fertur) dum pede languet, ades?*

Ita quondam in Fastis Ecclesiasticis *Nicolaus Oudaert* Bruxellensis Jurisconsultus cecinit.

Jacobus Bidermannus Soc. Jesu in Epigram. fol. 40.

*Illyrici viden' ut longævus Dalmata cœli*
*Verberet impacta pectora nuda manu!*
*Seu gravis affusas illi sitis imperet undas,*
*Sive fames positas suadeat ulla dapes.*
*Ille famem pergit lachrymis restinguere fusis,*
*Ille gravem vivo diluit imbre sitim.*
*Ecce, tenet lapidem compresso dextera pugno,*
*Iratusque notat livida membra silex.*
*Et flagra fessa jacent, tergoque iterata minantur,*
*Arcanusque gemit muta per ora dolor.*
*Et tamen illud adhuc veniunt Sirenes in antrum,*
*Bethlemiumque subit maxima Roma secum.*
*Ipsa Venus Venerisque venit lasciva propago,*
*Nec silicem visum, nec flagra visa timet.*
*Perge ferire, Venus si visa timere recusat:*
*Flagra, flagro certè tacta timere volet.*

Tom. 7. p. 957. Ante omnes verò S. Augustinus contra Julianum Pelagianum l. 1. c. 2. nec S. Hieronymum, quia Presbyter fuit, contemnendum arbitreris, qui Græco & Latino eruditus eloquio, ex occidentali ad orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis atque in literis sacris, usque ad decrepitam vixit ætatem. Imò ipse Hieronymus de se scribit Tomo 2. p. 210. *Neque enim ambimus Sacerdotium*, qui latemus in cellulis, nec humilitate damnata, Episcopatum auro redimere festinamus: nec electum Pontificem à Deo rebelli cupimus mēte jugulare, &c. pecunias nec habemus, nec habere volumus; habentes victum & vestitum his contenti simus.

De

De quo Marcus Antonius de Dominis l. 4. p. 401 Scias verò Hieronymo, viro ſanctiſſimo injuriam non levem fieri, quia vili palliolo fuit ſemper contentus, & veſtimentorum faſtum in clericis tantopere reprehendit, purpura fulgens admodum noſtrorum Cardinalium pingitur, *qui ne Cardinalis quidem unquam Romanus fuit*, imò neque abſolutè fuit in ulla Eccleſia Presbyter Cardinalis, quia in nulla Eccleſia unquam fuit incardinatus, & ſub certo titulo collocatus. Et: Monachali profeſſione, hoc eſt, à Clericali remotiſſima contentus, perpetuò clericalem vitam fugit. Et: Damaſo in ſcribendis literis inſervivit, nullum titulum Eccleſiaſticum habuit, cujus miniſterio eſſet fixè deputatus.

Auguſtinus epiſt. 9 ita Hieronymum alloquitur: quare arripe, quæſo ingenuam & verè Chriſtianam cum charitate ſeveritatē, ſed illud opus corrigendum atque emendandum, & παλινῳδίαν ut dicitur, cane: incomparabiliter enim pulchrior veritas Chriſtianorū, quàm Helena Græcorū. *Tom. 2, p. 26.*

Proinde jam videamus, *an ſcripta Hieronymi ſint authentica & tenenda omnia uſque ad ultimum Iota*, quemadmodum Gloſſa Juris vult Canonici?

## E Tomo I.

Contendit autem Hieronymus probare in epiſtola ad Heliodorum, & in altera ad Evagrium, Sacerdotes Chriſti corpus ſacro ore conficere, quem lapſum Theodoretus Dial. 1. confutat ſcribens: Οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τῇ φύσει τὴν χάριν προστεθεικώς, Chriſtus Dominus in S. Cœna non naturam panis mutavit, ſed pani adjecit gratiam. *1. Bellarm. de Euchariſt. l. 3. c. 24.*

Miniſter non conficit ore ſuo Dominum ſuum:

Sacerdos eſt miniſter Chriſti.

Ergò Sacerdos non conficit ore ſuo Chriſtum.

Deinde ſi Sacerdos eſt creator ſui creatoris, eſt etiam redemtor ſui Redemtoris, eſt etiam ſanctificator Spiritus Sancti Sanctificatoris, quæ omnia ſunt blaſphema.

2. Idem docuit in epiſtola ad Oceanum de Monogamia Clericorum, matrimonium cum pluribus ſimul uxoribus, id eſt πολυγαμίαν non fuiſſe contra legem ullam, ſed potius ſecundum legem. *2. Bellarm. de matrimonio c. 11.*

## E Tomo II.

Hieronymus in libro contra Vigilantium docuit, ſanctorum animas, *3. Bellarm. de*

Eccl. triumph. l. 1. c. 20. Sicut etiam angelos mirâ quadam celeritate naturæ *quoddammodo esse ubique, & per se audire preces* supplicantium. Quam sententiam ipse Cardinalis Bellarminus ibidem confutat.

Idem non tantùm *secundas nuptias* improbavit, fornicationi eas conferens, sed simpliciter in ipsum conjugium, quod ordinatio Dei est, iniquus fuit. Adversus Jovinian. l. 1. scribit: Quamdiu impleo mariti officium, non impleo Christiani: & paucis interjectis: si semper orandum est, nunquam ergò conjugio serviendum. Idem, si prudentia carnis inimicitia est in Deum, arbitror eos, qui serviunt officio conjugali, quod prudentiam carnis diligant, & in carne sint. Concedit quidem Deus nuptias, concedit digamiam, & si necesse fuerit, fornicationi & adulterio præfert trigamiam, &c. Ergò quod concedit, nec bonum, nec bene placens est, nec perfectum. (Pag. 43. Pag. 44.)

4. Idem lib. 1. contra Jovinianum scribit, incertum esse, an in statu innocentiæ propagatio per nuptias futura fuisset.

Bellarminus de amissione gratiæ l. 3. c. 11. ait, hanc opinionem meritò refelli à S. Thoma, Augustino cæterisque Theologis.

## E TOMO III.

5. Hieronymus tomo 3. c. 204. in principio Hebraicarum traditionum, in illud, plantavit Dominus paradisum Genes. 2. asserere videtur, quòd priusquam cœlum & terram Deus crearet, paradisum ante condiderit, sicut & legitur in Hebræo: plantaverat autem Deus paradisum in Eden à principio. In Hebræo autem est מקדם mikkedem, κατὰ ἀνατολάς, Gen. 2. v. 8. Gegen dem Morgen.

## E TOMO IV.

6. Hieronymus ad Demetriadem de Virginitate, postquam illi suasit, quòd Virginitas sanctitate morum ornata esse debeat, & quòd sola virtus proprium bonū hominis sit, subindicare videtur, quòd spirituales divitiæ, quia ex nobis sunt, proprium bonum nostrum sint. Et de bonis externis ait: cuncta illa foris petuntur, & quicquid aliunde speratur, alienū est. De divitiis verò spiritualibus & internis subjungit, hæc verò in tua potestate sunt, & verè propria, quę non extrinsecus veniunt, sed in ipso corde generantur. Illa enim neq; omnis qui quærit invenit, neq; qui invenerit, semper tenet: quia ut ea commodare, ita & diripere casus potest: hæc autem & omnis qui quærit, & qui invenerit, eripi sibi nunquā timet.

Ista enim sola bona sunt, quæ sine voluntate neq; invenimus aliquando, neq; perdimus. Habes ergò & hic , per quæ meritò præponaris alijs: imò hic magis, nam corporalis nobilitas atq; opulentia tuorum esse intelliguntur, non tua: spirituales verò divitias nullus tibi præter te conferre poterit. In his ergò jure laudanda es, in his meritò cæteris præferenda es, quæ nisi ex te, & in te esse non possunt. Nævus contra Hieronymum ex his verbis deducitur, quia *spirituales divitias ex nobis esse asserit*, & ex eo, quod qui semel invenerit, eripi sibi nunquam timet.

Bellarminus de libero arbitrio l. 6. c. 6. Hieronymus l. 3. contra Pelagianos bis repetit, *nostrum esse velle*, Dei autem, ut impleamus, quod volumus. Itaq; initium quidem regenerationis humanæ Hieron. audet assignare viribus, perfectionem Spiritus S. gratiæ demum tribuit.

7. Idem in regula Monachorum, in fine Cap. de Pœnitentia, peccatorem sorde aliqua maculatum, de Ecclesia Christi non esse. Thomas Aquinas autem (ut & Concil. Tridentinum, quod *fideles* vocat fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosq; omnes, qui lethalia committunt peccata) definit, quòd fides solùm per peccatum infidelitatis, aut hæresin corrumpatur: nullum aliud mortale valere fidem corrumpere. Probatio illius est, ut ait Thomas, quia unumquodq; per suum contrarium corrumpitur: charitati autem contrariatur omne mortale, & ideò illam corrumpit: fidei verò infidelitas tantum aut hæresis contrariatur, Ergò solùm infidelitas vel hæresis fidem corrumpunt.

Sess. 6. c. 11.

## E Tomo V.

8. Hieronymus in illud Esaiæ 16. in tribus annis mercenarij auferetur gloria, inquit, *si castum me simulo*, & aliud est in conscientia mea, habeo non gloriam mercenarij, ad supplicia peccatoris, quia in comparatione duorum malorum *levius est peccare apertè*, quàm simulare & fingere sanctitatem. Doctor sanctus disp. 2. 2. q. 111. art. 4. qui sanctitatem simulat, quamvis sit in peccato mortali, ipsa simulatio non semper est peccatum mortale, sed quandoq; veniale. Et: eadem est ratio de mendacio & simulatione: mendacium verò officiosum & jocosum est veniale: quia charitati non repugnat. Idem erit ergo de simulatione, quando non repugnat charitati.

9. Idem in illud Esa. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eo-

rum non extinguetur, duas expositiones sine nomine autorum adfert: prior docet, ignem inferni esse metaphoricum, in sola afflictione conscientiæ ac memoriæ positum: altera, ignem inferni tandem aliquando finiendum: quas cum non confutet, Rufinus arbitratur tanquam utriusq; dogmatis fautorem.

10. Præterea in cap.13. Jeremiæ, regiam potestatem Sacerdotali esse præferendam. Non solùm vulgus ignobile, vilisq; plebecula, sed Reges Ecclesiarum, qui sedent super thronũ, Sacerdotes quoq; ipsi, secundus in Ecclesiastico honore gradus, varietate peccatorum complentur.

Notentur verba, *Sacerdotes secundus gradus* in honore Ecclesiastico.

11. Chiliastarum opinionem, duas resurrectiones asserentium, non absolutè damnavit.

Hieronymus lib.4. in Jerem.19. explicans hunc locum contra populum istum & civitatem istam sicut conteritur vas figuli, quod non potest ultra restaurari, videtur dogma Chiliastarum non damnare, sed unicuiq; liberum esse sentire quod velit. Duas enim futuras carnis resurrectiones affirmabant, primam bonorum, secundam verò malorum post mille annos. Christum verò à prima usq; ad secundam resurrectionem mansurum in terris, ibiq; per mille annos cum sanctis & dilectis suis regnaturum in maxima pace, affluente undiq; incredibili omnium terrestrium felicitate *& deliciarum*. Hieronym. autem sic scribit supra locum citatum, perspicuè hoc non de Babylonica, sed de Romana dicitur captivitate. Post Babylonios quippe & urbs instaurata, & populus reductus in Judæam, & abundantiæ pristinæ restitutus est. Post captivitatem autem quæ sub Vespasiano & Tito & postea accidit sub Adriano, usq; ad consummationem seculi, ruinæ Hierusalem permansuræ sunt. Quanquam autem sibi Judæi *auream & gemmatam Hierusalem restituendam putent*, rursumq; victimas & sacrificia & conjugia sanctorum *& regnum in terris* Domini Salvatoris: quæ licet non sequamur, *tamen damnare non possumus*, quia multi Ecclesiasticorum virorum & Martyres ista dixerunt, & unusquisq; in suo sensu abundet & Domini cuncta judicio reserventur. Et libro de Viris Illustribus, assertores hujus opinionis nominatim prodit. Augustinus ab hac sententia Hieronymi non abhorruit, qui non ausus eam appellare hæresin, nec errorem. Sic de ipsa de Civitate Dei l.20.c.7. scripsit: hæc opinio esset utcunq; tolerabilis, si aliquæ divitiæ spirituales in illo Sabbato scilicet mille annorum affuturæ san-

ctis

ſanctis per Domini præſentiam crederentur. Nam etiam nos hæc opinari ſumus aliquando.

12. Hieronymus de libero arbitr. ſcribens lib. 4. in Jeremiæ c.23. Hæc, inquit, ſolent hæretici ſemper proſpera polliceri, & cœlorum regna peccatoribus pandere, ut dicant, parata ſunt tibi regna cœlorum, potes imitari majeſtatem Dei, ut *abſque peccato ſis*: accepiſti enim liberi arbitrij poteſtatem & legis ſcientiam, per quam conſequaris quod volueris, decipiuntque blanditijs miſeros, & maximè mulierculas oneratas peccatis, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ.

13. Idem Comment. in c.44. Ezechielis: Sacerdotes caput ſuum non radant, perſpicue demonſtrat, ne radant capita ſicut ſacerdotes cultoreſque Iſidis atque Serapidis non eſſe debere, nec rurſum comam dimittere, quod propriè luxurioſorum eſt Barbarorumque, ſed ut honeſtus habitus ſacerdotum facie demonſtretur, neque calvitium novacula eſſe faciendum, neque ita ad preſſum eſſe tondendum caput, ut raſorum ſimiles eſſe videantur. Et poſt pauca: *raſa capita habet ſuperſtitio gentilis.* *Cap.15.* Et lib. 6. in Eſaiam explicans illud, in cunctis capitibus Calvitium & omnis barba radetur &c. ait: Si quid virilitatis haberi videbatur in barba, raſum à viro Eccleſiaſtico effæminatum & debile comprobetur. Et libro 3. in Eſaiam ediſſerens de illa Dei comminatione, in die illa radet Dominus in novacula, inquit. Ergo in iſta novacula acutiſſima, hoc eſt in rege Syriorum omnes capillos decoremq; barbæ, quod virilitatis indicium eſt, radet Dominus de Judea: ut nihil in ea forte, nihil pulchrum reſideat, ſed effœminatis hominibus, imo ignominioſis mulieribus comparetur. Epiphanius, Salaminæ Epiſcopus in tertio Panarij volumine adverſus Maſſilianos aſſerit, ſancitum eſſe ab Apoſtolis, & ex autoritate divinæ Scripturæ *ne barba raderetur*. Ejus verba ſunt hæc: ne corrumpas, hoc eſt, ne ſeces capillos barbæ, neque meretricio more ob coronam efferaris.

14. Hieronym. in expoſitione illius, Deos tuos non colimus, ſtatuam, quam erexiſti, non adoramus; ita comentatur: *Cultores Dei imagines Dei adorare non debent*. Ergo & Judices & Principes ſeculi qui Imperatorum ſtatuas & imagines adorant, hoc ſe facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes, placuerunt Deo. Et notandæ proprietates, Deos coli, imagines adorari dicunt, quod utrumq; ſervis Dei non convenit.

E To-

# E TOMO VI.

15. QUi tantum duo loca post hanc vitam statuit, is apud Heterodoxos graviter errat.

Hieronymus tantum duo loca post hanc vitam statuit.

Ergò Hieronymus apud Heterodoxos graviter erravit.

Nam lib.3. Commentariorum in Amos exponens illud, si descenderint usque ad infernum, inde manus mea educet eos, sic habet: quando anima vinculis laxata corporeis volandi quò velit, sive quò ire compellitur, habuerit libertatem, aut ad inferna deducetur, de quib9 scriptum est, convertantur in infernum peccatorum omnes gentes, quæ obliviscuntur Deum. Et in inferno quis confitebitur tibi? Et, descendit in infernum gloria tua; aut certè ad cœlestia sublevabitur.

16. *An servandæ pudicitiæ causa liceat propria manu se interimere?* Hieronym. in commentarijs super Jonam cap. 1. tollite me & mittite me in mare, ultro se offerentem ad mortem, sic exponit, ut sentire videatur, licere in persecutionibus, castitatis servandę causa, mortem sibi ipsi propria manu inferre. Ejus verba hæc sunt: non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter accipere. Unde & in persecutionibus *non licet propria nos perimere manu, absque eo, ubi castitas periclitetur colla submittere.*

Ejusd. sententiæ putatur fuisse Ambrosius qui 3. libro de Virginibus, respōdens Marcellinæ sorori suæ, de hac re percunctanti, arbitratur mortes earum fœminarum, quæ ut pudicitiæ consulerent, manus sibi consciverunt, fuisse Martyria, idque ostendit exemplo Pelagiæ Antiochenæ Virginis, ac duarum sororum, ac matris ejus: quarum illa, subversis prius Idolorum aris, se ferro peremit: illæ verò sese una cum matre in fluvium demerserunt.

*Vide Euseb. Cæsar l. 8.*

17. An Deus scientiam habeat & prudentiam rerum minimarum? Hieronymus in 1. cap. Habacuc in illa verba, mundi sunt oculi tui, ne videas malum, statuere videtur, Deum non habere singularem & peculiarem providentiam irrationabilium, ac certam & particularem notitiam minutuli animalis, sed generali tantum & in specie curam illorum gerere: sic enim scribit: in cæteris animalibus quidem Dei dispositionem & ordinem cursumque rerum intelligere possumus verbi gratia, quomodo nascatur piscium multitudo, & vivat in aquis, quomodo reptilia & qua-

& quadrupeda oriantur in terra, & quibus alantur cibis. Cæterum absurdum est ad hoc DEI deducere majestatem ut sciat per momenta singula, quot nascantur culices, quotve moriantur, quæ cimicum & pulicum & muscarum sit in terra multitudo, quanti pisces in aqua natent, & qui de minoribus majorum præcedere debeant. Non simus tam fatui adulatores Dei, ut dum potentiam ejus etiam ad ima detrahimus, in nos ipsos injuriosi simus, eandem rationabilium providentiam esse dicentes.

18. An sinus Abrahæ & infernus sint idem? Hieronymus Commentario 2. in c. 9. Zachariæ: tu quoque in sangvine Testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua: existimat sinum Abrahæ esse in inferno damnatorum, & idem utrumque esse. Sic enim habet. in sanguine passionis tuæ eos, qui vincti in carcere tenebantur, in quo non est ulla misericordia, tua clementia liberasti, &c. In hoc lacu inferni morabatur dives ille quondam purpuratus, cujus lingva magniloqua pœnarum exurebatur incendijs & in tantum nulla habebat pœnarum refrigeria, ut extremi digiti pauperis tincti in aqua refrigerium postularet.

19. An Electio & Reprobatio sint ex præscientia meritorum? Hieronymus in Commentario Malachiæ 1. hoc explicans: Jacob dilexi, Esau autem odio habui, non longè abesse videtur à sententia Pelagianorum asserentium, electionem & reprobationem oriri ex præscientia meritorum, siquidem scribit: porrò dilectio & odium Dei, vel ex præscientia nascitur futurorum, vel ex operibus, alioqui novimus quod omnia Deus diligat, nec quidquam eorum oderit quæ creavit, sed propriè eos suæ vindicet charitati, qui vitiorum sunt & rebelles, & è contrario illos odit, qui à Deo destructa cupiunt rursus struere.

20. Hieronymus existimavit, Episcopos, si de Jurisdictione agatur, esse quidem *Presbiteris majores sed jure Ecclesiastico, non divino*. Quæ sententia, inquit Bellarminus de Clericis l. 1. c. 15. de Romano Pontifice l. 1. c. 8. p. 201. falsa est, & suo loco refellenda. Idem ait, Hieronymum in illa sua sententia non adeò constantem videri, quia quandoque dicat Presbyteros Episcopis pares esse.

*Oecumenius* in acta Apostolorum p. 150. multi loquendi modum ignorant, maximè N. T. quo Episcopi nominantur Presbyteri, ac Presbyteri Episcopi.

Ad Philippens. p. 65. non quod in una civitate multi essent Episcopi, sed Episcopos vocat Presbyteros: tunc enim omnibus adhuc cōmunicabant: & Episcopi vocabantur Diaconi & Presbyteri, rursumq; Presbyteri dicebantur Episcopi.

In 1. ad Timoth. p.234. Presbyteros dicit Episcopos: neque enim Presbyteri Episcopum ordinabant.

Ad Titum p. 289. Presbyteros autem vocat Episcopos.

In 1. Petri p. 523. Quod enim & Episcopi dicantur Presbyteri, novit & Actorum liber.

## E TOMO VII.

21. ANgelos & animas esse naturæ corporeæ. Hieron. in Comment. in Job. c. 25. stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus. Si enim angeli & cælorum etiam corpora ad comparationem Dei, immunda esse dicuntur, quid putas homo existimandus est, cum sit putredo.

## E TOMO VIII.

22. AN Oratio Christi semper fuerit exaudita? Hieronymus in Commentarijs Psalmorum pertractans hunc versiculum, Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, inquit: clamavit Christus in cruce & oravit pro suis: exauditus, & non exauditus est: exauditus pro prædestinatis sicut in octo millibus, vel pro pluribus quàm quingentis fratribus: & non exauditus, h. e. pro illis, qui non erant prædestinati, de quibus dixit Evangelista, sangvis ejus super nos, & super filios nostros.

1. Cor. 15.

## E TOMO IX.

23. HIeronymus in principio Commentariorum epistolæ ad Galatas c. 1. aggrediens expositionem tituli hujus, Paulus Apostolus non ab hominibus, nec per hominem sentit, quòd Petrus autoritate & dignitate non fuerit Paulo superior. Evangelium non ab homine accepi, neque didici: quia Petro non est inferior: ab uno Deo fuimus ambo in Ministerio ordinati. Rursus libro primo adversus Jovinianum indicat, Petrum non esse cæteris Apostolis majorem. In epistola ad Evagrium confirmat, & adimit successoribus Petri potestatem super alios Episcopos.

24. Idem lib. 5. Commentariorum ad Galat. 5. declarans hunc locum, fructus autem Spiritus est charitas, alludere videtur ad Origenicum dogma de damnatis aliquando salvandis, in hæc verba: notandum quod post dilectionem gaudium sequitur: qui enim diligit quempiam, semper in ejus felicitate lætatur, & si eum viderit aliquo errore deceptum & peccatorum lubrico concidisse, dolebit quidem & ruere festinabit, sed non poterit gaudium mutare tristitia, sciens nullam rationabilium creaturarum apud Deum perire in perpetuum.

An

25. *An in Eucharistia sit vera & realis caro Christi?* Ephes. 1. in quo habemus redemtionem per sanguinē ipsius, indicare videtur, in Eucharistia non esse verā ac realem Christi carnem, quæ pro nobis crucifixa est, neq; verū illum sanguinem, qui pro nobis effusus est, sed sanguinem mysticum, & carnem spiritualem typicam, non in veritate, sed in figura. Verba Hieronymi sic habent. Dupliciter sanguis Christi & caro intelligitur, vel spiritualis illa atq; divina, de qua ipse dixit, Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus; &, nisi manducaveritis carnem, & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam ęternam: vel caro & sanguis, quæ crucifixa est, & qui militis effusus est lancea. Juxta hanc divisionem & in sanctis ejus diversitas sanguinis & carnis accipitur, ut alia sit caro, quæ visura sit salutare DEI, alia caro & sanguis, quæ regnum DEI non queunt possidere.

*Hieronymi vult verba Cœnæ esse tropice intelligenda.*

Hæc Hieronymi sententia alludere videtur ad ea, quæ Clemens Alexandrinus scripsit lib. 2. Pædagogi c. 2. in hæc verba: duplex est sanguis Domini: *alter enim est carnalis*, quo redemti sumus ab interitu, *alter verò spiritualis*, quo scilicet uncti sumus, & hoc est bibere Jesu sanguinem, esse participem incorruptionis Domini. Verbi enim virtus est spiritus, quemadmodum sanguis carnis commoderatæ.

Ad eundem sensum & consensum ante 80. annos *Bertramus* scripsit p. 106. sicut non corporaliter sed spiritualiter panis ille credentium corpus dicitur: sic quoq; Christi corpus non corporaliter, sed spiritualiter necesse est intelligatur. p. 100. b. Nam secundum creaturarum substantiā, quod fuerunt ante consecrationem, *hoc & postea consistunt*. Panis & vinum prius extitere: in qua etiam specie *jam consecrata permanere videntur*. Est ergò interius commutatum Spiritus S. potenti virtute, quòd fides aspicit, animam pascit, æternæ vitæ substantiam subministrat.

P. 99. Ex his omnibus, quæ sunt hactenus dicta, monstratū est, quod corpus & sanguis Christi, quæ fidelium ore in Ecclesia percipiuntur, *figuræ sint* secundum speciem visibilem: at v. secundū invisibilem substantiam, i. e. divini potentiam verbi, corpus & sanguis verè Christi existunt.

P. 89. At quia confitentur, & corpus & sanguinem Christi esse, nec hoc esse potuisse nisi *facta in melius commutatione*: neq; ista commutatio corporaliter sed spiritualiter facta sit, necesse est, ut jam *figuratè* facta esse dicatur, quoniam sub velamento corporei panis corporeiq; vini, spirituale corpus Christi, spiritualisq; sanguis existit.

P. 87. b. Omnis enim *permutatio*, aut ex eo, quod non est in id, quod

efficitur: aut ex eo quod eſt, in id, quod non eſt: aut ex eo quod eſt, in id, quod eſt. In iſto autem Sacramento, ſi tantũ in veritatis ſimplicitate conſideretur, & non aliud credatur, quàm quod aſpicitur, nulla permutatio facta cognoſcitur. Nam nec ex eo, quod nõ erat, tranſivit in aliquid, quod ſit, quando fit tranſitus in rebus naſcentibus. Si quidem non erant prius, ſed, ut ſint, ex non eſſe, ad id quod eſt eſſe, tranſitum fecerunt. Hic verò panis & vinum prius fuere, quàm tranſitum in ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti fecerunt. Sed nec ille tranſitus, qui fit ex eo, quod eſt eſſe, ad id quod eſt non eſſe, qui tranſitus in rebus per defectum occaſum patientibus exiſtit. Quicquid enim interit, prius ſubſiſtendo fuit: nec interitum pati poteſt, quod nunquam fuit. Hic quoque non iſte tranſitus factus eſſe cognoſcitur: quoniam ſecundum veritatem, ſpecies creaturæ quæ fuerat ante permanſiſſe cognoſcitur. Item illa permutatio, quæ fit ex eo, quod eſt, in eo, quod eſt, quæ perſpicitur in rebus qualitatis varietatem patientibus (verbi gratia, quando quod nigrum fuerat, in album demutatur) nec hic facta eſſe cognoſcitur. Nihil enim hic tactu, vel colore vel ſapore permutatum eſſe deprehenditur. *Sic ergò nihil hîc eſt permutatum, non eſt aliud, quàm ante fuit.*

*Iohan. 6.* Pag. 94. b. Sanctus Auguſtinus, Doctor Eccefiæ præcipuus in lib. de doctrina Chriſtiana tertio, taliter ſcribit: niſi manducaveritis (inquit Servator,) carnẽ filij hominis, & biberitis ſanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis, facinus vel flagitium videtur jubere. Figura ergò eſt præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum, & ſuaviter atq; utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata ſit. Cernimus quòd Doctor iſte myſteria corporis & ſangvinis Chriſti ſub figura, dicit à fidelibus celebrari. Nam carnem illius ſanguinemq; ejus *ſumere carnaliter*, non religionis dicit eſſe, ſed facinoris.

*Claudius Eſpencæus* de Continentia p. 94. Verùm alia multa viro ſancto in virginitatis favorem exciderunt coacta & violenta.

26. *An angeli ſanguine Chriſti ſint purgati?* Hieronymus exponens hunc locum Ephes. 2. Veniens evangelizavit pacem, reprehenſus eſt à Rufino, quòd Origenem imitatus affirmaverit, omnes creaturas tam homines, quàm angelos ſanguine Chriſti purgatas, inquiẽs: crux Domini non ſolùm terræ ſed cœlo profuit, non ſolùm hominibus, ſed & angelis, & omnis creatura Domini ſui cruore purgata eſt.

In S.

## In S. Hieronymum.

*Nomine de ſacro non vanum, Hieronyme, nomen*
*Eſſe tibi, prodit mens animusq́; ſacer.*
*Quantus honos fueris terris, Hieronyme, norunt*
*Cumque Euro Zephyrus, cumque Aquilone Notus.*
*Nec Solis radiis nec clara, Hieronyme, laude,*
*Qua fulges, toto eſt invius orbe locus.*
*Qui te, magne parens, Hieronyme, neſcit in orbe,*
*Hunc ſeipſum quis ſit, vix ego ſcire putem.*
*Exprompſit totas vires, Hieronyme, cum te*
*Tantum orbi virtus edidit alma jubar.*
*Omne decus vox hac, Hieronymus, una coercet,*
*Verboſa quid opus nectere laude moras?*
*Artubus humanis conſtans, Hieronyme (mirum)*
*Lucida pennata ſidera mente colis.*
*Abſit corporea gravitas, Hieronyme, molis,*
*Alituum vivens atheris unus eras.*
*Te venerande Parens, Hieronyme, terra magiſtro*
*Et certo niti diſcit ad aſtra duce.*
*Fulminat ingenti fervens Hieronymus ore,*
*Eloquioque ſacro tollit ad aſtra ſolum.*

*Heribertus Roſweid.* Soc. Jeſ. in vitis Patrum p. 538. de *Hieronymo.* Vir præter fidei meritum dotemque virtutum, non ſolum Latinis atque Græcis, ſed Hebraicis etiam literis eruditus eſt, ut ſe illi illi in omni ſcientia nemo audeat comparare. Catholici hominis ſcientia, ſana doctrina eſt, ex Sulpitio Severo.

Verum Auguſtinus *Steuchus* aliter ſentit l. 2. de Conſtantini magni donatione pag. 231. b. Nihil ego nunc morabor, quid Hieronymus in Chronicis ſcripſerit, quem auſim dicere, *nihil veri de Conſtantino retuliſſe.* Cum eum crudeliter dicat interfeciſſe Criſpum, cum cauſas relictæ urbis nullas afferat, cum dicat, ab Arianis eum fuiſſe baptizatum, quæ teſtimonio antiquorum, multorumque Theologorum nullo modo vera eſſe probantur.

# De prima veterum Germanorum fide, ejusque corruptione.

MIſeram fuiſſe quondam *Germanorum*, immò omnium populorum in gentiliſmo vel ethniciſmo verſantium conditionem, omnes Germani, omnes Chriſtiani uno ore fatentur. Cum enim natura inſitum in mentibus humanis ſit, eſſe vim divinam atque ſempiternam, qua omnia moveantur & conſerventar, in ipſius divinæ naturæ notitia comparanda, de vera DEI invocatione, fuit olim ab hominibus ſine ullo fructu omne ſtudium vitæ conſumtum. Atque in principio in eum errorem inciderunt, ut Soli, Lunæ, & Sideribus, nempe quibus neque pulchrius quidquam, neque ſalutarius cogitare poterant, divinitatem tribuerent. Deinde de cœlo delapſi (neque enim poterant animi, vitiorum pondere, quod augebatur indies, miſerè depreſſi, in cœli regione diu peregrinari) DEUM in terrenis ſordibus, in impuris voluptatibus, in monſtris horrificis inquirere & inveſtigare cæperunt, atque tandem impuriſſima religione inſtituta, finem ulterius progrediendi ſibi ſtatuendum eſſe decreverunt, quaſi jam fuiſſent id, quod ardentiſſimè concupierant, feliciſſimè conſecuti. Itaque vero DEO furenter & impiè neglecto, tanta dementia vexati ſunt, ut etiam flagitiis, & horrificis monſtris, & quadrupedum & ſerpentiũ ſimulachris immolarent, *Tibelenum*, Tifelenum, den Teüfel invocarunt, ſi Tertulliano in apologetico c. 24. p. 40. credimus, & furias etiam atque adeò feritatis ſempiternæ truculentiam divinis honoribus afficerent.

*B. Rhenanus. Tibelenus Noricorum Deus.*

Johannes Faber Epiſcopus Vien. ſerm. 9. fol. 25. Vocat eum aliquando ſcriptura DIABOLUM, id quod è Græco deſumtum apparet, & apud Germanos à Tuibelino, qui Germanorum DEUS erat, teſte Tertulliano, in hanc horam nomen retinet, ut vocabulum *Tufel* vocare ſoleamus.

Julius Cæſar de bello Gallico lib. 6. p. 206. Alii immani magnitudine ſimulachra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent, quibus ſuccenſis circumventi flamma exanimantur homines.

Hæc

Hæc fuit conditio quondam *Germanorum Ethnicorum*,

*Germani* ad Christum *conversi* unius sanctissimæ Trinitatis invocatione fuere contenti, uno Mediatore, quod nec diffitetur Monachus Franciscanus Johannes Crandonch / qui in festo Matthiæ, dictum illud Matthæi 11. Venite ad me omnes, &c. ita paraphrasticè explicat. Der HErr Christus will so viel sagen: Kommet her zu mir/ lauffet zu keinem andern/ ich will euch helffen/ trösten und erquicken/ ich bin ewer Mittler/ Fürsprecher/ Heyland und Seligmacher/ ewer Vatter/ Bruder/ HErr und Meister: Bedärfft ihr etwas/ ligt euch etwas an/ das suchet bey mir/ wollet ihr jrgend einen Patronen und Nohthelffer haben zu der Justification, und ewiger Seligkeit/ so lasset es mich zu forderst seyn. Ich bin der Heilige aller Heiligen/ der Patron aller Patronen/ der rechte Nohthelffer/ der Gnadenstuhl / euch vom Vatter verordnet/ ich will ewer Richter/ und vollkommener Tröster/ Helffer und Erretter seyn.

Johannes Wild/ Monachus Franciscanus, & ipse Germanus, vom verlornen Sohn: Darum nennet ers ein Kleid / dann es bedeckt die Sünde/ wie David sagt: Selig seyn die denen ihre Sünde bedeckt seyn. Das beste Kleid heisset ers darum/ daß dem Menschen seine Sünd nichts baß bedecken kan/ dann das Verdienst und Gerechtigkeit Christi/ bringt auch dem Menschen die höchste Ehr/ dann dardurch kompt er zu der ersten Unschuld. *homil. 8. p. 58. b.*

**Winterthell der Legenden** am Tag aller Heiligen fol. 144. Wann ein Seel zu Himmel fährt / so ist unser HErr selber Thorwart/ und thut ihr die Himmels-Pforten auff.

Hæc sunt verè Germana, sincera, Christiana. Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους, ἦλθεν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἔσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου καὶ ἀπῆλθεν: dormientibus hominibus venit illius inimicus, & seminavit zizania, inter triticum, abiitque. *Germani* ad Christum *conversi*, crediderunt unam esse viam in cœlum, Christum, vera fide apprehensum: inimicus autem homo, Christo adversus, id est Antichristus, hominum mentibus inserit; beatam Virginem *esse scalam albam*, ducentem Monachos facilius ad vitam æternam, relicta scala rubea, Christo. *Matth. 13.*

Hoc etiam patet exemplo, quod legitur in Chronicis nostris, quod quadam die S. Franciscus vidit duas scalas, unam rubeam, cui Christus innixus erat, & aliam albam, in qua Virgo erat. Et cum ad monita B. Francisci fratres scalam rubeam ascendere conarentur, dum ire inciperent, *Mariale parte 9. serm. 2.*

retro

etro multi cadabant, & ascendere non poterant. De qua re S. Franciscus flendo dolebat: cui Christus dixit: fac ut fratres tui ad matrem meam currant, & ad scalam albam, atque *per eam* ascendant. Tunc B. Franciscus exclamare cepit, dicens, currite fratres ad scalam albam & ascendite per eam, quod facientes fratres, à B. Virgine læta facie suscipiebantur, & in cœlum *cum facilitate* ascendebant.

Dormientibus hominibus, sacrificulis persuadentibus, eundē honorē tribuendū Matri qui Filio debeatur, eundem honorem tribuendū Reginæ qui Regi, eò venere dementiæ, ut honores Matris creverint, & Filii decreverint, aut obmutuerint. Manifesto exemplo patet, quod suppeditat Legenda Sanctorum, in die Purificationis Mariæ, Augustæ excusa ante centum & quinquaginta ferè annos: Darnach kam S. Peter mit dem Schlüssel/und sprach zu jhm: O weh dir du geitziger Bapst/dir stund deß Himmels Thür offen/die ist dir nun versperrt worden. Da erschrack der Bapst gar sehr/und gieng zu einem guten Mann/und sagt jhm/wie jhm geschehen wär/und bath jhn daß er jhm riethe wie er thät. Da sprach er: Ist dir deß Himmels Thür verschlossen/so gehe zum Fenster hinein/ das ist unser Fraw. Dann es stehet von jhr geschrieben/ **sie ist deß Himmels Fenster worden.** Da gieng der Bapst in die Capellen/ und bat unser Fraw/und knyet nider/und grüsset sie/ und lobet sie ohn unterlaß 4. Tag an einander. Da erschien jhm unser liebe Fraw/und sprach zu jhm/das ist mir leyd. Darnach fiel er aber 4. Tag für unser lieben Frawen/und ruffet sie mit grossem Ernst und Andacht an. Da erschien jhm unser liebe Fraw/und sprach zu jhr. Wer bistu? Da sprach sie/ich bin Maria/die Mutter der Barmhertzigkeit. Da sprach er: Darumb daß du die Mutter der Barmhertzigkeit bist/so soltu dich über mich erbarmen. Thustu das nicht/ so verleurstu deinen Namen: Da sprach unser Fraw/ verleür ich dann meinen Namen/ ob ich mich nicht über dich erbarme? Da sprach er: Ja du verleurst jhn fürwar. Da sprach unser liebe Fraw/darumb daß ich meinen Namen nicht verliere mit den Wercken/ so hab ich kein Sorg umb deß Himmels Thür/ wann du komst zum Fenster hinein/ **das ich selber persönlich bin.**

An. 1496. im Wintertheil.

*Mariale* Argentorati excusum per Martinum Simium l. 1. c. 2r fol. 5. Sicut nomen *Iesu*, secundùm Bernhardum, mel in ore, in aure melos, in corde Jubilus: sic & nomen Mariæ, & etiam amplius, si dicere audeamus: *Iesus* enim *quasi superbum nomen est*, & nimium potens, nostros

humilius

humilius nomen affectus decet. Unde si in Iesu, aut Deitatis aut sexus virilis *austeritatem* aliquis vereatur, recurrat ad Mariam, in qua nihil horum est suspectum. MARIA enim nomen muliebre est, mansuetudinem præferens & commendans.

Quos non salvat Dei Justitia, salvat Mariæ Misericordia *infinita*, Michael de Hungaria in Extravagatorio. Coloniæ 1505. excuso. z 4. b.

Hæc non sunt vera, nec Germana, nec Christiana, sed idololatrica, blasphema, & Antichristiana.

*Christus in opere redemptionis causam sociam non admittit.*

Ambrosius de Institut. Virginis c.7.p.164. Christi passio adjutore non eguit.

*Bernhardus* Tom.1.p.171. serm 3. de 5. processionis diebus. Ea nimirum hostia, sicut *sola* prodesse potuit, *sic sola suffecit*, nec Christum decuit simul & Petrum, aut Jacobum vel Johannem pro salute hominum pati.

*Johannes Capetus*, Theologiæ Licentiatus, Insulensis Canonicus, de Indulgentiis.p.100.ad marginem: Thesaurus non constat satisfactionibus sanctorum.

*Anno 1595. Insulis.*

Itaque non ut fingunt Hæretici, Catholici miscent sanguinem sanctorum cum sanguine Christi, quasi ex utrisque consurgat & conflетur unus thesaurus.

P.110. His addamus pro nostra sententia aliquot Patrum conformem doctrinam, qui non patiuntur vel aliqua ex parte nos redemtos esse sanguine martyrum. Et primum produco Augustinum, qui tractatu 84. in Evangelium Iohannis ita habet: etsi fratres pro fratribus moriamur, tamen in fraternorum peccatorum remissionem nullus sanguis martyris funditur, quod fecit Christus pro nobis. Imitari quis potuit morientem, nullus redimentem. Eum sic imitemur pia obedientia, ut ei nos comparare nulla præsumamus audacia.

*Ambrosius* in fine lib. 16. in Lucam, aliæ cruces mihi nihil prosunt, sola crux Christi mihi utilis est.

*Leo I.* epist.83. Quamvis multorum sanctorum in conspectu Domini mors pretiosa fuerit, nullius tamen insontis occisio propitiatio fuit mundi. Accepere justi, non dedere coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. Singulares quippe in sin-

gulis mortes fuere, nec alterius quiſquam debitum ſuo fine perſolvit.

His conformis *D. Thomas Aquinas* part. 3. q. 48. art. 5. ad 3. dicit, quòd paſſiones martyrum proficiunt Eccleſiæ, non per modum redemtionis, ſed per modum exempli & exhortationis, ſecundum illud, ſive tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute. Ex his colligo, martyres propriè non profuiſſe nobis, imò nec ſibi per ſuas paſſiones.

Tantum Iohannes Capetius, Theologus Belga.

**D. Luthers Hauß-Poſtill**/ in der andern Predigt vom Leiden Chriſti fol. 127. Es will unſer lieber HErr Chriſtus/ in ſeinem Leiden/ das er jetzt für ſich hat/ **keinen Geſellen haben.** Dann auff jhn allein/ wie Eſa. 53. ſagt/ hat Gott all unſere Sünde geworffen/ die hat er auch allein tragen/ und ſich ſelbſt darfür opffern müſſen. Wol iſts wahr/ daß die Jünger hernacher auch haben umb Chriſti und ſeines Worts willen müſſen leiden / wie er zu Jacobo und Johanne ſagt/ den Kelch den ich trincke/ werdet jhr auch trincken. Aber deß HErrn Chriſti Leiden heiſt ein Leiden für meine/ deine/ und aller Welt Sünde / daß Gott dieſelbe mir und dir/ und allen Chriſtglaubigen umb Chriſti willen/ nicht allein nachlaſſen/ derſelben nicht gedencken/ ſondern auch Gerechtigkeit und ewiges Leben will ſchencken. Umb dieſer Urſach willen **will er allein ſeyn** / und niemand mit ſich laſſen fangen noch leiden.

Homil. 9. fol. 148. b. Das iſt der rechte Unterſcheid zwiſchen unſers HErrn Chriſti und unſerm Leiden. Wir verdienen mit unſerm Leiden nicht Vergebung der Sünden/ das richt allein das Leiden unſers HErrn Chriſti auß/ er iſt allein das rechte Opffer und Lämblein Gottes/ das für aller Welt Sünd bezahlet und gnug thut/ darum hanget er am Creutz/ das iſt/ das Creutz das wir tragen/ dienet darzu/ daß der alte Adam beſchwert/ und der Sünde gewehrt werde. Daß aber Sünden vergeben werden/ ſolches iſt allein Chriſti Werck und Verdienſt.

*Eſaiæ cap. 53. v. 4. 5.*

*Verè equidem tulit; at noſtros tulit ille dolores,*
*Et peccata luit, quæ nos contraximus ipſi,*
*Nos, noſtriq́; Patres, ſeriq́; ſubinde nepotes.*
*Ille ſuo noſtrum lavit ſcelus amne cruoris.*

*Vulne-*

*Vulneribus plenus, nostra ut commissa piaret.*
*Nostra ejus de morte salus, de funere vita*
*Paxq; orta est, ſaniq; ejus livore valemus.*

Eſaiæ 63.v.3.

*Certè ego calcavi ſolus, nec falleris, uvas,*
*Nec fuit auxilio quisquam de gente Deorum,*
*Sive hominum, ſolus vitem mihi, ſolus acuta*
*Excidi falce, & prælo ſpumante ſubegi.*

## Ad majorem Jeſu Chriſti gloriam.

## In Speculo S. Franciſci excuſo Venetiis Anno 1504.

Pag.134. Præ cunctis avibus diligebat quandam aviculam, quæ vocabatur *Alauda*, & dicebat de ea, ſoror alauda habet caputium, ſicut religioſi, & eſt humilis avis, quia vadit libenter per viam, ad inveniendum ſibi grana, etiamſi invenerit inter ſtercora, extrahit ea & comedit, volando laudat Dominum valdè ſuaviter, ſicut boni religioſi, deſpicientes terrena, quorum converſatio ſemper eſt in cœlis, & intentio ejus ſemper eſt ad laudem Dei.

# ORATIO
## De
## S. Franciſco, altero Chriſto.

ROberttus Bellarminus Cardinalis de Conciliis ſcribens l.2. c.17. p.39 Omnia nomina, quæ in ſcripturis tribuuntur Chriſto, unde conſtat eum eſſe ſupra Eccleſiam, *eadem omnia* tribuuntur Pontifici. Hinc ſuccenturiatus miles Jacobus Gretſerus in Myſta Salmurienſi pag. 410. mentem ſuam ita exponit: Calumniatur, quòd Innocentius Pontificem vocat Sponſum Eccleſiæ; quin & rivalem Chriſti jam habes, clamat Pleſſæus. Quieſce Calviniſta. Chriſtus principalis Sponſus eſt & Primarius, Pontifex Secundarius, & Chriſto ſubordinatus: quem-

admodum Chriſtus eſt principale fundamentum Eccleſiæ, ſecundarium Petrus Apoſtolus, ſine ullo Chriſti præjudicio.

Sic juxta Eccleſiaſticum cap. 42. v. 25. Πάντα δισσὰ, ἓν κατέναντι τοῦ ἑνὸς, καὶ οὐκ ἐποίησεν οὐδὲν ἐλλεῖπον. Omnia gemina, unum appoſitum eſt uni, & eſt haudquaquam mancum, quodcunque ipſe fecit.

Quemadmodum ergò Chriſtus principaliter eſt agnus Dei, arbor vitæ, A & Ω, calcator torcularis, creator, redemtor, ſanctificator, fundamentum, janua, juſtitia noſtra, judex, liber vitæ, perruptor, perpitiatio, ſacrificium, ſcala cœli, Sponſus Eccleſiæ, veritas, via & vita: ita quoque Papa Romanus eſt ſecundarius agnus Dei, qui tollit peccata mundi, eſt arbor vitæ, calcator torcularis, creator ſui Creatoris, fundamentum ſecundarium Eccleſiæ, altera janua, juſtitia noſtra, liber vitæ, mediator, perruptor, propitiatio, Sponſus Eccleſiæ, ſed minus principalis eſt veritas, via & vita, ſcala cœli. Si hæc de Summo Pontifice verè dici poſſunt, multò magis de S. *Franciſco* enunciari queunt, qui in ſedem Luciferi locatus eſt, referente Speculo S. Franciſci pag. 42. capitulo 62. Mane facto reverſus eſt ad eum frater Pacificus, B. Franciſcus ſtabat coram altari in oratione. Et frater Pacificus expectavit eum extra chorum, orans ſimiliter coram crucifixo. Et cum cæpiſſet orare, elavatus & raptus eſt in cœlum, ſive in corpore ſive extra corpus ſolus Deus novit, & vidit in cœlo multas ſedes, inter quas vidit unam *eminentiorem aliis*, atque præ omnibus glorioſam, fulgentem & ornatam omni lapide pretioſo. Et admirans pulchritudinem ejus cæpit intra ſe cogitare, cujus eſſet illa ſedes, & ſtatim audivit vocem dicentem ſibi: *Hæc ſedes fuit Luciferi, & loco illius ſedebit in ea frater Franciſcus humilis.*

*Venetiis 1504.*

Pag. 80. Inducitur Dæmon ita loquens. Et quia ille *Stomachoſus* fuit conjunctus crucifixo, & ſic *transformatus* in ipſum, quòd Dominus omnium voluit *per eum fieri Chriſtianos.* Ad hæc reſpondens Sacerdos arguit illum dicens: quare tu vocas S. Franciſcum *STOMACHOSVM?* Reſpondit Dæmon cum maximo clamore, dicens: Quia ipſe fuit de ſemine viri & mulieris exceptus, ſicut cæteri homines: tamen humiliavit ſe in tantum, quòd propter aſſimilationem ſingularem Crucifixi, quam in animo & corpore

ſuo

suo gessit, *meruit plusquam omnes homines exaltari*. Et licet beatus Joannes Baptista sit major sanctus, qui sit in paradiso post matrem crucifixi, tamen ille *Stomachosus* cum fratribus suis, vexillo explicato præcedit in cœlo post Apostolos & omnes Sanctos. Et ipse obtinuit, illam sedem gloriosi Luciferi principis nostri. Et ideò non solùm non possum proprio nomine nominare, sed magis odimus eum, quàm omnes sanctos alios, imò cognoscentes ipsum illa sede Luciferi sublimatum *plus cruciamur* ab illa gloria & sublimatione sua, quàm ab igne infernali.

Circa annum Christi 1200. (verba sunt Valeriani Magni Mediolanensis Fr. Ordinis Minorum Seraph. P. S. Francisci, nuncupatorum Capuccinorum, in judicio regulæ credendi l. 8. c. 9. p. 249.) Spiritus Domini invaserat Franciscum Filium cujusdam mercatoris Assisiatis de valle Spoleti, ita ut nihil meditaretur præter eam vivendi rationem, quam intellexisset Deo acceptam. Cum verò inter Missarum solennia opportunè intendisset illi lectioni Evangelicæ, qua Apostoli instituuntur, ut annunciaturi regnum cœlorũ pergerent sine sacculo, sine pera, sine calceamentis, unica tunica contenti, mox sese ad eam composuit normam, cumq; plures eodem spiritu incitati, associarentur, eis regulam præscripsit, quam Romani Pontifices confirmarunt. Porrò Deus miraculo præter innumera alia inaudito voluit innotescere orbi, sui consilii rationem esse *in Francisco revocare vivaciorem* Jesu Christi crucifixi *memoriam*, & in ejus Ordine Apostolicæ vitæ expressa exempla: nam biennio ante ejus mortem exstasin passus, in monte Alverniæ, post diutinum arcanum colloquium cum Salvatore, qui cruci affixus sibi apparuerat, deprehendit in suis manibus & pedibus *clavos* carni adnatos, quorum capita duriora, velut essent ferrea, intra volas manuum, & supra pedum fastigia, penetrabant artus illos ad partes oppositas, ad quas clavorum cuspides inflectebantur. Latus verò circa præcordia erat apertum, velut esset lancea transfixum, quæ plagæ ut erant jugiter apertæ & *insanabiles*, dolores acerrimos causant. Vir ergò Dei biennio sic plagatus, conversatus inter homines, obtinuit, ut crederetur *destinatus à Deo* unà cum ordine à se instituto, in eum finem, quem dixi. Tantùm Valerianus.

*Vienna* 1641.

Primò ergò sciendum, teste speculo vitæ beati Francisci & Sociorum ejus pag. 2. quòd beatus Pater noster *Franciscus in omnibus suis actibus fuit Christo conformis*. Nam sicut Christus benedictus in principio prædicationis assumsit sibi duodecim discipulos, omnia relinquentes: ita

*Venetiis* 1504.

B. Franciscus habuit duodecim socios electos, paupertatem aptissimã diligentes: & sicut unus de duodecim Apostolis laqueo se *suspendit*: Ita unus de duodecim socijs prædictis *Frater Iohannes de Cappella* nomine *se suspendit*. Et sicut illi sancti Apostoli fuerunt toti mundo admirabiles, & pleni spiritu S. ita isti sanctissimi socii Sancti Francisci fuerunt homines tantæ sanctitatis, quòd à tempore Apostolorum *mundus non habuit tam mirabiles homines*. Nam quidam eorum fuit raptus usque ad terium cœlum ut Frater Ægidius: quidam fuit tactus labijs ab angelo, calculo ignito, sicut Esaias, sicut Philippus Longus: quidam loquebatur cum Deo, ut amicus cum amico, quasi alter Moses, videlicet frater Silvester, frater purissimus: quidam volabat ad divinæ sapientiæ lumina, ut aquila, quasi Evangelista, sicut frater *Humilissimus*, qui scripturas profundissimas declarabat. Quidam fuit sanctificatus à Domino & Canonizatus in cœlo, cum adhuc viveret in hoc mundo, quasi sanctificatus in utero sicut frater Ruffinus, nobilis de Assisio, vir Christo fidelissimus, & sic omnes speciali prorogativa fulserunt.

Cap. 73. fol. 52. b. Beatus Franciscus studens *se in omnibus conformare* &c.

Fol. 96. Verissimus servus Dei Franciscus, quia in quibusdam fuit *quasi alter Christus*, datus in mundo &c.

*Iacobus Biderman* Agonistic. l. 3. p. 612. Franciscum Catholici sciunt neque sacerdotem fuisse inauguratum, neque sacris operatum unquam, neque ut operaretur, adduci potuisse &c.

*Bellarminus* Concione 25. p. 216. Beatissimus pater Franciscus tanti fecit orationis studium, ut neque propter conciones, neque propter animarum conversionem, Orationem interrumpere vellet, donec *divina revelatione ei munus concionandi imponeretur*.

Bellarm. de gemitu columbæ l. 2. p. 156. Primarium Episcopi munus est Evangelij prædicatio.

Anno Domini MCCXVI. referente Gabriele Barèleta Dominicano, Sabbato post invocavit p. 42. b. apparuit Christus in aëre cum tribus lanceis, contra tria peccata Superbiæ, Luxuriæ, Avaritiæ. Virgo autem Maria genibus flexis provoluta ad pedes ejus dicens: O Fili, dabo tibi servos meos, videlicet Dominicum & Franciscum, qui mundũ convertent ad te. Cui Filius: Mater mea, fas nõ est, ut quidpiam vobis negem, sum contentus, ei parcere volo.

Idem

Idem in festo S. Dominici, sermone septimo p.149. b. Anno Domini 1216. apparuit Christus in aere *totus furibundus*, cum tribus lanceis, contra tria peccata Superbiæ, Luxuriæ, Avaritiæ. Virgo autem Maria genibus flexis ad pedes Christi provoluta: parce peccatoribus, quia dabo tibi duos servos meos, Dominicum & Franciscum, qui mundum convertent ad te. Quod & factum est, quia hi duo Ordines sunt duo candelabra in mundo.

*Coloniæ 1596.*

Antiqua Catholica Ecclesia *unam viam in cœlum* agnovit: testis est Irenæus l.5. c.20. p.466. Et Ecclesiæ quidem prædicatio vera & firma, apud quam *una & eadem salutis via* in universo mundo ostenditur. Hinc enim creditum est lumen Dei, & propter hoc sapientia Dei, per quam salvat omnes homines, in exitu canitur. In plateis autem fiducialiter agit, in summis muris prædicatur: in portis autem civitatis constanter loquitur. Ubi enim Ecclesia prædicat veritatem, & hæc est ἑπτάμυξος lucerna, Christi bajulans lumen.

Sanctus autem Franciscus faciliorem scalam ascendendi in cœlum fratribus suis ostendit; ita enim *Mariale* part.9. serm.2. p.492. Hoc etiam patet exemplo, quod legitur in Chronicis nostris, scilicet, quod quâdam die *Franciscus vidit duas Scalas, unam Rubeam*, cui Christus innixus erat, & *aliam albam*, in qua Virgo erat. Et cum ad monita B. Francisci fratres scalam albam ascendere conarentur, dum ire inciperent, *retrò multi cadebant*, & ascendere non poterant. De qua re S. Franciscus flendo dolebat. Cui Christus dixit, fac ut fratres tui ad matrem meam currant, *& ad scalam albam, atque per eam ascendant*. Tunc beatus Franciscus exclamare cepit, dicens: Currite Fratres ad scalam albam, & ascendite per *eam*: quod facientes fratres, à beata Virgine læta facie suscipiebantur, *& in cœlum cum facilitate ascendebant*.

In Francisci Mauri Hispellatis Minoritæ lib.13. Francisciados, Antverpiæ Anno 1572. excuso, & Serenissi. Cosmo Medicæo dicato, legimus *solam beatam Mariam ducere in cœlum* p.304.

*Salve magna parens, cœli* quæ sola *colonis*
*Atria terrigenis gemmata recludis, & alta*
*Sede locas, opibusq; auges, regnisque superbis.*
*Salve nosque tuos ne dedignare clientes.*
*En læti (nos læta fove) tua castra subimus,*
*Abnuimusque bonis posthac servire caducis*

Chri-

Paris. 1621. Christus Dominus tribus telis Orbem fulminare paratus, sed à beatissima Virgine impeditus, *Iacobi Bidermanni* Soc. Jes. Epigram. p. 15.

*Numen ubi celso despexit ab æthere terras,*
*Vidit ibi studiis omnia plena tribus.*
*Inde superciliis incedere grandibus omnes,*
*Inde manum vetitis omnem inhiare lucris.*
*Ignibus inde omnes ardere Cupidinis. Et mox*
*Ista triplex plectet crimina fulmen, ait:*
*Arreptoq; manus implevit fulmine, quale*
*Sparserat in clades ante Gomorrha tuas.*
*Iamque statas vindex in pœnas dextra ruebat,*
*Accidit ad Dominos cum bona virgo pedes.*
*Et quò spectat, ait, tanti Deus ira furoris?*
*Quemvé tribus ferient tela trisulca minis?*
*Cerno quidem terræ funesta piacula, cerno;*
*Et dudum votis execror illa meis.*
*Si tamen irritant isti tua fulmina mores,*
*Quando tuo intactus fulmine mundius erit?*
*Parce pia punire manu. Non cernis, ut ægro*
*Hic medicas orbi tendat & ille manus?*
*Hic Franciscus erat, Francisci erat ille gemellus*
*Alter ibi visus Virgini, & alter erat.*
*Fulmina nunc pejor timet altera mundus. An alter*
*Fulmina Franciscus qui remoretur adest?*

Coloniæ 1624. Cæterum rigorem primitivorum Franciscanorum Franciscus ipse ostendit in antiquitatibus Franciscanis, à Philip. Posquiero editis p. 46. Primò fratres & alii qui venerunt post illos usque ad magnum tempus, affligebant corpora sua ultra modum, abstinentia cibi & potus, vigiliarum, frigore, asperitate indumenti & labore manuum suarum, portabant ad carnem circulos ferreos, & loricas ferreas, & fortissima Cilicia, propter quod sanctus Pater considerans, quòd hac occasione poterant infirmari, & aliqui jam in parvo tempore erant infirmati, prohibuit in quodam capitulo, ut nullus frater portaret subtus ad carnem, nisi tunicam.

Idem Philippus Posquierus & hoc habet pag. 240. Prædixit sanctus Franciscus coram Domino Hostiensi & fratribus multis, & populo fre-

frequentius prædicavit (prout socij sui qui audierunt, scilicet Frater Bernardus, frater Leo, frater Angelus, sunt testes) quòd fratres sui malignis procurantibus spiritibus, à sanctæ simplicitatis & altissimæ paupertatis studio *recederent*, & pecunias Testamenti, & quæcunque legata reciperent, & locis pauperculis & solitarijs derelictis, in castris & civitatibus sumptuosa loca ædificarent, quæ non statum ostenderent paupertatem, sed statum mundi, Dominorum & Principum: & quod privilegia ab Ecclesia, à summis Pontificibus *cum multa astutia* & humana prudentia & importunitate procurarent, & impetrarent præmissæ Regulæ & vitæ sibi à Christo revelatæ non solum relaxantia sed destruentia puritatem, quibus ad litigia & inferendas injurias, non solùm mundi hominibus, sed etiam religiosis & clero superbiendo præsumerent.

*In speculo vitæ B. Francisci*, & sociorum ejus, excuso an. 1504. Venetijs pag. 186. b. Legitur de S. Francisco, quòd oranti sibi apparuit leprosus, dudum defunctus, in specie pulcherrima, cujus laverat pedes & ulcera S. Franciscus, dixitque sibi: gratias tibi ago coram altissimo Deo, quia per tuum obsequium assecutus sum salutem. Ad quem sanctus ait: quid tibi de Ordine quem incepi, sentit cœlestis curia? Et ille dixit: Omnes simul Apostoli omni die flectunt genua coram Christo, dicendo: precamur Domine, altissimam tuam misericordiam, ut Ordinem nostrum, per Franciscum *renovatum*, in terra digneris conservare. Et respondit eis Christus: Hanc regulam *per me vobis datam*, per beatum Franciscum *renovatam* usque in finem conservabo.

In eodem speculo p. 99. (*B. Maria*) clementer fratri devotè oranti puerum Jesum brachijs bajulans apparuit, Filium suum benedictum exorans, ut fratris pauperis misereretur, cum à tentationibus liberando; & dulcis puer ad Matrem: quid, inquit, mater mea à me postulas? ad me non pertinet, faciat ille, cui cura commissa est. Nam beato Francisco super fratres sui Ordinis *omnem potestatem meam delegavi*, ut nihil in eis facere possim, quod ipse non possit. Qui frater tentatus cum audisset, & se ad beatum Franciscum toto voto cordis converteret, se illicò ab omni tentatione sensit liberatum. Pium ergò Patrem toto corde veneremur, quem Rex Regum tam luculenter suis cicatricibus insignivit, *ut in omnibus & per omnia*, quantum fas est puræ creaturæ *assimiletur*.

In speculo p. 113. Sanctus Pater Franciscus illas sanctissimas pla-

gas, quas in manibus & pedibus ac latere Christus Dei Filius miraculosè impresserat, ita diligenter ab oculis hominum abscondebat, quod vix aliquis dum viveret, potuit audere ad plenum vel aspicere. Nam ibat semper deinceps calceatus & de manibus non nisi digitorum summitates apparebant: ita manus cum manicis abscondebat memorans illud, quod dictum est per angelum ad Tobiam: bonum est Sacramentum Regis abscondere, potissimè verò plagam lateris ita semper, dum vixit, obtexit, quod, excepto fratre Rufino, qui quasi quadam pia industria illam videre promeruit, nullus alius, dum viveret, *videre potuit*. Frater autem Rufinus triplici testimonio de sanctissima plaga lateris se & alios certissimos reddidit. Primò, quia cum lavare deberet femoralia sancti Patris, inveniebat ex parte dextri lateris multipliciter cruentata; propter quod certitudinaliter advertebat, quòd ille erat sangvis de plaga, qui de dextro latere defluebat. Deprehendebat Sanctus Franciscus fratrem Rufinum, quòd hoc advertebat, quando dicta femoralia explicabat, ut signum cerneret supra dictum. Iterum autem frater Rufinus, ut de hoc certior redderetur, cum semel scalperet sanctum Patrem, digitos manus in ipsam plagam immersit. Propter quod Sanctus Franciscus fortiter angustiatus, clamorem magnum emisit, dicens: parcat tibi Deus, ô frater Rufine, & quare hoc facere voluisti? Tertiò cupiens frater Rufinus illam venerabilem plagam corporeis oculis cernere, quadam charitativa cautela sancto Francisco dixit, rogo te, Pater, ut unam maximam cōsolationem facias mihi, quòd tunicam meam accipias in charitate paterna. Hoc autem faciebat Rufinus, ut cum S. Francisc. se spoliaret, dictam plagã, quam aliquando manu tetigerat, etiam oculis cerneret: ita factum est. Unde S. Franciscus charitativè S. fratris precibus assentiens exspoliavit se tunica sua, & tunicam illius accepit. Et quia illam solummodò habebat, dum se spoliaret, non se sic contegere potuit quando frater Rufinus dictam plagam diligenter aspiceret. Et sic de illa plaga per tria testimonia fuit plenariè confirmatus, ad laudem DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

*De mirabili Iejunio quadragesimali* sancti Francisci in Speculo p. 96. Verissimus servus DEI Franciscus, *quia in quibusdam fuit quasi alter Christus*, datus in mundo, ideò DEUS Pater tam felicem hominem in multis Christo Filio suo *fecit esse conformem*, sicut apparuit in sanctorum

rum sociorum sacro collegio, in stigmatum crucis mirando mysterio, & sanctæ Quadragesimæ continuato jejunio. Nam cùm esset in territorio Perusino juxta lacum, fuit in die Carnisprivij apud quendã devotum sibi hominem hospitatus, quem S. Franciscus amore Christi rogavit, ut ipsũ in quadam insula ipsius lacus, in qua nullus hominũ habitabat, transportaret in nocte, sed ante diem Cinerum, ita quod nullus adverteret. Ille verò hospes ob magnam devotionem quam habebat in ipso, hoc studiosius adimplevit. Unde surrexit de nocte, & paravit naviculam, & in die Cinerum sanctum Franciscum portavit ad Insulam prælibatam. Sanctus verò Franciscus nihil pro victu, nisi duos parvos panes secum portavit, Depositus autem in dicta Insula rogavit portitorem. suum, ut nulli hoc panderet, & quod se nisi in die Jovis sancta requireret. Portitore verò suo recedente de Insula, sanctus Franciscus solus remansit. Et cum nulla ibi habitatio esset, ubi caput suum inclinare valeret, in *quandam densam sepem*, ubi vepres quasi tugurium fecerat, subintravit, & stetit ibidem *immobilis per totam quadragesimam nihil manducans aut bibens*. Prædictus autem hospes beatum Franciscum in die Jovis sancta, sicut condixerat, requisivit, & invenit, quod de prædictis duobus panibus, præter medietatem unius, nihil amplius erat tactum. Illam verò medietatem S. Franciscus creditur tetigisse ut Christo benedicto gloriam jejunij quadragesimarij reservasset, & cum illo modico panis vanæ gloriæ venenum expelleret: ita quod jejunavit exemplo Christi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In illo autem loco, ubi Sanctus Franciscus pœnitentiam tam mirabilem celebravit, facta sunt meritis ipsius multa miracula propter quæ omnia cæperunt homines in illa insula ex tunc habitationes constituere.

## De humanitate & obedientia S. Francisci & fratris Bernardi.

F. Philippus Bosquier p 202. paratus sum Pater, obedientiam in his, quæ dixero, permittatis. Respondit S. Franciscus, assentio. Frater verò Bernardus dixit: dicatis pa[illegible]er, quidquid me vultis facere. Et S. Franciscus ait: per sanctam obedientiam præcipio tibi, ut ad puniendam præsumtionem & audaciam cordis mei, me jacentem *in terra calces* pede

tuo in gutture meo *calcando*, & alio pede ſuper os meum poſito, ita quod pedibus tuis me in gutture & ore ſic calcantibus tranſeas me ter, ex una parte ad aliam partem, & ſic tranſeundo dicas mihi improperia. *Iace*, inquiens, *ruſtice*, Fili Petri Bernardonis, & alias plures & majores injurias irrogabis, dicendo: unde tibi tanta ſuperbia, qui es viliſſima creatura? Quod audiens beatus frater Bernardus, durum fuit ſibi hoc facere: tamen propter obedientiam illud, quantum potuit, curialiter adimplevit. Et hoc facto dixit S. Franciſcus, amodo præcipe, frater Bernarde, quicquid vis, quod faciam, quia promiſi tibi obedientiam. Frater verò Bernardus ait: per ſanctam obedientiam tibi præcipio, quod, quandocunq; ſumus ſimul, de meis defectibus me corrigas & acriùs reprehendas. Quo audito, ſanctus Franciſcus ſtupuit valdè, quia frater Bernardus erat tantæ ſanctitatis, quòd S. Franciſcus habebat eum in magna reverentia.

## In Speculo.

Pag. 123. Duobus annis ante obitum ſuum dum eſſet apud ſanctum Damianum in cella quadam facta de Storis, & ſummè affligeretur ex infirmitate oculorum, ita quòd ultra ſpatium quinquaginta dierum non potuit videre lumen diei, nec lumen ignis, factum eſt divina promiſſione, ut ad augmentum afflictionis & meriti ſui *venirent tunc mures in cellam ſuam*, qui die noctuque *diſcurrentes* ſupra ipſum & in circuitu ejus non ſinebant eum dormire, nec orare, nec quieſcere, imò quando comedebat, aſcendebant ſuper menſam ejus, & ipſum plurimum infeſtabant, unde tam ipſi, quàm ſocij ejus cognoverunt manifeſtè, quòd erat tentatio Diabolica.

Boſquierus pag. 184. Anno Domini 1310. die 23. Febr. cum fratres irent Ravennam ad Indulgentiam ſancti Johannis Evangeliſtæ, cumque illuc perveniſſent, hoſpitati ſunt in domo cujuſdam Dominæ divitis & honeſtæ & honoratæ, atque publicè cognitæ à civibus forenſibus, nomine Saneceſſe, & ſimul cum eis alij boni viri octo de civitate Bononienſi. Cænantibus autem prædictis viris, & præfata Domina cum eiſdem, cepit ipſa Domina loqui literaliter ita ornatè & ſapienter & profundè de multis & varijs ſententijs, ut omnes audientes redderet attentos, & eorum mentes cõverteret in ſtuporem. Unus verò ex diſcumbentibus nomine Jacobus de Bononia, præfatum Sacerdotem fratrem

trem Jacobum præ nimia admiratione respiciens, dixit ei: audis, quo-
modo illa mulier loquitur? Qui respondit, audio, & vehementer admi-
ror. Sed quia idiota sum, nec ipsam possum intelligere, nec sermonibus
profundis respondere. Et illa statim respondit: benè credo, quod nescis
mihi respondere, nec est mirum, quia si hic essent omnes Sapientes Or-
dinis fratrū Minorum, qui sunt *meliores & sapientiores* quā Ordines Præ-
dicatorum, *ego sola omnes confunderem per Scripturas.* Tunc ait illi Sacer-
dos: est ne major & melior Ordo Minorum, quàm Prædicatorum? Re-
spondet illa, est in triplo. Interrogata, ubi talia didicerit? Respondit in
cœlo empyreo, de quo ejecta sum cum Lucifero, & alijs multis propter
unam cogitationem, in qua omnes pariter consensimus.]

*In speculo pag. 78.*

## Speculum p. 166. b.

Cum quidam frater domesticus fratri Ægidio diceret, frater Ægi-
di, bona nova nuncio tibi. Et frater Ægidius dixit, dicas. Et ille dixit,
hac nocte ductus fui *ad infernum* & existens ibi, *nullum fratrem nostri
Ordinis inveni.* Respondit frater Ægidius clamans & dicens, benè credo
tibi, & hoc dixit ter & statim raptus fuit in se, & ad se reversus interroga-
vit frater dicens: quomodo intelligitur, quòd nullus frater sit in inferno?
Respondit frater Ægidius, non descendisti tu in infernum, ubi sunt illi
miseri, qui portant tunicam fratrum Minorum, & apparent fratres,
opere tamen sunt contrarij.

*Bosquier p. 416.*

## Bosquier fol. 234.

Quidam sanctus frater devotus Ordinis Minorum, cum legeret
legendam sancti Francisci, cogitavit in corde suo, quæ potuerunt esse
illa verba, quæ dixit sibi Seraph, quando recepit sacra stigmata, & dice-
bat in corde suo. Hæc verba noluit dicere sanctus Franciscus, dum vi-
veret corporaliter. Nunc autem cum non vivat corporaliter, fortè illa
diceret, si rogaretur instanter.

Pag. 234. Cum frater devotus lutuosos pedes senis illius lavare
inceperat, amoto luto, sacra stigmata apparuerunt. Quem cum frater
ille inspexisset, amplectens, & tenens fortiter pedes illos, cum magna
voce dixit: O frater, vel tu es Christus, vel B. Franciscus? Ad cujus vo-
cem stupendam perterriti omnes fratres loci illius, octo numero, qui ibi
stabant ad ignem, propter frigus, surrexerunt ad illa stigmata contuen-

da. Quibus visis & tactis ab omnibus, & fratribus ex novitate & admiratione paventibus, inquit ille frater senex forensis. Non dubitetis fratres mei charissimi, sed aliquantulum audite me. Ego sum frater Franciscus, qui tres Ordines, secundum Dei voluntatem institui. Et cum sim rogatus quotidie per octo annos, ab isto fratre, qui pedes meos tenet, hodie maximè rogatus sum in Ecclesia post laudes, quas reddidistis ibidem, ut sibi revelare dignarer illa arcana verba à Seraph mihi dicta, quæ nulli hominum dixi, dum viverem, sed de voluntate & mandato divino. Nunc verò ad eum missus, ubi sibi coram vobis dicam, quod petit. Scias ergò frater charissime, quòd cum essem in monte Alverno, ob amorem passionis Christi, totus absorptus à Filio Dei, sua sacra stigmata accepi. Post impressa stigmata dixit mihi: scias quid fecerim tibi? Ego dedi tibi stigmata mea insignita, *ut vexillifer meus effectus sis*. Et sicut ego in die transitus mei *ad Limbum* accessi, & meritis ac virtute istorum stigmatum omnes animas, quas ibi inveni, extraxi: sic etiam tu, *ut sis mihi conformis in morte, sicut es in vita, vadas ad purgatorium* quolibet anno natalitii tui, & omnes animas trium Ordinum tuorum, scilicet Minorum, Sororũ S Claræ, & Continentiũ, quas ibi invenies, in virtute & efficacia istorum stigmatum *eruas*, & ad gloriam perducas paradisi. Hæc autem verba nemini dixi, dum viverem, ne jactantia præsumtionis & inanis gloriæ videretur. Et quacunque die ante diem natalitii tui obierit, etiamsi in vigilia, in crastinum eripias & ad gaudia paradisi deducas, quibus dictis statim disparuit.

*Bosquier* pag. 252. F. Massæus, cum aliquantulum sanctum Franciscum præcederet, in corde suo dicebat; sanctus verò Franciscus divino Spiritu illustratus, cui omnia occulta nuda sunt aperta, clamavit post tergum fratris Massæi, & cordis ejus *secreta patefaciens*, dixit: ad ea, quæ nunc cogitas, te teneas, quia ista sunt bona & utilia tibi, sicut à Domino inspirata. Murmuratio verò prima, quam faciebas, est cœca, mala & superba, & à Diabolo tibi in anima seminata. Quod audiens frater Massæus & stupens, manifestè cognovit & perpendit, quòd sanctus Franciscus *cordis ejus arcana sciebat*, & insuper certitudinaliter comprehendit, quod sanctum Patrem in omnibus suis actibus Spiritus divinæ gratiæ dirigebat.

*In Speculo* fol. 79. Vos audivistis pluries, fratrem Jacobum de Potali prædicantem Bononiæ, quòd S. Macarius *voluit facere pacem inter*

*ter Deum & Diabolum.* Et Dominus dixit Macario: si Diabolus vult dicere culpam suam coram me, parcam sibi. Reversus Macarius ad Diabolum, retulit sibi quæ dixerat Dominus. Respondit Diabolus, imò ipse Crucifixus debet genu flectere ante me, & dicere mihi culpam, quòd tot annis fecit nos stare in inferno. Tunc dixit Macarius, vade Satana, & expulit ipsum: ille verò nunquam apparuit sibi.

*Quotidie se flagellavit* testimonio Speculi fol. 117. b. Tantus erat fervor amoris & compassionis S. Francisci ad dolores & passionem Jesu Christi, & in tantum *se quotidie* pro ipsa passione interius & exterius affligebat, quòd pro propriis infirmitatibus non curabat. Unde cum per longum tempus usque ad diem mortis suæ fuisset passus infirmitates stomachi & epatis & splenis, atque à tempore, quo rediit ultra mare, habuisset continuè dolores maximos oculorum, noluit tamen inde habere unquam sollicitudinem, ut faceret se curare. Unde videns Dominus Hostiensis, quòd ita esset & fuisset semper corpori suo austerus, & maximè quòd lumen oculorum jam cœperat perdere, quia nolebat se facere curari, admonuit eum cum magna pietate & compassione dicens: Frater, non benefacis, quia non facis te curare cum vita, ut sanctitas tua sit utilis valdè fratribus, secularibus & toti mundo. Nam fratribus tuis infirmis compateris, & semper fuisti illis propitius & misericors: in tanta necessitate tua non debes tibi esse crudelis. Unde præcipio tibi, ut te curari facias & juvari. Ipse namque Pater sanctissimus, quod erat carni amarum, semper pro dulci sumebat, quia de humilitate & vestigiis filii Dei continuè immensam dulcedinem attrahebat.

## Religionem suam per Ignem probare voluit.

Specul. pag. 55. b. Sanctissimus Pater noster beatus Franciscus zelo fidei & fervore martyrii incitatus, cum duodecim sanctissimis fratribus suis sociis ultra mare transivit, proponens recto tramite pergere ad Soldanum. Cum ergò venisset ad quasdam paganorum partes, in quibus tam crudeles homines custodiebant itinera, quò nullus Christianus poterat mortem evadere, Deo disponente, mortem quidem evaserunt, tamen capti, multipliciter afflicti & ligati durissimè ducti ad Soldanum. In cujus conspectu beatus Franciscus, à Spiritu S. doctus, tam divinè de sancta fide catholica prædicavit, quòd per ignem hanc se obtulit approbare.

*Specu-*

*Speculum fol.* 155. De Lupo redacto per beatum Franciſcum in magnam manſuetudinem. Accidit quoddam mirabile, & celebri memoria dignum in civitate Eugubij, dum adhuc ſanctus Franciſcus viveret. Erat namq; in territorio Civitatis Eugubiæ quidam *Lupus* terribilis magnitudine corporis, & ferociſſimus rabie famis, qui non ſolum animalia deſtruebat, ſed homines & fœminas devorabat, ita quòd omnes cives ibant muniti, cum egrediebantur terram, acſi deberent ad bella funeſta procedere. Nec tamen ſic armati valebant dicti lupi mortales dentes, ac truculentam rabiem evadere, qui eidem per infortunium obviabant. Unde tantus terror omnes invaſit, quòd vix aliquis extra portam civitatis audebat exire. Volens autem Deus notificare ſanctitatem ſancti Franciſci civibus ſupradictis, cum ſanctus moraretur ibidem, oſtendit per effectum mirabile. Nam S. Franciſcus compatiens illis, diſpoſuit exire obviam dicto *Lupo*: cui cives ſentientes hoc, frater Franciſce, ne portam exeas, quia lupus, qui jam multos homines devoravit, penitus te occidet. Sanctus verò Franciſcus ſperans in Domino Jeſu Chriſto, qui univerſæ carnis ſpiritibus dominatur, non clypeo protectus aut galea: ſed ſigno ſanctæ crucis ſe muniens, exivit portam cum ſocio, totam fiduciam jactans in Domino, qui credentes in eo facit ſine læſione aliqua, ſuper baſiliſcum & aſpidem ambulare, & cõculcare non ſolum lupum, ſed & leonem & draconem. Et fideliſſimus Chriſti miles Franciſcus non lorica ſuccinctus vel gladio, non arcum bajulans vel arma bellica, ſed ſcuto ſanctiſſimæ fidei ſigno munitus iter aliis dubium ipſe carpere conſtanter incepit. Et ecce multis cernentibus de locis, in quibus ſpectandum aſcenderant, Lupus ille terribilis contra S. Franciſcum aperto totaliter ore cucurrit, contra quem S. Franciſcus oppoſuit ſignum crucis, & tam à ſe, quàm à ſocio, virtute divina Lupum compeſcuit, & curſum retinuit, ac os crudeliter apertum concluſit. Et advocans lupum illum, ait: *Veni huc frater Lupe*, & ex parte Jeſu Chriſti tibi præcipio, quòd nec mihi, nec alteri noceas. Mirabile dictu, ſtatim facta cruce clauſit os terribile: & facto mandato ſtatim ſe ad pedes S. Franciſci inclinavit. *De Lupo jam factus eſt agnus*, capite inclinato proſtravit. Sic autem jacenti dixit ſanctus Franciſcus Lupo, *frater Lupe*, tu facis magna damna in partibus iſtis, & horrenda maleficia perpetraſti, creaturas Dei ſine miſericordia Dei deſtruendo. Non ſolùm autem irrationabilia deſtruis, ſed quod deteſtabilius eſt, occidis & devoras homines ad imaginem Dei factos.

factos. Unde tu es dignus horrenda morte multari, tanquam prædo & pessimus homicida, propter quod clamant omnes contra te, & murmurant, & est tibi tota civitas inimica. Sed *Frater Lupe*, ego volo inter te & homines istos facere pacem, ita quòd ipsi à te amplius non lædantur & tibi omnem offensam præteritam dimittentes, nec canes, nec homines te amplius persequentur. Et Lupus gestibus corporis & cauda & aurium & capitis inclinatione monstrabat illa, quæ sanctus dicebat, omnimodè acceptare. Et ait sanctus Franciscus, Frater Lupe, ex quo tibi pacem placet facere istam, ego promitto tibi, quod faciam tibi dare expensas continuas, donec vixeris, per homines civitatis istius, ita quod nunquam famem patiens amplius, quia ego scio, quod quicquid mali facis, facis propter rabiem tuę famis. Volo quòd tu promittas mihi, quod nunquam aliquod animal lædas, vel hominem, nec etiam damnum in cunctis rebus inferre præsumas. Promittis mihi ita? & Lupus signum evidens inclinato capite fecit, quod promittebat facere illa, quæ ei imponebantur. Et S. Franciscus ait: Frater Lupe, ego volo, quòd tu des mihi fidem, ut possim confidenter credere, quod promittis. Et cum extendisset S. Franciscus manum pro recipienda fide, Lupus etiam levavit pedem anteriorem dextrum, & blandè posuit super manum sancti Francisci, signo, quo poterat, fidem dando. Tunc S Franciscus ait: Frater Lupe, præcipio tibi in nomine Jesu Christi, quòd venias amodò mecum, nihil dubitans, ut eamus ad faciendam pacem istam in nomine Domini. Et Lupus obediens statim ibat cum sancto Francisco, tanquam mansuetus agnus. Quod videntes illi de civitate, cæperunt vehementer mirari. Hæc novitas statim per totam insonuit civitatem, ita quòd omnes tam senes, quàm juvenes, tam mulieres, quàm mares, tam populares, quàm nobiles ad plateam civitatis simul convenerunt, ubi B. Franciscus morabatur cum Lupo. Congregata vero populi multitudine surgens B Franciscus facit prædicationem illis mirabilem, dicens inter alia: quemadmodum propter peccata tales pestilentiæ à Deo permittuntur: & quomodo sit periculosior flamma vorax Gehennæ, quæ habet in æternum devorare damnatos, quàm rabies Lupi, qui non potest occidere, nisi corpus. Et quàm sit pavendum in hiatum infernalem demergi, quando tantam multitudinem unquam parvum animal in tanto pavore & periculo vos detinebat. Revertimini charissimi ad Dominum, & facite pœnitentententiam dignam, à Lupo liberabit vos Dominus in præsenti & in futuro, ab igne barathri

devorantis. Et his dictis ait: audite chariſſimi, *Frater Lupus*, qui hic coram vobis aſtat, promiſit mihi, & de promiſſione fidem exhibuit, facere pacem vobiſcum, & nunquam vos in aliquo lædere. Si autem promittitis ſibi omni die expenſas neceſſarias exhibere, & ego pro ipſo Lupo fide jubebo, quod pactum pacto firmiter obſervabit. Tunc omnes ibi congregati cum clamore valido promiſerunt Lupum nutrire quotidie. Et S. Franciſcus coram omnibus dixit Lupo: *Et tu frater Lupe promittis ſervare pactum iſtis?* Scilicet, quod nec animal, nec perſonam aliquam lædas: & Lupus inſinuans cum inclinatione capitis & geſtibus corporis, & cauda & blandimentis ſe ſervaturum pacta promiſſa omnibus, evidenter monſtravit. Et ſanctus Franciſcus ait: Frater Lupe, ego volo quod ſicut tu dediſti mihi fidem, cum extra portam eſſemus: ita hic coram toto populo des mihi fidem, quod iſta ſervabis; & me, in fidejuſſione pro te facta, minimè derelinques. Tunc Lupus *levato pede dextro dedit fidem* in manu ſancti Franciſci fidejuſſoris ſui coram cunctis aſtantibus. Et facta eſt tanta admiratio, & gaudium omnium tam pro devotione ſancti Franciſci, quàm pro novitate miraculi, quàm inſuper pro pace Lupi & populi, ut omnes clamarent ad ſidera, laudantes & benedicentes Deum, qui miſit eis ſanctum Franciſcum, & eos meritis ipſius de ore feræ peſſimæ liberavit, & tam horrendā peſtē in pace repoſuit, & quiete. Ex illo ergo die Lupus populo, & Lupo populus pacta per ſanctum Franciſcum & ordinata ſervavit, & Lupus per duos annos vivens, & per civitatem oſtiatim victimas, neminem lædens, nec ipſe læſus ab aliquo fuit, curialiter enutritus & quod mirum eſt, nunquam latrabat canis aliquis contra eum. Tandem *Frater Lupus* ſeniens mortuus eſt, de cujus abſentia cives plurimùm doluerunt, quia dicti Lupi pacifica & benigna patientia quandocunque per civitatem pergebat Sancti Franciſci virtutem & ſanctitatem mirificam in memoriam revocabant.

## In Speculo.

Pag. 63. b. & 93. b. Quemadmodum S. Franciſcus pro fratre agnovit Lupum, ita ſorores ſuas vocavit *Aviculas*.

Sanctus Franciſcus allocutus eſt Ignem, ut fratrem, pag. 134. In Speculo.

In mane cum oritur Sol, omnis homo deberet laudare Deum, *propter meum Solem*, pag. 136. Specul.

Pag. 139. *Bene veniat ſoror mea Mors.*

Pag.

Pag. 134. Specul. Nos, qui fuimus cum B. Francisco & scripsimus hæc, testimonium perhibemus, quòd multotiens audivimus eum dicentē. Si locutus fuero Imperatori, supplicabo & suadebo sibi, ut amore Dei & mei faciat legem specialem, *quod nullus homo capiat vel occidat sorores meas alaudas, nec eis faciat quidquam mali, &c.*

Pag. 181. b. Sanctus Franciscus *resurget ante resurrectionem.* Potest expectari devotè, sed non asseri temerariè: tamen devotioni multum ratio suffragatur, ut sicut sanctus Franciscus fuit similis singulariter Christo passione: sic etiam conformis sibi præ aliis *anticipatione resurrectionis*, & maximè ad confortandum fidem.

Præclarissimum opus *Antiminorica* vocatum adversus *Minoricam* fratrum dictorum de Observantia pag. 39. Immò in Insulis da Madera, sub Rege Portugalliæ, nostris diebus, XIII de vestra secta peccato superstitionis graviter peccaverunt, quando caput XII. illorum *finxit se CHRISTVM, & post suam mortem resuscitandum.*

*Venetiis 1505. 25. Iunii.*

*Leonhardus Coquæus* in Antimornæo, parte secunda p. 120. de Conformitatibus *S. Francisci.*

Non tamen mihi est animus pro singulis ejus libri locis certare contra adversarium, sicut pro articulis vel dogmatibus fidei, vel pro his, quæ definita sunt in sacris Conciliis generalibus vel à Romanis Pontificibus, neque eum librum habeo, tanquam Scripturam sacram, ut nulla ejus particula possit in controversiam vocari. Quod si in Franciscanorum generali Capitulo Assisii 2. Augusti 1389. unanimi consensu approbatus est: at Capitulum illud non fuit Concilium generale totius Ecclesiæ, cui & ipsa provincialia Episcoporum Concilia cedunt, & per idem emendari possunt, neque lego unquam ab Ecclesia Romana approbatum fuisse illum librum.

*D. Luther* Tomo II. Latino Jenensi, de votis Monasticis pag. 507. Sed & sanctus Franciscus Vir admirabilis & spiritu ferventissimus dixit, Regulam suam esse Evangelium Jesu Christi. At Evangelium castitatem liberam habet, nec aliquid eorum, quæ nunc isti *Minores* incredibili hypocrisi servant. Planè Franciscus cum voluit suos ad Evangelium vivere, liberrimos esse voluit, tam à votis, quàm ab omnibus hu-

manis traditionibus, ut fratres minores etiam jure sui voti & Regulæ potestatem habeant, cælibes & non cælibes vivendi, & manendi in cœnobiis, & omnibus suis statutis, quamdiu voluerint: aliud enim neque voverunt, neque vovere potuerunt, qui Evangelium voverunt. Nunc verò hominum genus, quo nihil oportuit esse liberius, nihil est hodie superstitiosius & scrupulosius, captivum infinitis statutis, articulis aliquibus, & puerilibus ridiculisque observantiis, &c.

P.507. Vides ergò demonstratum esse Franciscum ut hominem errasse in condenda Regula sua. Quid enim est dicere: Regula fratrum Minorum est Evangelium, quàm statuere, *solos fratres Minores esse Christianos?* Si enim Evangelium eorum proprium est, nulli sunt Christiani præter Minores, cùm Evangelium sine controversia & solius & totius sit populi Christiani.

## De Stigmatibus S. Francisci.

D. Luther Tom. 4. Latino Jen. fol. 192. b. Ego puto, merum figmentum & ludibrium esse, quòd ipsi de hac re dixerunt. Sed esto sanè, quòd Franciscus putavit in corpore stigmata, ut pingitur, tamen non sunt ipsi impressa propter Christum, sed ea ipse sibi impressit ex stulta aliqua devotione, seu potius inani gloria, qua titillare se potuit, quòd tam vehementer dilexerit Christum, ut etiam vulnera ejus corpori suo impresserit.

Breviter sicut mundus duos Soles non admittit; ita Ecclesia non duos Christos, unum principalem, alterum subordinatum. Et sicut Josua solus electus, qui in terram lacte melleque manentem introduceret: sic solus Jesus Christus in regnum cœlorum aditum reseravit, testimonio Martini del Rio, in opere Mariano, pag. 38.

*Coloniæ 1624.*

Antiquitates Franciscanæ Philippi Bosquieri, parte tertia Speculi cap. 10, fol. 416. Sanctus Ægidius: dico vobis, fratres, in veritate, quod vobis non deficit, nisi unum, scilicet quòd non habeatis uxores. Cum igitur hæc Fratres graviter audirent, iterum dixit eis: fratres mei vos scitis, quod ita est nobis illicitum dispensare in paupertate, sicut & in castitate. Postquam igitur paupertatem repulistis a vobis, ita potestis securè & vestram castitatem repellere a vobis. Et his dictis descendit cum socio & repedavit ad suum eremitorium.

Cum

Cum quidam frater S. fratri Ægidio diceret, frater Ægidi bona nova nuncio tibi. Frater Ægidius dixit, dicas: & ille dixit, hac nocte ductus fui ad infernum, & existens ibi, nullum fratrem Ordinis nostri inveni. Respondit frater Ægidius clamans & dicens, benè credo tibi, & hoc dixit ter: & statim raptus fuit extra se. Et ad se reversum interrogavit Fr. dicens: quomodo intelligitur, *quod nullus frater sit in inferno?* Respondit frater Ægidius: non descendisti tu in infernum, ubi sunt illi miseri, qui portant tunicam fratrum Minorum, & apparent fratres, opere tamen sunt contrarii.

## De fortuita Pontificiorum Theologia.

*Bernhardus Tom.*1.*p.*1560. Fides ambiguum non habet: aut si habet, fides non est, sed opinio.

Quanquam multa sunt, quæ fidem Christianam stabilem, certam & indubitatam reddere possunt, ut sunt Spiritus sancti, autoris omni exceptione majoris Majestas, sacrorum dogmatum gravitas & sublimitas, formæ concinnitas & concordia, & finis, æterna utilitas: tamen Artculæ sectatores, inprimis Bellarminus, ex fide certa cupit incertam, ex stabili mutabilem nobis obtrudere, dum scribit de Sacramentis in genere lib. 2. cap. 25. p. 86. Omnium Conciliorum veterum, & omnium dogmatum firmitatem *pendere ab autoritate præsentis Ecclesiæ.*

Idem de Clericis lib. 1. cap. 16. A summa Pontificis providentia & firmitate *tota Ecclesia* pendet.

Num ergò non aliter credimus, Christum esse Deum, Spiritum S. à Patre & Filio procedere, nisi quia sic Ecclesia, sic Papa Romanus existimat? Præclarum scilicet fidei Christianæ fundamentum! Firmitatem verbi Dei in hominibus collocare! id verò quid aliud est, nisi creaturam creatori anteponere? si Papa esset Arianus aut Nestorianus, quod de Liberio & Anastasio Historici fide digni scribunt, omnes Christiani fieri deberent Ariani & Nestoriani. Si Papa animarum humanarum mortalitatem crederet, omnibus ea esset credenda.

De hisce scepticis & scopticis olim S. Augustinus scripsit contra Faustum l. 32. cap. 19. Videtis ergo id vos agere, ut omnis de medio Scripturarum auferatur autoritas, ut suus cujusque animus autor sit, quid in quaque scriptura probet, aut improbet: id est, ut non autoritati scripturarum subjiciatur ad fidem, sed sibi scripturas ipse subjiciat: non ut ideò illi *Tom. 6.*

illi placeat aliquid, ſed quia hoc in ſublimi autoritate ſcriptum legitur, ſed ideò rectè ſcriptum videatur, quia hoc illi placuit.

Veritas non admittit dubitationem: ita enim Theodoretus affect. Græcarum Serm. 5. pag. 77. τὸ δὴ ψεῦδος οὐ μόνον τῇ ἀληθείᾳ πολέμιον; ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ. ἡ δέγε ἀλήθεια ξύμφωνος ἑαυτῇ, καὶ μόνον ἔχουσα τὸ ψεῦδος πολέμιον. Falſitas non modò ipſi veritati, ſed ſibi quoque contraria eſt. Veritas autem & ſibi eſt concors, & unam modò falſitatem infeſtam habet.

Bellarminus in ſuis controverſiis multa religionis dogmata per *fortè* confirmat: hinc non immeritò Theologia Pontificia *fortuita* appellatur.

D. Luther tom. 3. Jen. pag. 521. Ich wüſte fürwar den Papiſten kein gröſſers zu wünſchen/ noch mich baß zu rächen/ dañ daß ſie gezwungen würden ernſtlich zu glauben/ vnd für Warheit zu halten/ alles was ſie lehren vnd ſchreiben. Hülff GOtt/ welch ein elend Volck ſolte mir das werden.

Ne quis ergò exiſtimet, me Bellarmino affingere Theologiam, e ex ipſius opere, quod in quatuor tomos diviſum τὸ *fortè* oſtendam: latus videat & credat, cæcus rideat & pereat.

## Tomo I.

Bellarminus de Romano Pontifice lib. 4. cap. 3. pag. 312. Domi- duo privilegia Petro impetravit: unum, ut ipſe non poſſet un- m veram fidem amittere quantumvis tentaretur à Diabolo: & al- m privilegium eſt, ut ipſe tanquam Pontifex non poſſet unquam re aliquid contra fidem, ſive ut in ſede ejus nunquam invenire- qui doceret contra fidem. Ex quibus privilegiis, primum *fortaſsè* anavit ad poſteros: at ſecundum ſine dubio manavit ad poſte- ſucceſſores.

ſic infero: Theologia fortuita eſt nulla.

Romanum non poſſe unquam veram fidem amittere, eſt ſententia Bellarmini.

am Romanum non poſſe unquam veram fidem amitte-

e ſimpliciter caret.

Libe-

Liberius, Anastasius, alijque permulti pontifices fuerunt hæretici. Ergò fide simpliciter caruerunt.

*S. Brigita* Regina Sueciæ in Revelationib. Romæ excusis an. 1556 lib. 1. c. 41. p. 65. ita Pontificem alloquitur. Nunc ergò conqueror super te caput Ecclesiæ meæ qui sedes in sede mea, quam Petro & successoribus ejus tradidi ad sedendum in ea triplici dignitate & autoritate. Primò ut potestatem haberent ligandi animas, & solvendi à peccato. Secundò ut aperiret cœlum pœnitentibus: tertiò ut clauderent cœlum maledictis & contemnentibus: Sed tu, qui deberes solvere animas, & ad me præsentare, tu verè es animarum interfector. Ego enim institui Petrum pastorem & servatorem ovium mearum: tu autem es dispersor & lacerator earum. Tu pejor es Lucifero: ipse enim habebat ad me invidiam, & nullum concupivit occidere nisi me, ut pro me dominaretur: tu autem tanto deterior es, quòd non solùm occidis me, removendo me à te per mala opera tua, sed & animas occidis per malum exemplum tuum. Ego redemi animas sangvine meo, & commisi eas tibi tanquam amico fideli: tu autem tradis eas iterato inimico à quo redemi eas. Tu es injustior Pilato, qui nullum judicabat ad mortem, nisi me: tu autem non solum judicas me, quasi nullius dominatorem & nullius boni dignum, imò & animas innocentes condemnas & innocentes dimittis. Tu es immitior Juda, qui me solùm vendidit: tu autem non solùm me vendis, sed & animas meorum electorum pro turpi lucro tuo, & vano nomine. Tu es abominabilior Judæis, ipsi crucifixerunt corpus meum solum: tu autem crucifigis, & punis animas electorum meorum, quibus malitia tua & transgressio amarior est omni gladio. Et ideo, quia tu similis es Lucifero, injustior Pilato, immitior Juda, abominabilior Judæis, ideo meritò conqueror super te. Tantum S. Brigita.

## Ex II. Tomo.

Ut Bellarminus probet de Concil. l. 2. c. 12. p. 36. majorem esse autoritatem scripturę quam Concilij, ait, in ipsis decretis de fide, non verba sed sensus tantum ad fidem pertinere. Non enim est hæreticum dicere in Canonibus Conciliorum aliquod verbum esse supervacuum, aut non rectè positum, nisi forte de ipso verbo sit decretum, ut cum in Concilio Niceno decreverunt recipiendam vocem ὁμοούσιον, & in Ephesino vocem θεοτόκον.

Theologia fortuita est nulla.

In decretis de fide non esse verba attendenda, est Theologia fortuita. Ergo in decretis de fide non esse verba attendenda, est nullum.

Rectè igitur Latini quidam vocem Transsubstantiationis, ut pote barbaram rejecerunt.

De imaginibus sanctorum l. 2. c. 13.

Judic. 17. sanctificavi hoc argentum Domino, ut faciam Idolum. Ad primum respondeo, significari illis verbis, putasse Judæos beneficium liberationis de Ægypto se accepisse, non à Deo Mosis, sed ab Api Deo Ægyptiorum. Ad secundum & tertium duplex solutio est, una Cajetani in c. 32. Exodi, quod verè nomen ipsum Domini tribuatur à Judæis Idolo, & hoc *fortè* significare scripturam Sap. 14. cum ait: Incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt.

Theologia fortuita est nulla.

Nomen Domini tribui à Judæis Idololatris Idolo, est Theologia fortuita. Ergò nulla.

In Appendice ad libros de summo pontifice c. 11. p. 375. an Joachimus Calaber in explicatione Apocalypseωs Romanum Pontificem Antichristi nomine appellarit? Sed quid opus est pluribus, ait Bellarminus, cum adversarius locum nullum attulerit pro mendacio suo. Unus extat locus in expositione textus undecimi capitis noni, qui *fortè* pro adversarijs facere videatur.

Quid *Ioachimus Abbas* Calaber de Romana Ecclesia scripserit, audiamus ipsum super Apocalypsin ita scribentem 1. p. 194. Hanc magnam meretricem dixerunt Patres Catholici esse Romam.

P. 190. Civitas Romana est nova Babylon & meretrix, quæ sedet super aquas, id est populos Romani Imperij.

P. 41. b. Cardinales redigentur ad nihilum.

P. 55. Zedechias est summus pontifex, Prophetæ, Cardinales & consultores, sacerdotes, Pontifices Ecclesiarum & pastores, si ad cor redirent Cardinales, & alij schismatis Doctores, Christum audirent, mitem & humilem quærerent, & Antichristo dummodo non adhærerent. Sed si futura est eorum eversio, quid laboro? Induratum est cor Pharaonis, Pontificum superborum infestanit populum, depravant consilium, flagellant Ecclesiam, nec sentiunt vulnera.

P. 50. Verè asini & stolidi sunt Prælati, & idcirco patebunt hostibus

bus, dum oſtia Eccleſiæ non attendunt, & propter hoc apponentur nō ad patres, ſed ad hoſtes potius Babylonis, eorum ſabbata deridentur. Et aſino quidem attrahitur primo poſt mortem corium: deinde projicitur in ſterquilinium: tertio beſtijs & avibus datur in cibum. Sic prælatis mortuis in peccatis tolletur corium temporalium, projicientur in ſterquilinium vilitatis opprobrium: dabuntur beſtijs Romani Imperij & avibus, id eſt, *viris evangelicis* in prædicationis & increpationis uſum.

P.53. Summus Pontifex, Zedechias repugnat Imperio.

P.51.b. Et nota, quod Nabuchodonoſor erexit ſtatuam adorandam, quod ſimile præſtolatur in poſteris tuis è proximo, ut vel ad literam id faciat, quod nec patres tui fecerunt, nec ipſe facturus es, vel pſeudo pontificem ſtatuat in Chriſti ſede, Eccleſiæ ſcilicet, vel Romæ, ut in illo oſtendat ſe, quaſi ſit DEUS: & ipſe puto erit aureus per ſapientiam & juſtitiam: argenteus per eloquentiam: æreus per famam, ferreus per potentiam, luteus per vitam.

5. Bellarminus de translatione Imperij Romani libr. 1. cap. 7. pag. 404. ut probet Imperium Romanum non eſſe acquiſitum jure belli: Romanum Imperium ſibi paravit, quo tempore id fecit? Ante coronationem à Leone Papa acceptam, an poſtea? Si antea, cur igitur uſq; ad eam diem neque ipſe ſe in ſuis diplomatibus, quorum nonnulla apud Iohannem Aventinum extant, Imperatorem Romanor. vocat, neq; ab ullo hoc Hiſtoricorum nomine appellatur? ſi poſtea, cur igitur ab eo die cum Imperium nondum haberet Imperator, & Auguſtus cùm in proprijs literis tum in omnibus hiſtorijs incipit appellari? ſed *fortaſſe*, neq; antea, neque poſtea, ſed illo ipſo tempore, quo armis Imperiū occupavit, coronam etiam & conſecrationem accepit. Id verò dici non poteſt.

Hiſtoria fortuita eſt nulla.

Carolum Magnum jure belli acquiſiviſſe Imperium Germanicum, eſt hiſtoria fortuita: Ergò nulla.

6. Idem Bellarminus de translatione Romani Imperij l. 2. c. 4. p. 424. nos, inquit, fatemur quidem vel potius aſſerimus, & defendimus translationem Imperij, auctore Pontifice factum eſſe: non tamen inde rectè poſſe colligi arbitramur, Ludovicum, Conradum & Henricum, qui corona Imperij caruere, Imperatores Romanorum fuiſſe, niſi *forte* deſignatos.

Syllogiſmus Cardinalis ita ſe habet.

Qui caret corona Pontificia, is non est Romanorum Imperator.

Ludovicus, Conradus, Henricus, imo & Rudolphus I. Habsburgensis, aliique caruerunt corona Pontificia.

Ergo Ludovicus, Conradus, Henricus, & Rudolphus I. Habsburgensis non fuerunt Romani Imperatores.

Verum enimverò historia fortuita est nulla.

Eandem cramben apponit p. 425. Nos, inquit, demonstravimus, neutrum illorum Imperatorem Romanum fuisse, nisi *fortè* designatum tantùm. &c.

7. De Indulgentiis l. 1. c. 6. p. 446. Quamvis autem hæc sententia communis verissima sit, & omninò consentanea rationi, tamen argumentum contrarium non facilè solvitur. Illa enim principia certissima sunt, neminem posse ligari vel solvi, nisi à superiore: & neminem sui ipsius superiorem esse, unde etiam fit, ut nemo se in sacramento pœnitentiæ absolvere unquam sit ausus. Posset igitur *Fortasse* dici summum Pontificem & Episcopos erga alios uti absolutione, erga se verò solutione duntaxat.

Theologia fortuita est nulla.

Papam seipsum posse absolvere à peccatis, est Theologia fortuita.

Ergò papam seipsum posse absolvere à peccatis est nullum.

Papa vocatur Dominus DEUS noster, in Extravag. Johann. 22. de verborum significatione cap. cum inter: estq; fortuitum: ergò nullum.

8. De Indulgentiis l. 1. c. 12. p. 455. An summus Pontifex possit in momento liberare animas omnes purgatorij? quia posset dici, non deesse causam piam, cum ad gloriam Dei pertineat, ut tot animæ citissimè volent ad cœlum, ubi perpetuo Deum laudabunt, possunt *fortasse* conciliari hæ sententiæ aliquo modo, sed absolutè posterior, ut est communior, ita olim *etiam* verior mihi esse videtur.

Theologia fortuita est nulla.

E purgatorio animas liberare Pontifices, est Theologia fortuita.

Ergò nulla.

Bellarminus de Pontif. l. 1. c. 9. p. 205. Papam solum regere eam Ecclesiæ partem, quæ est in terris, dum ipse vivit.

De Purgatorio l. 2. c. 16. non potest Pontifex absolvere defunctos à pœ-

à pœnis, quo modo à absolvit viventes, quia illi non sunt ei subjecti, isti sunt.

De Indulgentijs l.1. c.14. p.456. animæ defunctorum non possunt pasci à Pontifice: non igitur sunt ei subjectæ, ac proinde non possunt ab eo ligari vel solvi.

Mariale Bernhardi de Busti p.254. Papa solum habet plenitudinem potestatis in vita ista, non in cœlo, non in purgatorio, nec in inferno

Videatur Speculum peregrinarum quæstionum Bartholomæi Sibyllæ Monopolitani, decade 1. quæst.4. §. 14. ubi quæstio deciditur an Papa possit ex genere suæ judiciariæ potestatis totum simul evacuare purgatorium?

*Argen... 20* 1499.

9. De Indulgentijs l.1. c.13. p.433. refutat Cardinalem Cajetanum, scribentem, ut videl. qui vult consequi Indulgentias, habeat propositum satisfaciendi Deo proprijs laboribus, quoad poterit: iis autem qui nolunt per se ipsi satisfacere, cum possint, negat prodesse Indulgentias. &c. Quæ sententia utilis est & pia, *sed fortasse non vera*, præsertim cum sit contraria aliorum doctrinæ.

Theologia fortuita est nulla.

Qui vult consequi indulgentias, propositum habeat satisfaciendi Deo proprijs laboribus, quoad poterit, est Theologia fortuita.

Ergo nulla.

Audiatur S. Brigita, quæ ita scribit Revelat. lib.4. cap.20. pag.261. Sunt quidam, qui meritis suis obtinere credunt cœlum, quibus DEUS parcit à Diaboli tentationibus, ex occulta dispensatione sua.

Alij sunt, qui operibus suis satisfacere DEO putant pro excessibus suis, quorum omnium error omnino damnabilis. Quia etiamsi quilibet homo centies corpus suum occideret, non posset DEO unum pro mille respondere.

10. De Indulgentijs lib.2. cap.9. pag.468. Concilia vetera, ait Cardinalis, Lateranensia, Lugdunensia, Viennensia (ut supra ostendimus) Indulgentias approbarunt; *Abusus*, qui *fortasse* irrepserunt, condemnarunt.

Theologia fortuita est nulla.

Abuſus Indulgentiarum Romanæ Eccleſiæ eſt Theologia fortuita. Ergò nullus.

11. De Indulgentijs lib.2.cap.12.p.472.ad objectionem. Paulus non impoſuit Corintho mulctam publicam, ut ſuis illis pœnis & afflictionibus Deo pro peccato inceſtus ſatisfaceret.

Reſpondit Bellarminus, quamvis *fortaſſe* B. Paulus non dixerit Corintho certum tempus, vel ſpeciem pœnitentiæ, &c.

Theologia fortuita eſt nulla. Impoſitio mulctæ publicæ eſt Theologia fortuita. Ergo nulla.

## Ex III. Tomo.

12. De pœnitentia l.1.c.11. ſcribit Bellarminus: cur igitur inſtat Chemnitius, ab exemplis V. T. Sacramentum pœnitentiæ confirmare nitimini. Si pœnitentia in V. T. ſacramentum non erat?

Reſpondeo, non probamus ex V. T. pœnitentiæ Sacramentum, niſi *fortè* ex vaticiniis & figuris.

Theologia fortuita eſt nulla. Pœnitentiam eſſe Sacramentum, eſt Theologia fortuita. Ergo nulla.

13. De pœnitentia lib.2 c.14. p.245 Pſal.50. Amplius lava me ab iniquitate mea: *Fortè* enim non totius pœnæ reatus per converſionem ei remiſſus fuerat.

Theologia fortuita eſt nulla. Non totius pœnæ reatum per converſionem remitti, eſt Theologia fortuita. Ergo nulla.

14. Idem de pœnitentia l. 2. c.14. p.428. qui dicit, ego te baptizo, vel abſolvo, non affirmat ſe abſolutè baptizare vel abſolvere, cum non ignoret, multis modis fieri poſſe, ut neque baptizet, neque abſolvat, licet verba pronunciet, nimirum ſi is, qui ſacramentum ſuſcipere videtur, *Fortè* non habeat ſuſcipiendi intentionem, vel non ritè ſit diſpoſitus, aut obicem ponat.

Theologia fortuita eſt nulla. Intentio baptizantis aut abſolventis eſt Theologia fortuita. Ergò intentio baptizantis aut abſolventis eſt nulla.

15. De Pœnitentia lib.3. cap.6. pag.444. ad locum Tertulliani à Chemnitio citati ait, loqui Tertullianum de pœnitentia publica tantum; ſecundò loqui de Confeſſione, quæ fiebat in ſolis presbyteris, ſed etiam laicis, &c.

Reſpondeo, inquit Bellarminus, loquitur *fortaſsè* Tertullianus de pœnitentia publica, ſed quæ fiebat poſt confeſſionem ſecretam.

Theologia fortuita est nulla. Pœnitentia publica est Theologia fortuita. Ergò nulla.

16. De pœnitentia l.3.c.14.p.453. Qualiscunq; tandem Nectarius fuerit, non ritum confitendi abrogavit, sed presbyterum duntaxat exauctoravit, qui publicis pœnitentibus præerat,&c. *Fortassis* Calvinus Sozomenum Græcum non legit,aut fidelem aliquam versionem,sed in Musculum incidit,qui ita reddidit titulum c.16.l.7. Sozomeni, quomodo abrogata fuerit Confessio.

Theologia fortuita est nulla. Publica pœnitentia & interdum privata est Theologia fortuita. Ergò nulla.

## Ex IV. Tomo.

17. Boll. de gratia & libero arbitr. in l.2.c.7.p.190. S. Augustinus cum ait, Pharaonem non peccasse, quando jubenti Deo non parebat, videtur significare voluisse, non potuisse Pharaonem obedire ex corde, ita ut converteretur: & ideò non fuisse illi imputatum in peccatũ,quod non converteretur,quoniam pro eo tempore converti obturato corde non poterat, cum quo tamen benè cohæret, ut potuerit Pharao facere secundùm substantiam operis, id quod Deus jubebat. & ideò peccasse,quia non fecit. *Fortasse* etiam Sanctus Augustinus postea mutavit sententiam &c.

*Omne fortasse solvitur per non fortasse*: Concludimus oratiunculam hanc testimonio Melchioris Cani, Theologi Hispani, locorum Theolog. l.7.c.3 p.221.ita commentantis:authores Canonici,ut supremi,cælestes, divini, perpetuam stabilemque constantiam servant: reliqui verò scriptores sancti,inferiores & humani sunt,deficiuntque interdum, ac monstra quandoq; pariunt præter convenientem ordinem institutũq; naturę.

# ORATIO I.

## Contra Concilium Tridentinum.

### Opposita primæ & secundæ Sessioni.

*M. Antonius de Dominis* Tom 2. p.271. Cumulus omnium errorum & excessuum in doctrina fidei factus est demum in Concilio Tridentino, in quo inutiles,imò falsi & perniciosi articuli veræ fidei adjecti sunt.

MAnipulus exemplorũ Duaci editus an.1614.à Joanne Faio Abbate S.Bavonis, Historiã recitat hisce verbis. Clericus quidã in Synodo *P.*408.

Episcoporum prædicare compulsus anguſtiabatur, quid nam digne poſſet coram tot prælatis Eccleſiæ prædicare. Cum autem oraret, venit Diabolus & dixit ei: quid triſtaris? Dicas eis iſtud, & non aliud: Principes inferni ſalutant Principes Eccleſiæ. Læti omnes nos gratias eis referimus, quia cum ipſis prælatis eorum ſubditi ſimul nobis offeruntur, & per eorum negligentiam, ad nos ferè devolvitur totus mundus. Invitus quidem tibi dico, ſed per Deum coactus. Reſpondit Clericus, mihi, ſi narravero, non credetur. Ac ille tangens maxillam ejus: ecce, inquit, ſignum nigredo inſolita faciei tuæ, hanc antequam prædices, non tangas, poſt prædicationem, aqua benedicta delebis. Proceſſit ille prædicaturus, & mirantibus cunctis cum ſigno indito faciei, quæ juſſa ſibi fuerant, recitavit, & omnium corda ad horrorem maximum commovit. Hæc acta ſunt Pariſiis anno ab Incarnatione Domini 1248. quæ cum nobilis adoleſcens Thomas de Aquino nomine vereretur, Ordinem intravit Prædicatorum Bononiæ. Cantipratanus de Apibus lib. 1. cap. 20.

Mirum exordium, auditores, inſolita narratio, odioſa confirmatio, amicos tempore, fortuna, cupidinibus, aliquando aut erroribus imminui, transferri, deſinere, monente Tacito.

*l. 4. p. 180.*

Dicam potius, Proteſtantes Lutherani ſalutant Epiſcopos & Clerum Eccleſiæ Romanæ, atque cognitionem veritatis cœleſtis precantur.

Utinam cum ſumma diligentia Pontifex ſummus, ſcribit Dionyſius Carthuſianus parte altera ſermonum de ſanctis, Reformationi totius inſudaret Eccleſiæ, & nunc per alios hoc operaretur pro poſſe. Imò ſecundum imprimis, ac unam ſuam ac Romanam Eccleſiam reformaret, juxta hæc, quæ ſuper hoc ſcripſerunt Viri doctiſſimi, Petrus de Aliaco, & Cancellarius Pariſienſis Johannes, deinde ante eos ferventiſſimus ac Sanctus Pater Bernhardus, & alii quidam Catholici.

*Colon. 1542 p. 332. b.*

Johan. Hofmeiſter Dominica 26. Trinitat. p. 106. Sed quod Judæis dictum eſt, etiam ad nos pertinere putamus. Illi enim videbantur eſſe, quod nos cupimus appellari, videlicet Filii Dei, populus electus, gens ſancta. Verùm quoniam illi, ceu diximus, nomine tenus tantum & externa quadam umbra erant Filii Dei, ideò tantum naufragium fecerunt. Cum igitur in templis & Monaſteriis multis, plus hypocriſis & ſuperſtitionis, quàm veræ pietatis & religionis fuerit, quis miretur idem in noſtris

noſtris templis fieri, quod in illorum templo factum eſſe conſtat? Nam idem Deus & Judæorum & Chriſtianorum, & quod in illis punivit, nobis nequaquam laudi dabit.

Laborante & ægrotante capite, quomodò non membra malè habeant? Sunt qui hujus mali cauſam in curiam referant Romanam. Et verum id quoque eſt, non rarò videns ibi nonnulla utcunque ſuccedere, quæ forent emendanda.

*D. Iohan. Eccius de S. Andrea p. 6. b.*

*Iohannes Truhemius* de ſacerdotum vita inſtituenda: Corruptus eſt, ut plurimum ſtatus credentium, & eſt ſicut populus, ſic etiam Sacerdos. Omnes avaritiæ ſtudent, à majori uſque ad infimum.

*B. 5.*

*Hæc mala ab Eccleſia Romana manarunt,* teſte Gentiano Herveto, de reparanda Eccleſiaſtica diſciplina.

*Brixiæ 1563.*

Unicam S. Brigitam, & quidem Canonizatam audiamus, quæ lib. 1. Revelationum c. 41. p. 65. ita Papam Romanum alloquitur. Nunc ergò conqueror ſuper te caput Eccleſiæ meæ, qui ſedes in ſede mea, quam Petro & Succeſſoribus ejus tradidi ad ſedendum in ea triplici dignitate, & autoritate. Primò ut poteſtatem haberent ligandi animas & ſolvendi à peccato. Secundò ut aperirent cœlum pœnitentibus. Tertiò ut clauderent cœlum maledictis & contemnentibus. Sed tu qui deberes ſolvere animas, & ad me præſentare, tu verè es animarum interfector. Ego enim inſtitui Petrum paſtorem & ſervatorem ovium mearum: tu autem es diſperſor & lacerator earum. Tu pejor es Lucifero: ipſe enim habebat ad me invidiam, & nullum concupivit occidere, niſi me, ut pro me dominaretur. Tu autem tantò deterior es, quod non ſolùm occidis me, removendo me à te per mala opera tua, ſed & animas occidis per malum exemplum tuum: ego redemi animas ſanguine meo; & commiſi eas tibi tanquam amico fideli: tu autem tradis eas iterato inimico, à quo redemi eas. Tu es injuſtior Pilato, qui nullum judicabat ad mortem, niſi me. Tu autem non ſolùm judicas me, quaſi nullius dominatorem, & nullius boni dignum, imò & animas innocentes condemnas, & nocentes dimittis. Tu es immitior Juda, qui me ſolum vendidit: tu autem non ſolum me vendis, ſed & animas electorum meorum, pro turpi lucro tuo, & vano nomine. Tu es abominabilior Judæis: ipſi crucifixerunt corpus meum ſolum: tu autem crucifigis & punis animas electorum meorum, quibus malitia tua & transgreſſio amarior eſt omni gladio. Et ideò quia

*Editionis Romanæ 1606.*

tu

tu *ſimilis es Lucifero, injuſtior Pilato, immitior Iuda, abominabilior Iudæis*, ideò meritò conqueror ſuper te.

Verùm audire mihi videor, tales abuſus jam per Concilium Tridentinum, totius terrarum Orbis ſolenne judicium, jam eſſe ſublatos & extinctos: hoc qui non audiat, eſſe hæreticum & anathemate percuſſum, de quo ut me benignè audiatis, majorem in modum obteſtor.

Mirum vero, *Auditores*, nos in rebus fidei ad Concilium particulare remitti, quod alioquin Pontificibus Romanis eſt ſudes in oculis. *Paulus* enim *Iovius* de Papa Alexandro VI. ita ſcripſit. De indicendo concilio, ut ipſe ſacro rerum faſtigio dejiceretur, agitare intelligebat. Id unum enim Concilii nomen ſupra cæteros infelices humanarum rerum caſus maximo terrori Pontificibus eſſe conſuevit. Quod plerique in his conventibus, dum de Repub. Chriſtiana referunt, placita religionis interpretantur, & ad caſtigandam ſacerdotum luxuriam cenſorias leges condunt, ipſi Pontifices Pontificio jure circumventi ejurare ſupremam dignitatem, ſed demum Pontificatu abdicare coguntur.

*lib.1.p.40.*

Concilia Oecumenica priora, quæ Canones ſuos ex S.Scriptura & ſecundùm Scripturam deſumſerunt, magni facimus, admiramur, veneramur, deque illis pronunciamus, quod Statius de Virgilii Æneide.

*Vive, precor, nec tu divinam Æneida tenta,*
*Sed longè ſequere, & veſtigia ſemper adora.*

Ita Epiſcopus Africanus *Facundus* lib.12.p.534. Unde *Marcianus* quoque Imperator, poſt Sacerdotum ſententiam, aliquid tractare, impium duxit atque ſacrilegum, nec cuiquam ſemel judicata, rectèque diſpoſita revolvere, & de his publicè diſputare permiſit.

Pag.535. Quisquis poſt veritatem repertam, aliquid ulterius diſcutit mendacium quærit.

Nam & injuriam facit judicio reverendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel judicata ac rectè diſpoſita revolvere, & publicè diſpoſita contenderit. Codic.l.6.tit.5.p.277. Verum enim verò omne quòd deciſum eſt ab aliquo, ſi ad ſua initia revertitur, taliter revertitur, qualiter emanavit ab illo.

*Codic.l.1. tit.4.p.18.*

*Paul.* [illegible]

Et ſententia lata contra abſentem, ex cauſa probabili & neceſſaria, [illegible] ei nocere.

Sententia lata in alio loco, quàm debuerat fieri, eſt ipſo jure nulla, [illegible] Paulo de Caſtro. Codex l.l.7.tit.43.p.311.

Ab

Ab executione non eft inchoandum, fed primò debet de caufa cognofci, & per definitionem fententia terminari. *Tit. 55. p. 315.*

Audiamus potius S. Chryfoftomum ita loquentem: Collegerunt Judæi Concilium & dixerunt, quid facimus? Bonum quidem eft illud, collegerunt, fed malum illud, Concilium, non ad charitatem, fed ad pugnam, non ad pacem vocantes, fed ad bellum incitantes collegerunt concilium, non ut Deum glorificarent, fed ut Chriftum ignomina afficerent. Collegerunt Concilium, non ut fidem ftabilirent, fed ut lapidem angularem abjicerent. Collegerunt Concilium, non ut oves errantes ad ovile deducerent, fed, ut occifo paftore, gregem difpergerent. Collegerunt Concilium non ut margaritam niveo candore micantem fide exciperent, fed ut phengitem lapidem, ut quidem putabant, perfidia inobfcurarent. Collegerunt Concilium, non ut thefaurum abfconditũ in agro bene fufciperent, fed ut improbè Dei templum everterent. Collegerunt Concilium, non ut mellifluos vitis racemos decerperent, fed ut vitem veram ad crucis arborem applicantes, feipfos vites arbuftivas perditionis, nos autem falutis efficerent. O Concilium a Diabolo adverfus Chriftum collectum! O Confiftorium iniquitate repletum! O Concilium luporum potius fanguinem avidorum, quàm hominum deiferorum. Quid verò luporum immanium dico? Imò leonibus immanibus pejores dixerim rectius! *Tom. 6. p. 385.*

Antequam autem ad fpecialem articulorum [illegible] veniamus, placet brevibus exponere, quid Chriftianiffimi Galliarum Regis Proceres de hoc Concilio particulari (neminem enim habuit ex Afia, neminem ex Africa, neque pretiofo Johanne) fenferint.

Jam verò, inquiunt, ex veritate poffumus confirmare, nullum poft hominum memoriam fuiffe habitum, quod tam noceat, aut lu fibrio exponat dignitatem hujus regni: fi enim propius infpicimus, conftabit, maximam decretorum illius partem ex diametro videri oppugnare libertatem Ecclefiarum noftrarum, & Majeftatem Regis Chriftianiffimi, in quem hæc fabricata funt. *Apologia Catholica. Par. f. 1586. p. 188.*

Primum, quia in ifto cœtu vocatus fuit in dubitan Ordo, & primus honoris gradus, qui ab annis mille inter Chriftianos Reges ad noftrum pertinet. Itaque fi Majeftas regia iftud (ut obtenditur) Concilium hodierno tempore comprobaret, facturus effet maximo damno fuo, quia (inquit Baldus) coronam geftat libertatis & gloriæ.

2. Secundò, si ad reformationem morum, politiæ, & disciplinæ Ecclesiasticæ respexeris, qui flos fuit omni tempore præstantissimus hujus regni, quisquis sessiones Concilii istius Tridentini legerit, eam animadvertet funditus amitti Concilio isto, aboleri, & ad Pontificem Romanum transferri. Nam quarto & septimo Decreto Sessionis septimæ dicitur non esse necessarios consensus populi & Magistratus autoritatem in eligendis ordinandisque Episcopis & Sacerdotibus: quæ res omninò pugnat cum jure divino, cum primitivæ Ecclesiæ observatione, cum priscis Canonibus, cum statutis Caroli Magni & Ludovici Pii, inprimis autem cum deliberatione Ordinum hujus Regni, qui Aureliæ anno 1560. convenerant, rata habita in suprema Parisiensi Curia, qua constituitur, ut intersint cum clero à nobilitate duodecim viri Nobiles, & duodecim spectati cives in Curia publica, singulorum oppidorum electi, qui tertium Ordinem repræsentent.

*C. Sacrorũ 73. dist. C. vota civiũ. 63. dist. C. Cleri 93. dist. C. quanto 63. dist.*

3. Item secunda parte ejusdem Sessionis Concilium istud Antistitibus tribus cognitionem de proventibus & fabricis Ecclesiarum, contra vetera Regum nostrorum edicta: inprimis autem contra quam Carolus 6. anno 1385. sanxit, ut fabricarũ jurisdictio ad judices regios pertineret.

4. Eadem Sessione Concilium permittit Episcopis, ut decidant partem proventuum ad ptochotrophia pertinentium, eoque pacto amplius pinguescant. Sic manifestè minuitur autoritas Regis & summi illius Eleemosynarii, evertunturque leges innumeræ veteres & novæ Francisci I. & Caroli IX. Regis.

5. Aliam quoque injuriam manifestè huic regno facit, cum monita & excommunicationes Concilio isti permittuntur atque statuuntur, non solùm ut res tectæ revelentur, verum etiam, ut recuperentur amissæ: contra quam summæ hujus regni Curiæ innumeris Arestis statuerunt, damnantes istud, & abusui iniquo deputantes.

6. Permittit etiam ut laici afficiantur mulctis pecuniariis, bonorũ & corporum prehensionibus, occupationibus & manus injectionibus, tam per administros Episcoporum, quàm per officiales, quam potestatem in Gallia ne in ipsos quidem Ecclesiasticos unquã habuerunt, & quæ pura usurpatio in potestatem secularem futura esset.

7. Cavet ne Magistratus impediat Judicem Ecclesiasticum ab homine excommunicando, aut revocanda excommunicatione sua, etsi hac re Ecclesiastici de more plus satis abutuntur.

8. Retractat Legem Philippi Pulchri, probatam & relatam in acta Parlamenti, de duellis vel certaminibus singularibus: atque in hac causa Reges, Principes, Duces, Marchiones & alios sua jurisdictione spoliat, abusu & iniquitate intoleranda, ut ante diximus.

9. Probat, ut nati viginti quinque annos promoveantur in ordines Sacerdotii, curionatus & dignitates Ecclesiasticas: cum lege trium Statuum & maximorum conventuum Franciæ ante promulgata, desiderentur 30 anni.

10. Facultatem tribuit adolescentibus, ut profiteantur vota, anno 16. completo: corrigens legem ab Ordinibus latam, quæ in maribus hanc facultatem definivit, 25. anno completo, in fœminis 20.

11. Provisionem Episcoporum atque Antistitum attribuit Pontifici contra antiquas leges Caroli Magni, filiorum, & contra quam habetur Pragmatica sanctione S. Ludovici, quæ in actis Parlamenti extat: & à conventibus maximis Aureliæ habitis fuit hoc prohibitum.

12. Permittit Archiepiscopis & Episcopis, ut diœceses suas per Vicarium visitent, contra eorundem Ordinum Arestum.

13. Autoritatem tribuit Pontifici, ut simplicia beneficia conjungat Episcopalibus: quod adversatur decretis Conciliorum Constantiensis & Basileensis, multisque Arestis supremarum Curiarum in hoc regno, ex quibus ista adunationum genera in locis ipsis oportet fieri.

14. Eodem Concilio evertuntur Indulgentiæ seu Privilegia Curiæ Parlamenti, Collegiisque & Academiis quibusdam hujus regni, postulante Rege concessa, & Ecclesiastici Academiarum conservatores & privilegiati in regno abrogantur.

15. Prohibetur item iis, qui religionem voverunt, ne ullo pacto de bonis acquisitis suis mobilibus aut immobilibus disponant, contra quam Ordinibus Aurelianensibus visum est, convenienter Decreto Moguntini illius concilii, quod habitum fuit Caroli M. tempore.

16. Ordinibus Mendicantium jus tribuit possidendi census, agros, reditus & bona immobilia, contra Concilium Viennense habitum anno 1310. veteraque Aresta Curiæ innumerabilia.

17. Adimit nominationem Regi in conventibus & monasteriis

 regu-

regularibus, & triennale Abbatiſſarum ac Prioriſſarum ab Ordinibus iisdem conſtitutum.

18. Monachis facultatem tribuit conveniendi & habendi conventus, aut capitula generalia: rem in repub. periculoſam, qua ſolent iſti ab autoritate & obſequio Regis & magiſtratus cujuſque temporis eximere. Quapropter etiam conventus iſti Areſtis Curiæ plerumque iniqui ſunt pronunciati, & (ut loquuntur) abuſivi.

19. Copiam facit Epiſcopo inſtituendi novos dies, quod Areſtis quàm plurimis Curia improbavit, & Concilium provinciale apud Senonas habitum anno 1527.

20. Reſcindit Laicos patronatus, niſi patroni inſtrumento authentico probaverint jus ſuum præſentandi, idque continuatum & effectum per 50. annos docuerint: rejicitque alia omnia probationis genera.

21. Judices Eccleſiaſticos mandat cognoſcere de Jure & poſſeſſione patronatuum, qui abhinc 40. annos fundatione, dotatione aut conſtructione fuerint acquiſiti: quæ maxima eſt in autoritatem Regis & magiſtratuum ipſius uſurpatio.

22. Inſtituit novum genus Judicum delegatorum, qui dicantur Apoſtolici, & poteſtatem confert in Epiſcopos eligendi iſtos in ſua diœceſi, ſine cognitione vel autoritate Regis, qui totidem mancipia futura ſunt, abalienata à ſubjectione Majeſtatis regiæ, cujus in clientela vivunt.

23. Tandem declarat idem Concilium, ſuperiorem Concilio eſſe Pontificem, & cavet, ne Epiſcopi abjiciant ſe, & ſubmittant Regibus atque Principibus.

24. Omnibus Eccleſiaſticis mandat, quibus ex jure & conſuetudine ſuffragia ſunt in Conciliis provincialibus, ut iſtud, quod obtenditur Concilium, accipiant, jurent in obſequium Pontificis & publicè profiteantur autoritatem ejus.

25. Academiis imperat, ne quid doceant, niſi Decretis Concilii iſtius conformatum, & ſolenne Juramentum quotannis ad hanc rem ipſius ſanctitati præſtent.

26 Mandat omnibus principibus & potentioribus, ut Canonas iſtos ſervent, renovatque antiquas omnes Decretales, uſurpatorias Bonifacii 8. & alias ante abrogatas in Francorum Regno, tum edictis & conſtitutionibus Regum, tum ſupremarum Curiarum Areſtis & maximi Concilii.

27. Epiſco-

27. Episcoporum Francorum causæ ab eodem Concilio ad Romanam Curiam & Consistorium Papæ revocantur: contra dignitatem Majestatis regiæ & Canonas priscos universalis Ecclesiæ, quibus criminales Episcoporum causæ, etiamsi ab officio aut gradu amoveri eos oporteret, ad Episcopos illius regionis aut provinciarum Synodum, non ad Pontificem dicuntur pertinere: quemadmodum multis Arestis Curiæ fuit judicatum secundum generalia Concilia, Constantinopolitanum & Carthaginense. Atque hic summopere Concilium derogat de summa dignitate Regis & Jurisdictione, quam omni seculo habuit in Episcopos regni sui. Exemplo sunt Ægidius Rhemensis Episcopus, Prætextatus Rotomagensis, Desiderius Viennensis Archiepiscopus, & alii quàm plurimi, quorum Gregorius Turonensis, Aimoinus, Ado & Vincentius historialis meminerunt. Ne longiores simus Concilium istud quod obtenditur, tollit & convellit vetustissimas libertates Ecclesiæ nostræ, ut sint adminiculo abusioni Pontificis.

28. Eodem Concilio infirmat, revocat & pro nullis renunciat Conjugia, quæ non fuerint contracta coram Ecclesia Romana: qua in re seminarium est centies mille rixarum, expostulationum, litium & contentionum per innumeras familias hujus Regni, quæ ex autoritate & cum gratia Regis ac publica fide edictorum pacificationis matrimonia contraxerunt, liberosque genuerunt, qui contra fas & jus illegitimi haberentur, successionibusque Patrum suorum privarentur, & uxores Concubinæ pronunciarentur, verorumq; suorum Conjugum adulteræ. Hoc demum est oppugnare Deum, in alieno regno cœtum inmorigerorum hominum statuere, deformationem longè graviorem in Ecclesiam inducere, & Francorum Rege tanquam lictore abuti, qui Pontificis mandata exequatur, nec autoritate valeat ad politiam in regno [illegible]ndam. Equidem nunquam mihi persuaserim eos Francos esse, qui hoc tempore tam soliciti & vehementer instant, ut publicè accipiatur Concilium istud. Hi se procuratores magis negotiorum & dignitatis Papæ & administros ipsius testantur esse, quam Regis sui supremiq; Domini. Hic igitur de sententia judicioq; optimorum virorum & Francorum summè Catholicorum sub traditionibus Ecclesiæ Romanæ viventium. Tridentinum istud Concilium omninò haberi necesse est, pro *manifesta conspiratione & conjuratione* contra autoritatem & dignitatem hujus Regni subditorumq; ejus, quacunq; conditione sint: nam omnes offenduntur eo gravissimè.

Concludam primam hanc orationem verbis Sanctæ Brigitæ, quæ lib.4. Revelationum cap.133.p.401. editionis Romanæ An.1606: ita exclamat: audite O exercitus & omnes angeli. Elegi Sacerdotes præ omnibus angelis & justis, & dedi eis potestatem, ut corpus meum tractarent. Si enim voluissem, potuissem benè elegisse angelum aliquem ad tale officium. Sed tantum dilexi Sacerdotes, ut eis tantum honorem concederem, & constitui eos ut starent ante me quasi in 7. Ordinibus: deberent enim esse patientes quasi oves, stabiles quasi murus boni fundamenti, animosi quasi milites, sapientes quasi serpentes, pudici quasi Virgo: mundi quasi angelus, ardentes amore quasi sponsa ad cubile viri sui. Nunc autem averterunt se pessimè; sunt enim feri, quasi lupi rapaces, qui in fame & cupiditate sua nulli cedunt, nulli deferunt honorem, nihil erubescunt. Secundò instabiles quasi lapis in muro infirmo, quia diffidunt de fundamento, id est, de Deo, quod non possit eis dare necessaria, vel non velit sustentare eos. Tertiò, sunt in tenebris quasi fures, ambulantes in tenebris vitiorum, nec sunt audaces quasi milites ad pugnandum pro honore Dei, vel ad aggrediendum opus virile. Quartò stant quasi asinus, qui caput inclinat ad terram. Sic ipsi stolidi & insipientes semper terram meditantur, & præsentia, nunquam futura. Quintò impudici sunt, quasi meretrices, procedunt ad me in habitu meretricio, omnia membra habent ad luxuriandum. Sextò sunt quasi pice deformiter maculati, omnes qui accedunt ad eos, deturpantur. Septimò sunt abominabiles, quasi vomitus, & levius & melius esset mihi accedere ad vomitum, quam ad delectationem cum eis. Ita autem abominabiles sunt, ut omnis exercitus cœli abominetur eos.

Lib.4.c.33.p.271. Domine reverende. Inter alias collationes intimetur Domino Papæ, quam flebilis est status urbis, quæ quondam felix extitit & corporaliter & spiritualiter. Corporaliter quidem, quia ejus seculares principes, qui ejus defensores esse deberent, facti sunt sævissimi raptores. Et ideò domus ejus destructæ sunt & multæ Ecclesiæ penitus desolatæ, in quib⁹ ossa benedicta Sanctorũ continentur, quæ gloriosis miraculis coruscant, quorum animæ in regno Dei sublimiter coronantur. Templa etiã ipsorum tectis destructis & clausuris ablatis, in latrinas mutata sunt hominis, canum & bestiarum. Spiritualiter verò infelix est urbs, quia multæ constitutiones, quas S. Papæ ex infusione Spiritus S. ad Dei laudem & animarum salutem in Ecclesia statuerunt, jam deletæ sunt.

Id

Id est Apostolicum Catholicum, quod semper & ubique & ab omnibus pijs est creditum.

Concilium Tridentinum non semper, neque ubique, neque ab omnibus pijs est creditum.

Ergò Concilium Tridentinum non est Apostolicum neque Catholicum.

Assumptum fuit per Inductionem 28. articulorum ad oculum demonstratum: Ecclesiæ Gallicanę id non recipiunt, sed executionem illius abegerunt, fugarunt, rejecerunt. Æquum est, inquit Lysias, ut nullus nostrum tibi parcat, cum illorum nulli, quos occidisti, peperceris.

# ORATIO II.

A Romanis & Christianis Imperatoribus Concilia fuisse olim congregata Oecumenica, inductione Conciliorum Universalium ostendi potest. Nam à Constantino Magno indictum fuisse Concilium Nicenum I. à Theodosio I. Constantinopolitanum: à Theodosio II. Ephesinum, atque à Marciano Chalcedonense: scribit enim in historia Socrates: idcirco Imperatores in historia complexus sum, quia ex quo tempore cæperunt esse Christiani, Ecclesiast. negotia pendent ab illis, & maxima concilia de illorum sententia & facta sunt & fiunt.

*L. 5. in proœmio.*

Episcopi etiam, qui ad Constantinopolitanum Concilium venerant, se ad Romanum Concilium fuisse à Damaso Pontifice Romano evocatos testantur: verum adjungunt, ita mandante per literas, Imperatore, [illegible]. Thedor. l. 5. c. 9.

In epistola verò ad Theodosium Imperatorem scribunt hoc modo; literis, quibus nos convocasti, Ecclesiam honore prosecutus es.

Neq; vero omnibus semper Concilijs Rom. Pontifex aut eo absente Rom. Pontificis legatus præfuit ac præsedit. Constat n. Niceno Concil. præfuisse Eustathium, Antiochenum Patriarcham, Romaniq; Pontificis legatos, Vitum & Vincent. quarto infra loco consedisse: Sardicensi Hosius Cordubensis; Aquileiensi Ambrosius Mediolanensis; Carthaginensi Aurelius Carthaginensis; Chalcedonensi Leonis Romani Pontificis Legatus præsedit, non tamen jure suo aut universalis potestatis ergò, sed tantum præcariò, ipsiusque Imperatoris permissu.

Atqui de initio Conciliorum modernorum, ut refert M. Antonius de Dominis l. 5. p. 178. sine scipturis, sine examine, sine patrum consen-

su,

ſu,imò contra eum ex ſola unius hominis voluntate,ne dicam libidine & aſſeclarum aut inſcitia, aut aſſentatione tota procedit.

Idem l.7.c.3.p.66. Decreta profectò Concilij Tridentini in rem judicatam non tranſiiſſe multa convincunt.

1. Quia Concilium non fuit generale, verè Oecumenicum: ſiquidem ex toto Oriente nulli penitus adfuerunt, imò ne vocati quidem fuerunt.

2. Quia ex ipſo etiam Occidente plurimæ & maximè inſignes Eccleſiæ abfuerunt, puta tota Anglicana & maximè pars Germanicarum.

3. Quia Gallicana tota Eccleſia actis illis reſtitit, nec ea voluit admittere aut approbare, multo minus ea totius Orientis Eccleſiæ ferè omnes, Anglicana, Germanicæq; plurimæ receperunt, ſed omnes contradixerunt & contradicunt.

4. Quia in eo Concilio Papa per ſuos Legatos Dominus fuit & Tyrannus: nihil enim tractari potuit, niſi proponentibus Legatis,& liberè differentes, illic minis etiam, ubi blanditiæ non ſuccedebant, ſilere aut abire compellebant Epiſcopos.

5. Quia non pondus ſed numerus ſuffragiorum rem decernebant, numerus verò erat vel ex Epiſcopis titularibus ad ſpeciem, qui nullius Eccleſiæ erant Epiſcopi in actu, vel ex illiteratis aut Juriſtis, in Theologia penitus infantibus, vel demum ex pauperibus aut ambitioſis, qui Papæ partes pecunijs ipſius & beneficiorum ac dignitatum ſpe lactati, contra jus faſque ſequerentur.

6. Quia Concilium alios non habuit,niſi ejuſdem ſententiæ juratos homines, in unum conſpirantes; contrarias ſententias, pro quibus imò contra quas Concilium illud fuit congregatum, qui explicaret & defenderet, nemo aderat.

7. Quia Principes etiam Chriſtiani ſuæ ditionis Epiſcopos in eam ſententiam propendere compellebant, quæ non Chriſti Eccleſiæq; cauſam, ſed ipſorum humana conſilia promoveret.

Pag. 67. Definitionem illam factam à ſolis V. Cardinalibus,& in totum 48. Epiſcopis, qui Concil. Oecumenicum non poſſunt efficere.

Pag. 68. Illi ſalvi conductus, qui oblati fuerunt ſeſſ.13.15.&18. captioſi ſunt & meræ decipulæ.

Lib. 7. c.5. p.92. *Papatus eſt res nova & commentitia, undique falſa,* ut notavi. l.4.c.10. Num. 98.

Eò

Eò noſtris temporibus, ſcribit in præfatione tomi 1. redacta res eſt, ut Eccleſiaſticæ controverſię non Theolo[illegible] amplius, non Concilijs, ſed tortoribus, ſed carnificibus, ſed ſicarijs, [illegible] gurarijs ſed parricidis defendendæ Romæ aut Roma committantur.

Jam talibus non ornatur Romana Curia, ſed ad ſummum Leguleijs cavillorum in re pecuniaria artificibus, emungendarum crumenarum peritiſſimis, & Chryſum magis quam Chriſtum amantibus: ſacra Scriptura & divina Theologia ab urbe illa (Roma) exulant, aut intra Monaſteriorum paucorum ſepta, ipſa ſeu potius ipſius larva deliteſcit, in Papæ Cardinaliumque aulis diverſorium non habet, Conſiſtorium illam neque de facie novit, & nihilominus ſupremum & infallibilem fidei magiſtrum Papam eſſe inſulſiſſimè contendimus.

*Lib. 7. c. 3. p. 81.*

Qui ſunt jam Epiſcopi ſub Romano Potentatu? In temporalibus quidem, ubi optima ſunt ſacerdotia & dignitate eminent ſeculari, magnates ſunt, conſpicui ſunt, Principes ſunt, ſed Epiſcopi, *niſi æquivoce*, nequaquam ſunt. Sicut muti ſunt omnes Epiſcopi ſub Romano.

*In præfat.*

Hi ſunt, monente S. Bernhardo, unitatis diviſores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes ſibi, & magni in oculis ſuis, ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere. Et quæ major *ſuperbia, quàm ut unus homo* toti congregationi *judicium ſuum præferat*, tanquam ipſe *ſolus* habeat Spiritum Dei?

*Tom. 1. ſerm. 3. de reſurrect. p. 207.*

Quod olim de Arianis Theodoretus ſcripſit, Idem nos de Pontificibus Romanis: ne unum quidem collegarum noſtrorum vel ad mediocrem ſapientiam perveniſſe cenſent, *ſed ſe ſolos ſapientes*, ſolos egeſtatem voluntariam ſectantes, ſolos dogmatum inventores, & ſibi ſolis ea doctrinæ patefacta eſſe myſteria, quæ in nullius unquam ſub ſole cogitationem ac mentem venerint, arbitrantur.

*Hiſt. Eccl. l. 1. c. 4. p. 9.*

Quia autem Concilium Tridentinum tertiam ſeſſionem an. 1546. 4. Febr. inchoavit, & ſymbolum Fidei promulgavit, placet de Symbolo fidei Neo-catholico pauca referre: audite: judicate.

Paulò ante M. Antonius de Dominis dixerat Papatum eſſe rem novam & commentitiam, undique falſam, evincere conabor Symbolum Neo-catholicum Romanum, ex ſcriptis papiſtarum penitus erutum: ita autem corde credunt & ore fatentur.

*Credo* in omnes ſanctos *Omnipotentes*:

1. In primis in S. Franciſcum, in Deorum numerum receptum.

2. In S. Virginem Mariam, *Deam*.

3. In S. Angelos (invito Concilio Laodiceno, quod illos invocari vetuit.)

4. Credo in Dominum Deum nostrum Papam, in quo omnium dogmatum (articulorum fidei) firmitas pendet.

5. Creatorem creatoris sui.

6. Divinarum & humanarum Legum caput.

7. Credo in Deum Patrem, fide tantùm assentiente & incerta.

8. De cujus paterna στοργῇ ego certus esse nequeo.

Credo eadem fide & in Jesum Christum.

9. Cujus divinitas à Papæ Romani robore pendet.

10. Non verè passum: Christus enim nihil doloris sensit in passione juxta Imperatorem Justinianum & Hilarium.

11. Neque solum pro nobis mortuum, quia B. Virgo sola contrivit caput serpentis:

*Tu caput inferni fregisti Sola Draconis,*
*Virgineo calcans dira venena pede.*

Jure ergò Redemtrix nostra & propriè dici potest, & Reparatrix Orbis Anselm. to. 3. p. 220. c. 9. de excellentia B. Virginis.

12. Credo Christum ad purgatorium non descendisse, quod in V. T. fuit vacuum.

13. Non credo in Spiritum S. fiducialiter, sed fide historica.

14. Verùm credo in sanctam Romanam Ecclesiam, quæ caput est totius religionis.

15. Credo Spiritum Tridentinum, actorem simul, testem & judicem omnium hæreticorum.

Credo Ecclesiam semper visibilem.

16. Clericorum omnium communionem.

17. *Etiam Vxorum.*

18. Plenissimam peccatorum omnium per indulgentias certissimas & firmissimas, remissionem.

19. Credo etiam purgatorium, unicum refugium Catholicorum.

20. Cujus Princeps & hospes Diabolus est, animarum ibi degentium verus Liberator & Salvator.

21. Credo quoq; fide infallibili circa finem mundi, Judæos verè habituros Messiam.

22. Qui

22. Qui futurus est Catholicorum Antichristus.

23. Ex tribu *Dan* nasciturus (quæ tamen opinio non est omninò certa Bellarmino, quia revelatum fuit S. Francisco, Antichristum ex Ordine Minorum fore Monachum.)

24. Imperium Romanum sublaturus, tres annos cum dimidio regnaturus.

25. Nullam credo animæ humanæ immortalitatem, exemplo Johannis XXIII. (quod enim unus Papa credit, omnes credere, & credidisse & credituros, verisimile est.)

26. Neque vitam æternam. Pars enim magna Christianorum, teste P. Drexelio de æternitate, etiam Catholicorum, gehennæ & cœli æternitatem esse non credunt.

*Consid. 9. conclus. 63. p.*

Annon Papatus est res nova, & commentitia & undiq; falsa?

Hæc fides, (qualis fuit tempore Apostolorum) nunc *deest*, Isidoro Clario. tom. 2. p. 208.

Nos nullum veræ fidei vestigium tenemus. tom. 2. p. 90.

Augustinus Steuchus l. 3. adversus Lutheranos p. 19. atq; utinam ad unguem veterem illam religionem sequeremur, quæ certè & ipsa est, quam nunc habemus, sed multis ademtis, multis oppositis, propter Sacerdotum tum ignaviam, tum imperitiam.

1. Ecclesiam autem Romanam credere *sanctos esse omnipotentes*, docet Bellarminus concione 4. de beatitudine cœlesti p. 471. proinde, inquit, non modò potentes, sed planè Omnipotentes esse illos, quis jure inficiari potest?

Henricus Sedulius in Apologetico pag. 240. jure sancti vocantur omnipotentes.

Hosius de spe & precatione p. 265. quid si *in* sanctos quoq; rectè credi docet Paulus?

Georgius Wittweiler in seinem Catholischen Haußbuch p. 281. in der Außlegung deß andern Gebotts / Sonsten gemeiniglich werde diese Weiß oder Form zu schweren bey den Heiligen also verstanden dz in den fürnemlich GOtt zum Zeugen angeruffen wird: Die Heiligen aber secundariò als nachgesetzte/ welche unsere Gedancken/ auch erkeñen.

Sancta *Mechtildis* revelat. lib. 1. c. 44. p. 63. b. Tertiò quod (sancti) habent suæ voluntatis copiam, quia *omnia, quæ volunt*, liberalissimè possunt.

Lib.2.cap.ult. scribit.p.107.b. Cui Dominus respondit: Ecce do tibi oculos meos, ut cum ipsis *omnia videas*: aures meas, ut per eas omnia quæ audis, intelligas, os etiam meum, ut quæ loquendo, orando, sive cantando proferre debes, per illud facias: do quoq; tibi cor meum, ut per illud omnia cogites, & meipsum, & omnia propter me diligas.

In Speculo vitæ S. Francisci, Venetiis an. 1504. edito, per Simonem de Lucre sequentia leguntur pag. 42. Hæc sedes fuit Luciferi, & loco illius sedibit in ea frater Franciscus humilis.

Pag. 80. Ipse est enim magnus Dominus in cœlo.

Pag. 55. b. dicitur sanctissimus.

Pag. 99. b. Christus ait: *Omnem potestatem meam Francisco delegavi.*

2. Porrò B. Virgo, θεοτόκος, Deipara, exertè DEA vocatur à Leone X. Turnero. Carolo Scribanio, Antonio Bonfinio.

Francisc. Maurus de S. Francisco aliquoties in carmine *Deam* p. 313. 318. 339. magnam Deam vocat pag. 208.

GOtt der HErr selbsten ist der Jungfraw Mariæ unterworffen. Im Zinßbüchlein zu Augspurg getruckt An. 1627. A. 4. b.

3. Oecumenius in cap. 2. ad Coloss. & Laodic. can. 35.

4. Augustinus Steuchus libr. 2. de donatione Constantini p. 230 Pontificem Sylvestrum constat à pio Principe Constantino Deum appellatum, habitumque pro Deo.

In Gloss. Extravag. Johan. 22. cap. Cum inter. pag. 34. anno 1537. Lugduni: Credere autem Dominum DEUM nostrum PAPAM conditorem dictæ Decret.

Alterum quasi Christum, Perpinian. ad Pium IV. p. 294.

Martinus ab Azpelcueta in præfat. Enchiridij sive Manualis Confessariorum & pœnitentium vocavit Gregorium XIII. Deum tutelarem, & *Latinorum Regem*.

5. Discipulus de Tempore serm. 3. Gabriel Biel. sect. 4. super Can. Missæ pag. 21.

Heinrich Lamparter tom. 2. wider D. Keihing. p. 153. und was gestalt die Priester in einem unachtsamen Büchlein Stella Clericorum genannt/ creatores creatoris sui genannt werden, ob es wol nicht viel zu bedeuten hat/ jedoch ist auch solche Weiß zu reden/ so gar unartig nicht.

6. Vitalis de Bonifacio Papa.

*Esset & ut fidei & mundi Bonifacius una*
*Instituit, Phoca principe, Roma caput.*

San-

Sanctissimus & beatissimus, qui habet cæleste arbitrium, qui est Dominus in terris, Successor Petri, Christus Domini, Dominus universi, Regum pater, Orbis lumen, summus Pontifex papa Martinus &c.

*Acta Concilii Senens. p. 57.*

Tomas Bozius Eugubinus de Imperio virtutis c. 10. p. 191. ait, Christum Imperium suum commisisse Romanis Pontificibus.

7. De fide Carbonaria in der Soldaten Brüderschafft zu Augspurg getruckt an. 1629. B. 6. hiete dich zu disputiren von Glaubens-Sachen / vnd bleibe bestendig in deß Kolers einfeltigen / vesten / Catholischen Glauben.

Bellarminus de justificatione l. 1. c. 7. Fides melius per ignorantiam quàm per notitiam definitur. Martinus del Rio de timore Dei p. 362. in opere Mariano: Fides mortua, bona, sed imperfecta & informis.

8. Perpinianus orat. 4. p. 145. de B. Elisabetha: quando de tuo in me amore, dum vivo, certa esse non possum.

9. Bellarminus de Sacramentis in genere l. 2. c. 25. Omnium Conciliorum, omnium dogmatum firmitas (& sic etiam Filij Dei divinitas) pendet ab autoritate præsentis Ecclesiæ.

10. Velosillus in advertentijs p. 469 de S. Hilario.

11. 12. Sebastianus Fabrinus apud Rutilium Benzonum: & Henricus Sedulius in Apologetico p. 186. cui hæc servata victoria est, nisi Mariæ?

13. Quia Fides est tantum assensus, Bellarmino de justif. l. 1. c. 5.

14. Hosius de spe & precatione p. 265. b. Ex quo etiam loco nonnulli colligunt, rectè in Symbolo dici posse: credo *in* sanctam Catholicam Ecclesiam. Cyrill Hierosolymit: & in unam S. Cathol. Ecclesiam.

Augustinus Steuchus adversus Lutheranos l. 2 p 7. b. credimus *in* sanctam Ecclesiam. D. Adam Tanner tom. 3. p. 490. & p. 74. p. 390.

15. Isidorus Clarius tom. 2. p. 186. sed nunc optimi quique mores ab Ecclesia tolluntur.

16. *Exorcista* opus habent ipsi potius, ut dæmones, quorũ operib⁹ pleni sunt, ab eis ejiciantur, Isidorus Clarius tom. 1. p. 119. b.

Francisc. Spinula Mediolanens. epigr. l. 3. p. 85. in sensum contrariũ recurrens. *Progenies bona sunt Monachi, non noxia curant,*
*Turpia devitant, non male conveniunt.*

Eunapius in l. de vitis Philosophorum vocat Monachos ἀνθρώπους μὲν κατὰ τὸ εἶδος, ὁ δὲ βίος αὐτοῖς συώδης.

17. Clemens 1. epist. 5. tom. 1. Concil. ex editione Petri Crabbe p. 76. an. 1538.

anno 1538. Colon. Communis usus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius aliud, & sic inter mortales facta divisio est. Denique Græcorum quidam sapientissimus hæc ita sciens esse ait: communia debere esse amicorum omnia, in quibus autem sunt sine dubio *& conjuges.*

Tom. 1. Conciliorum Venetiis editorum anno 1585. apud Dominicum Nicolinum fol. 299. ut & tom. 1. Conciliorum studio Severini Binii Colon. anno 1606. omissa sunt verba hæc: *In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges.*

Strabo lib. 11. Geograph. memoriæ proditum est. Tapyris (urbe Parthiæ) morem esse, ut proprias uxores aliis viris nuptui concedant, cum duos tresve filios ex eis susceperint, quemadmodum apud nos Cato indigenti Hortensio Martiam concessit, secundum antiquam Romanorum consuetudinem.

18. Perpinianus lib. 3. orat. 5. pag. 161. qui anno Jubilæo ad D. Jacob. adeunt, remissionem omnium pœnarum consequuntur, quas post mortem in igne purgante persolvere deberent. Vide urbis Romæ admiranda p. 186. de Jubilæo Francisci Schotti & Capugnani.

In Rosario Conradi Sittardi Colon. 1603. p. 119. Tägliche Indulgentzen / die zu Rom in etlichen Kirchen zu gewinnen seyn. Bey S. Maria Scala cœli, alle Tag / zehen tausend Jahr Ablaß. Bey S. Bibiana, acht tausend Jahr Ablaß. Bey. S. Praxedis, alle Tag 121000. Jahr Ablaß / und so viel Quadragen. &c.

Forerus in manuali Luther. p. 589. Lutherani cum cœnam suam distribuunt, sine ullo vero sacramento, in pœnitentia non magis à peccatis absolvunt, quàm si psittacus illa absolutionis verba pronunciaret.

D. Keller Tom. 2. p. 587. Die Prædicanten als purlautere Layen / können das Brot nicht besser consecriren, als der Meßner.

P. 659. Habt nicht mehr Weyh / als ewre Weiber.

19. Johannes Buddius in der Wahlfart ins Fegfewr p. 113. Darinn beweiset Gott noch in der Höllen Barmhertzigkeit.

Pag. 86. Ich (S. Maria) bin auch aller deren Mutter / die im Fegfewr seyn.

im Winterthei.

In Legenda Sanctorum p. 148. Im Fegfewr ist Frewd und Trawren / und ich sahe viel Menschen in frewdenreichen Betthen / mit Gold

und

und ꝛc. . . . die hatten jhre Ruh / und sahe etliche ob Tisch sitzen/und essen.

P. 149. Das Fegfewr ist kalt und warm.

P. 150. Wer vollkommene Rew an seinem End hat/der kompt in kein Fegfewer.

Ignis infernalis neminem purgat, mundat, aut lavat, Gennad. p. 86. 87.

Ignis purgatorius est ignis infernalis, ex hypothesi adversariorum. Videatur magnum speculum exemplorum, tom. 1. p. 729.

Ergò ignis purgatorius neminem purgat, mundat, nec lavat.

Minorem exhibet Gabriel Bareleta serm. 36. & 83. b. Ignis inferni distat à nostro, sicut ignis materialis à picto in pariete: & dolor Christi in passione fuit maximus & tamen pœna purgatorii est tam dura, quòd excedit dolorem passionis Christi.

Dionysius Carthusianus apud Possevin. tom. 2. p. 412. Animas in purgatorio haud certas esse de sua ipsarum salute: &, animas in purgatorio quasi omninò desperare.

Joh. Buddaus von der Wallfahrt ins Fegfewr p. 110. Im Fegfewr ist kein Pein/sondern nur ein Verlangen nach Gott. NB.

Carmelitische Schatz-Kammer p. 211 von S. Teresiæ Lieb/die wolt gerne biß an Jüngsten Tag im Fegfewr sitzen/und gepeiniget werden/ wann sie nur ein einzige Seel erhalten möchte.

20. Purgatorii ministros Thomas Morus voluit esse germanos Diabolos, non Angelos.

Johan. Buddæus in der Wallfahrt p. 50. Der Richter antwortet: Dir wird gebotten du Teufel/daß du sie solt fegen biß sie rein werden.

P. 82. Da ist der Teuffel Angriff.

Jacobus de Voragine in aurea legenda, in commemoratione omnium defunctorum fidelium p. 131. b. Circa secundum, per quos scilicet purgantur? Sciendum quod illa purgatio & punitio fit per malos angelos, & non per bonos.

S. Hieronymus tom. 4. in Ezech. c. 30. p. 426. Neque enim boni sed mali angeli tormentis præpositi sunt.

21. Antichristum à Judæis pro Messia recipiendum, scribit Bellarminus de Rom. Pontif. l. 3 c. 2.

22. Maxima pars nostrorum adversariorum hoc statuit.

23. Bellar-

23. Bellarm.de Rom.Pontif.l.3.c.12.Frater Sedulius l.2.apolog. p.122. adversus Alcoranum Franciscanorum.

24. Bellarm.de Rom.Pontif.l.3.c.16.

Heinrich Lamparter wider D.Reihing tom.2.p.650. Der Antichrist wird das Römisch Reich unter sich bringen.

D.Keller tom.2.p.187. Der Antichrist wird das Römisch Reich nach seiner Zertheilung an sich bringen/und sich auch einen Römischen König nennen.

P.204. Der Antichrist wird der Juden Reich wider auffrichten.

P.225. Der Antichrist wird ein Jud seyn.

25. In Concilio Constantiensi fol.588.

26. Bonifacius VIII. Papa intravit ut vulpes, regnavit ut leo, mortuus est ut canis. Stella p.32.

*Magnum Specul. exemp. to.2 p.100.*

*Benedictus IX.* qui simoniacè Papatum invaserat, post ejus mortem cuidam equo insidenti apparuit, in specie monstrosi animalis, cujus aures & cauda asini erant, cætera ursi. Cum ille præ timore fugeret, clamavit: Noli, ô vir, expavescere. Scito me hominẽ, sicuti tu es, quia bestialiter vixi, post mortem præferre speciem bestiæ merui. Ego ille solo nomine Benedictus fui, qui nuper Apostolicam sedem indignus obtinui. Ad quem ille: quid habes retributionis nunc? inquit, usque ad diem judicii per dumosa & squalentia & sulphurea loca & fætida rapiar, post extremum verò judicium corpus meum & animam irrevocabilis illa gehenna suscipiet. Post hæc verba disparuit. Petrus Damianus l. 1. epist.9. Vincent.l.26.c.21.

Specul.exemplorum.Tom.1.pag.429. Refert D.Jacobus de Paradiso Carthus. in libro de peccatis mortalibus. Romanus quidam Pontifex fini vitæ appropinquans, Capellano suo autoritatem Apostolicam contulit se absolvendi, sub plenaria remissione, ut fieri solet in anno Jubilæo. Finita confessione ubi beneficium absolutionis obtinuit, obiit. Non multò post apparuit eidem Capellano vultu mœstissimo, & veste lugubri; requisitus, an ipse esset Papa defunctus? respondit, quòd sic, requirit Capellanus: quare tam tristis appares? respondit, quoniam æternæ morti adjudicatus sum. Quare inquit Capellanus, cum tamen beneficium absolutionis plenariæ tibi confessione facta, impensum sit? Respondit defunctus, quoniam supremus Judex absolutionem illam ratam non habuit. Quibus dictis disparuit.

Cum

Cum itaque Papatus ſit res nova, commentitia undique, falſa, inaudita Apoſtolis, incognita Eccleſiæ primæ, meritò Auguſtanæ Confeſſionis Socii primam, antiquam & Apoſtolicam veritatem & ſinceritatem agnoſcunt, laudant, venerantur, commenta humana abigunt, fugant, ejiciunt. Virtus enim cum improbitate, fides cum fraudatione, pietas cum ſcelere, conſtantia cum furore, honeſtas cum turpitudine, fortitudo cum ignavia, prudentia cum temeritate, bonitas cum extrema rabie, ſumma & generalis infelicitas cum opitulatrice divinitate commercium habere non poteſt.

## ORATIO III.

RErum Boicarum florentiſſimus autor Andreas Brunner, rogatus ſententiam, quare Bavaria Lutheraniſmum nunquam recepiſſet, ita diſſeruit l. 2. pag. 809. ad fovendam pietatem à Majoribus acceptam nihil eſt potentius, quàm publicos cœleſtium beneficiorum fontes recognoſcere, qui paſſim per Boicam omni ævo fluxerunt, & religionis prata rigarunt, inundantque etiam hodie perenni vena, quando ferè Princeps hæc cauſa fuit, cur communi peſtilitate, quæ ſuperiori ſeculo Germaniam cæteram depopulata, fidem candoremque, avita illius decora, miſerabili funere extinxit, Bojariæ ager contactus nunquam fuerit, vireatque in hunc uſque diem gloria, quam primo vere habuit, quod ſub Divi Ruberti cultura, proſciſſis tum primum novalibus exegit. Cur enim ſtatas ſolenneſque ceremonias & accepta à ſanctiſſimis viris ſacra ſacrorumque ritus, confirmatiſſimas de Deo diviniſque rebus ſententias & ſcita majorum ſua canitie veneranda, & inter oracula recepta deliramentis ſomniiſque perfidorum hominum, qui manifeſtum pietati bellum indixiſſent, permutaret pia Bojaria, cum conſtantiæ ſuæ tam inſignes fructus ferret & quotidianis incrementis Numinis erga ſe indulgentiæ ſaperetumque pro ſalute ſua excubantium ſtudii admoneretur, cum ad omnia patriæ aſyla Tutelaribus divis conſecrata, nemo fruſtra vota faceret, nulla tam dira deſperataque mala eſſent, quæ non illic medicam manum invenirent, cum cœcis lux, mancis integritas, ſervituti carceriq; mancipatis libertas uno ſæpe impetrata ſuſpirio rediret, cum plena numine & præſentibus Divis verenda adyta tortores humanorum corporum incolæ non ferrent, ſed velut fulminati inde profugerent, cum

vicissim pietatis cultæ neglectæque in utramque partem læta tristiaque ederentur exempla, qualia fidelissimi scriptores plurima commemorant, neminem profectò, nisi qui fureret, religionis tot calculis approbatæ potuit pœnitere.

*Adam Contzen* Polit. l. 6. c. 28. p. 456. Nos in prima religione permansimus, nihil à prima fide mutavimus.

*Lugduni 1606.*

*Andreas Valladerius* in expostulatione apologetica pro Jesuitis p. 160. Quid docemus, inquit? Quid dicimus? Quid tuemur aliud, nisi quod Doctores Catholici *ad unum omnes semper* in Ecclesia docuerunt? Quod Academiæ omnes Theologicæ & Lutetiana imprimis, quod religiosi quivis Ordines non hactenus toto orbe profiteantur?

*Romæ, 1564 apud Paulum Manutiũ.*

Acclamationes Patrum in fine Concilii Tridentini exertè dicunt p. 335. Hæc est fides B. Petri & Apostolorum: hæc est fides Patrum, hæc est fides Orthodoxorum.

*Heribertus Ros-weidus* in Anticapello pag. 125. ait: O insipientem hominem! Quasi verò unquam ὀρθοδοξία possit sejungi à Petri cathedra, vel cathedra Petri ab ὀρθοδοξίᾳ? Hæc adeò connexa sunt, ut alterum sine altero esse non possit. Nullus enim Orthodoxus, ubi ubi fuerit, nisi qui Cathedræ Petri jungitur, nullibi ὀρθοδοξία, nisi respectu quodam ad Cathedram Petri. Quod tam certum antiquis Patribus fuit, ut si quod de fide dubium oriretur, à Petri Cathedra peterentur consulta, si quis hæreticus fidem suam toti orbi probatam vellet, ad Cathedram Petri confugeret, ut si qua fraude posset, ejus communionem eblandiretur.

Verum enim verò verba optima, facta pessima esse, sequentibus rationibus evincam. Audite, judicate.

1. Prisca Romana Ecclesia de S. Scriptura honorificè sensit.

Nova Romana de S. Scriptura non honorificè sentit. Ergò nova Romana non est prisca Romana Ecclesia.

Majorem αὐτόπιστον pontificii non negabunt.

*Antverp. 1609.*

Minorem probo testibus novo Catholicis, quorum primus *Petrus Simon Tiletanus*, Episcopus Iprensis, de veritate l. 2. c. 11. p. 84. Scripturæ Sacræ *non possunt se explicare*, non verum sensum suum aut illius, qui eas scripsit, aperire, non dicere vel testificari, à qua parte stent, cum de vero illarum sensu atque interpretatione disputatur. *Sunt veluti plumbea* illa Lesbiæ ædificationis *Regula*, quam accommodabant Lesbii, & in-

& inflectebant, ut volebant, ad ædificationem suam. Sic Scriptura sacra sese flecti facilè patitur & accommodari in eum sensum, quem quis ante secum attulerit ac præsumserit.

Secundus testis est *Albertus Pigius* de Hierarchia Ecclesiastica, lib. 5. cap. 3. pag. 305. Supra indicavimus, Scripturas facile *trahi quocunque*, & veluti *plumbeam quandam regulam*, haud difficulter applicari impiæ cuivis sententiæ, contra Germanam suam sententiam.

*Censura Coloniensis* pag. 117. Scriptura veluti *Nasus cereus est.*

Tertius est *Vitus Miletus* contra Hethusium p. 21. Dicimus sacram Scripturam, si autoritatem tollas Ecclesiæ, nec tantum quidem valituram, quantum *Æsopi fabulæ.*

Quartus *Martinus del Rio* in speculo patientiæ & charitatis, pag. 471. Quam hæc obscura & brevi versiculo quot inclusa & quanta mysteria. Talia sunt pleraque nobis à Spiritu Sancto fidei & salutis arcana revelata, præcipuè quæ metaphoris & parabolicis allegoriis commendata. Ea semper judicavi similia Scytalis Laconicis, quibus nihil erat concisius, & ignaris mysterii singula verba *scopæ dissolutæ videbantur.*

Polydorus Virgilius l. 4. c. 9. p. 341. Vide, non secus isti Jurisconsulti aliquoties detorquent sacras literas quò volunt, ac sutores dentibus extendere pelles.

Quintus Henricus Lamparter wider D. Reihing. part. 2. p. 271. Dann kein Red so einfältig und eygentlich ist / deren ich nicht leichtlich einen frembden Verstand einstreichen will.

P. 272. Und keine Wort so klar und deutlich seynd / welche nicht mögen auff ein anders gezogen werden.

Sextus *Claudius Espencæus* in cap. 1. ad Titum p. 105. memini Episcopum Italum nobilem, nec verò imperitum mihi dicere, conterraneos suos à studio Theologico deterreri, & quodammodo abhorrere, ne sic fiant hæretici: quasi verò hæretici ex Scripturarum studio, ac non potius ex neglectu & ignorantia nascantur.

*Iohannes Trithemius* de Sacerdotum vita instituenda litera E 2. Væ nunc temporibus nostris, in quibus est Sacerdos, sicut populus: studium Scripturarum Sacerdotes nostri abjiciunt, eruditionem negligunt, pro libris scripturarum aves & canes enutriunt.

Quanto rectius & ſanius Cyrillus Alexandrinus ad Ecoptium locutus eſt Tom.1. Conciliorum pag. 544. parte tertia Concilii Epheſini.

*ὥσπερ γὰρ αἱ πολυτελέστατοι τῶν λίθων, ἃς καὶ Ἰνδικὰς εἶναί φασιν, οὐκ ἐξ ὧν ἄν τις λέγοιτο περὶ αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν εἰσι παρὰ τοῖς ὁρῶσι, θαυμάζονται*: Sicuti pretioſiſſimas gemmas, quas Indicas eſſe ajunt, non ex his, quæ de illis narrantur, ſed ex eo quod ſunt, qui vident, admirantur.

Et B. Hieronymus tom.9. adverſus Demetriadem pag.4. Scito itaque in Scripturis divinis, per quas *ſolas potes plenam Dei intelligere voluntatem, &c.*

Idem Tom.4. in Jeremiæ cap.9.p.252. Ergò nec parentum, nec majorum error ſequendus eſt, ſed autoritas ſcripturarum, & Dei docentis imperium.

II. Priſca Romana Eccleſia ſtatuit, Chriſtum eſſe verum Sacerdotem & Epiſcopum.

Nova Romana hoc negat. Ergò,

Minor probatur ex Summa Johannis de Turrecremata de Eccleſia l.2. c.32.p.146. Sed Chriſtus verus Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, & Pontifex futurorum bonorum, licet *æquivocè* Sacerdos & Epiſcopus ad alios, in quo non fuit character, nec conſecratio viſibilis, tamen fuit dignior cæteris.

Advertat pius Lector in hoc Doctore blaſphemiam illam, non ſine hæreſi (ſentit M. Antonius de Dominis) Chriſtum fuiſſe Sacerdotem & Epiſcopum *æquivocè*.

III. Priſca Romana Eccleſia credidit cum D. Paulo, hominem peccatorem coram Deo juſtificari gratis, per fidem, ſine operibus.

Nova Romana hoc negat. Ergò.

Propoſitionem ipſe D. Apoſtolus Romanos docuit, ſcribens Rom.11.v.6. quòd ſi per gratiam, non jam ex operibus, quandoquidem gratia jam non eſt gratia. Sin ex operibus, jam non eſt gratia, quandoquidem opus id, non eſt opus.

Bellarminus de verbo Dei l.2.c.14. ait hæc verba à nullis aliis agnoſci, excepto Theophylacto.

Adamus Contzen in commentariis ad Romanos 11.pag 416. ita ſcribit: Beza concedit eam partem addendam, Valla & Eraſmus negant,

Theo-

Theophylactus & Syrus habent, Origenes omisit, in Heidelberg. & Anglicana Chrysostomi editione habetur in textu, sed in expositione nulla est mentio. In scholiis Græcis utrunque legitur & exponitur, idque duobus locis. Photius itaque qui citatur ibidem, legit. Verum cum omnes Latini veteres omiserint, etiam in exemplaribus veteribus Chrysostomi desit, ad sensum non necessarium sit, nec rectè per omnia cohæreat, addititium videtur tam in Græcis quàm Aldina & Hispaniensi editione.

D. Jacob Keller tom. 2. p. 162. diese Wort ꝛc. seyn von den alten Griechischen Patribus, so diese Epistel außgelegt nit auß gelegt worden / wie zu sehen im Origene, Theodoreto, S. Chrysostomo.

Verumenimverò in catena Græcorum Patrum, quæ in Augustana Bibliotheca reservatur, explicatur à Chrysostomo à Theodoreto, & Gennadio, cujus hæc sunt verba: κεχώρισται γὰρ ἀπ' ἀλλήλων τῇ φύσει χάρις καὶ ἔργον [illegible] [illegible] ... χάρις πάλιν οὐδὲ τὰ ἔργα μένει ἔργα, idest, separata sunt à se invicem natura, *gratia & opus*: & opus quidem comitatur merces, & non gratia. Quod si gratia datur, non ut retributio sed donum & munus gratuitum. Manifestum igitur gratia benignitatem præbente, si quis opinatur se per opera consecuturum, is tollit gratiam quantum in se est, & gratia non manet amplius gratia, & vicissim opera non amplius manent opera.

*Oecumenius* in hunc locum. Si per gratiam eligimur, facile erit, ut ad christum curramus, & in eum credamus. Haud enim operibus indigemus ad Christum accurrendum, inque eum credendũ, sed sola voluntas & mentis intentio sat est. Nam secundum gratiam & non propter opera nos recipit Deus. Igitur si ex gratia, & vocat & accipit nullis ad hoc operis op⁹ est. Alioqui si operib. indigeremus, gratia haudq; unquã maneret gratia, si per opus in mercedem commutaretur. Itaque gratia, ipsa nõ est gratia, ne du illud consequeretur. Porrò absurdum, si quidem arbitraremur necessaria nobis esse opera ad accedendũ Christũ, & in eũ credendũ, verum etiam alterum haud dissimile huic. Quod si operibus accedendum esse nimus arbitrati, planum est, quod gratia tollatur. Gratia est, quidquid per Christum contigit, *nec opera ad fidem sunt necessaria.* Neque n. qui crediderunt, ob præterita opera, vocatione illa digni visi sunt, verum gratia Dei hoc totum est.

 *Pri-*

*Primasius* in cap. 11. ad Romanos p. 55. Quiſquis dicit gratiam Dei ab hominibus bonorum merito præveniri, & gratiam Dei meritis dari, Pelagianus eſt. Nam non eſt gratia, ſi non gratis datur, ſi debita merentibus redditur, quod abſit. Quia nos Deus prævenit & præcedit, non nos Deum. In multis locis hoc ſepè teſtatur, fidei gratiam præponens operibus, non ut opera extingvat, ſed ut oſtendat, non eſſe opera præcedentia gratiam, ſed conſequentia, ut ſcilicet, non ſe quiſque arbitretur, ideo percepiſſe gratiam, quia bene operatus eſt, ſed bene operari non poſſe, niſi per fidem perceperit gratiam.

Cæterùm Pontificij credunt, Chriſtum eſſe tantum partialem & *dimidium ſalvatorem*, imò ſuppletorem, ein Luckenbüſſer, teſtimonio S. Mechtildis revelationum l. 4. c. 6. p. 134. b. Orabat hæc Dei famula pro quadam perſona. quæ mœrorem cordis ſui ei conqueſta fuerat, quem ideò patiebatur, quod Deum nimis diligeret. Unde & ipſa in magnam incidit triſtitiam, reputans ſe per omnia inutilem, quæ Deum pro tantis ſibi collatis beneficijs nequaquam (ut dignum fuerat) diligeret. Cui Dominus reſpondit: Eja dilecta mea, noli mœrere, omnia n. mea, tua ſunt. Ad quod illa: ſi verè omnia tua, mea ſunt, ergo & amor tuus, meus eſt. Hunc igitur amorem tibi offero, ut per ipſum *omne, quod mihi deeſt, ſuppleam*. Quod Dominus grater acceptans, ait: Optimè ſic facis. Et cum me laudare cupis, nec pro tuo deſiderio illud implere vales, ita dicas: Jesu bone, laudo te, & quidquid minus eſt in me, rogo *ut ſuppleas pro me*. Cum verò amare me delectat te, ita dicas: Jesu bone, amo te, & quidquid minus eſt in me, rogo ut cordis tui amorem Deo Patri offeras pro me: Et dicas perſonæ, pro qua oras, ut ipſa similiter faciat. Et ſi millies in Dei amore replicando taliter rogaverit, ego toties pro ea me Patri offeram, quia nullo modo laſſari aut tædio affici poſſum.

Chriſtum eſſe *ſuppletorem*, teſtatur cenſura Colonienſis Dialogo 5. p. 189. Sed Chriſtus Dominus, quod operibus hiſce *deerat*, paſſionis ſuæ acerbitate *compenſavit*.

Jeremias Drexelius in Horologio p. 163. Jeſu bone, te rogo, ut quod minus eſt in me, tu digneris *ſupplere pro me*.

Ad hæc priſca Romana Eccleſia credidit, fidem eſſe veram Juſtificationis cauſam.

Nova Romana non credit. Ergò

Mino-

Minorem habet censura coloniensis Dialogo 5. p.175. Hæc est ratio, inquiens, cur tantopere ac disertis verbis Fidem extulerit Apostolus, non quòd illam voluerit esse veram justificationis *causam* (à qua tanquam à forma justus quispiam appellaretur) sed ut operibus justificationem præcedentibus non fiderent Judæi.

Audiamus hac de re etiam Adamum Tannerum Tom. 1. Theologiæ Scholasticæ p.880. Mirum sanè in hoc unico capite Apostoli ad Rom. 9. toties & tā apertè & vix ex instituto fieri mentionem prædestinationis & electionis divinæ, ac ubiq; in solidum attribui misericordię *nunquam verò operibus* seu prævisioni operum: quod tamen fieri saltem aliquando oportebat, si prædestinatio ad gloriam, & meritis esset: quandoquidem gloria est potior ac nobilior terminus prædestinationis, quàm gratia.

Præterea; quæ sunt causæ justificationis, eæ etiam sunt electionis.

Sed bona opera non sunt causæ electionis.

Ergo etiam bona opera non sunt causæ justificationis. Major patet: Deus enim non aliter ab æterno decrevit hominem salvare, quàm in tempore salvat, monente Fulgentio lib. de Incarnatione sub fin. Deus non aliter perficiet in opere, quàm in sua sempiterna atq; incommutabili habet voluntate dispositum.

Doctrina autem *de sola fide* justificante non est nova, non nuper in cerebro D. Lutheri nata, sed antiqua, sacris literis consona. Libet unicum addere testimonium ex Bibliis Germanicis, editis Norimbergæ an. 1483. apud Antonium Coburger. Ita autem sonant verba capitis 2. ad Galat. Wir seynd Juden von Natur/ vnd wie Sünder auß den Heiden / wann wir wissen / daß der Mensch nicht wird gerechtfertiget auß den Wercken der Eh/ nur durch den Glauben Jesu Christi.

Libet verò hìc adversarios nostros rogare, ut dicant, in Papatu Christiani fuerintne Papisticè vel Evangelicè defuncti?

Papisticè mori voco cœlum bonis operibus mereri & emere. Evangelicè verò & Lutheranè mori voco, moriturum sola Christi passione, fide vera apprehensa & sibi appropriata defungi.

Videamus libellum antiquum Germanicè excusum Augustæ an. 1510. apud Johannem Otmar, cujus titulus: Taschenbüchlein/ libellus Marsupii, in eo sequentia verba leguntur, litera L. 8. quæst. 18.

Glaubstu/ daß Christus der HErr vmb deinetwillen am Creutz gestor-

gestorben ist / vnd daß du anderst/auch durch kein anders Ding nit magst heilwertig werden/dann nur allein durch das Verdienen seines bittern Leydens vnd Sterbens.

Antwort: Ja ich glaub vnd hoff / also durch sein Heiliges Leyden vnd Sterben selig zu werden/vnd sag jhm darum auß gantzem meinem Hertzen / vnd allen meinen Kräfften Lob vnd Danck. Darauff ein Vnterweisung. Also lieber Mensch / alldieweil dein Seel in dir ist/ so sag vnd wirck jhm stäts Lob vnd Danck / vmb sein bitter Leyden vnd Sterben/vnd allein in dasselbe sein bitter Leyden vnd Sterben setz dein Trost/Hoffnung vnd Vertrawen vnd sonst in kein ander Ding/seinem Tod befilch dich gantz vnd gar. etc.

Cæterùm quodcunq; dogma in singulis centurijs post Christi ascensionem, sanctos Patres habet consentientes, illud novum aut recens confictum esse non potest.

Solam fidem in Christum justificare, est dogma quod in singulis centurijs post Christi ascensionem sanctos Patres habet consentientes.

Ergò solam fidem justificare non est novum dogma, aut recens confictum.

Major probatur: Scripta enim Patrum sunt in Papatu authentica, & tenenda omnia usq; ad ultimum jota, ex sententia Gratiani.

Assumtum probo. In prima centuria, solam fidem justificare, docuerunt Justinus Martyr, Irenæus, Clemens Alexandrinus.

In secunda Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Zeno Episcopus Veronensis.

In tertia, Lactantius, Eusebius, Athanasius, Julius, Firmicus Maternus, Cyrillus, Hierosolymitanus, Hilarius, Basilius Magnus, Gregogorius Nazianzenus, Chrysostomus, Gregorius Nyssenus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus.

In quarta Primasius Uticensis, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Arnobius junior, Sedulius, Prosper Aquitanicus, Fulgentius, Faustus Episcopus.

In quinta Venantius, Honorius, Hesychius.

In sexta Gregorius Magnus, S. Maximus.

In septima, Beda, Ansbertus.

In octava, Theophylactus, Paschasius, Radbertus.

In nona, Marcus Eremita,

In de-

In decima Bruno Carthusianus, Oecumenius, Anselmus.

In undecima Hugo, Bernhardus, Petrus Lombardus.

In duodecima Jacobus de Voragine, Thomas de Aquino.

In decima tertia Nicolaus de Goran. S. Brigita.

In decima quarta Nicolaus Cusanus, Theodosus, Simon de Cassia, Marcus Marulus, Julianus, Poncerius, Gerardus Lorichius.

In decima quinta, Johannes Trithemius, Hieronymus Osorius, Alphonsus Vivvesius, Cornelius Jansenius, Jacobus Faber, Mapheus Vegius, Paulus Ricius, Sixtus Senensis, Paulus Widnerus, Claudius Espensæus, Johannes Gogenus Parisiensis, Jacobus Perez, Johannes Hofmeister.

In decima sexta Marcus Welserus.

*Censura Coloniensis p.26. Ex pacto* tamen & gratia Dei, à qua potissimum proficiscuntur, conjuncta nostra bona voluntas, æternam vitam rectè promereri dicuntur.

*Leonhardus* autem *Lessius* de perfectionibus p.360. ait, inter Deum & hominem *propriè non est pactum*, sed solummodò metaphoricè.

IV.

Prisca Romana Ecclesia Indulgentias papales non curavit.

Nova Romana indulgentias maximoperè curat & urget.

Ergo nova Romana Ecclesia non est prisca Romana.

Majorem suppeditat Johannes Capetius Canonicus in tractatu de Indulgentiis, Insulis excuso an. 1595. c. 2 p. 11. Apud veteres, inquit, non inveniri clara Indulgentiarum nostrarum testimonia, fatentur tam Scholastici nostri, quàm Juris interpretes, cujus rei rationem hanc plerique reddunt, quia in primitiva Ecclesia, cum ferveret sanguis Christi, pœnitentes tantam sibi exoptabant imponi pœnitentiam, eumque tanta alacritate implebant, ut indulgentias non desiderarent. Sic enim Deo satisfacere pro suis delictis in hoc mundo contendebant, ut in futuro nihil reservaretur puniendum. Hæc Dominicus Sotus, quem ad verbum sequuntur Navarrus in tract. de Indulgentiis notabili 19. & Boethius.

Qui annum integrum Romæ consumserit orando in præcipuis festis, is reportabit octies centena millia annorum Indulgentias. Videatur liber Romæ excusus an. 1557. Indulgentie, doni, beneficij, indulti & gratie spirituali dalla sacrosanta sedia Apostolica concessa tutti li corrigiati & corrigiate con la cintura del glorioso Padre sancto Agostino splendore della santa Chiesa.

Minorem probare possemus ex Romanis indulgentijs ex Hortulo animæ, ex Antidotario animæ, auß dem Taschenbüchlein zu Augspurg getruckt 1512. von Meister Hans Otmar/ auß dem Rosen Crantz / auß dem Scheibenbüchlein / zu Leipzig getruckt an. 1514. durch Georg Nadler.

In præsens contenti erimus libello Venetijs edito anno 1532. per Johannem Antonium, & fratres de Sabio, cujus titulus, Compendium privilegiorum fratrum Minorum autore fratre Alphonso de Casarrubios Hispano, ad Reverendissimum P. Franciscum de angelis generalem totius Seraphici Ordinis Minor. pag. 118. hæc verba leguntur. Prima Ecclesia Urbis est sacrosancta Lateranensis Ecclesia, quæ ab antiquo diceba-tur Basilica Salvatoris, nunc autem communiter vocatur Ecclesia S. Johannis Lateranensis, quæ ab Imperatore Constantino in latere sui proprij palatij ædificata, & à S. Silvestro Papa in honorem Sanctissimi Salvatoris D. Jesu Christi & sanctorum Johannis Baptistæ & Johannis Evangelistę dedicata fuit, in qua fertur, quod S. Silvester & Gregorius, summi Pontifices, qui eam successivè consecrarunt, devotè visitantibus concesserunt tantas indulgentias, quod eas nemo, nisi solus DEUS enumerare potest.

*In Mense Ianuario.*

Pag. 121. Fabiani & Sebastiani Indul. ple. & remissio omnium peccatorum.

Ad S. Sebast. centum quinquaginta octo mille, ac 968. anni, & 28. dies.

Vincentij & Anastasij quadraginta millia annorum Indulg. ad S. Johannem in Laterana.

*Mense Febr.*

In die Purificationis B. Virginis Indulgen. plen. ad S. Mariam de populo, & 155. mille ac 293. anni & 285. dies.

In cathedra S. Petri Indulg. plen. & mille anni ad S. Petrum, & 150. mille, & 968. anni, & 285. dies.

*Mense Mart.*

Annunciatio Dominica Indulg. ple. & mille anni, & totidem quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum, & iterum mille anni ad S. Mariam majorem, & 158. mille, ac 958. anni, & 285. dies.

Men-

*Mense April.*

Georgij martyris mille anni indulg. & 154. mille, ac 913. anni & 260 dies.

*Mense Majo.*

In Ascensione Domini indulgen. ple. ad S. Petrum, & 158. mille, ac 968. anni & 285. dies.

*Mense Iunio.*

In nativitate S. Iohannis Baptistæ indulg. plen. in Ecclesia Lateranensi, & 154. dies.

Petri & Pauli indul. plen. in amborum Ecclesijs, & 159. mille ac 963. anni & 45. dies.

*Mense Iulio.*

Visitatio B. Virginis Mariæ indulg. plen. ad S. Mariam de populo, & 158. mille, ac 958. anni, & 285. dies.

*Mense Augusto.*

Dominici Confessoris indul. ple. ad S. Mariam in Miner. & 158. mille ac 958. anni, & 285. dies.

*Mense Septemb.*

In die nativitatis B. Virginis indul. ple. ad S. Mariam rotundam, & 159. mille, & 790. anni, & 185. dies.

*Mense Octobri.*

In festo beatissimi Patris nostri Francisci, & per ejus octavam indulg. ple. in ejus Ecclesia trans Tiberim, & ad S. Paulum, & 185. mille, ac 968. anni, & 285. dies.

*Mense Novemb.*

In festo omnium sanctorum indulg. ple. ad S. Mariam rotundam & 185. ac. 662. anni & 100. dies.

*Mense Decemb.*

In S. Johannis Evangelistæ indulg. plen. ad S. Johannem in Laterano, & centum anni ad S. Paulum. Et liberatio unius animæ à purgatorio & 158. mille ac 790. anni. Et hasce indulgentias non unus vel alter, sed ultra 40. Pontifices confirmarunt. Innocentius III. papa inclusivè usque ad Clementem VII. inclusivè trecentis penè annis.

| ANNO | | |
|---|---|---|
| 315. - - Sylvester | 30000. Jahr Ablaß | Jubilatio animæ, oder Scheibenbüchlein / zu Leipzig getruckt 1514. |
| 590. - - Gregorius | 40. tausent Jahr | |
| | Jubilatio animæ. a. 4. | |
| | 24000. Jahr. 600. Jahr. | Via felicitatis p. 82. |
| | 10000. Jahr<br>20000. Jahr | } Taschenbüchlein. c. 5 |
| 898. - - Bonifacius V. | 20000. Jahr. - - | Via felicitatis. p. 22.<br>Taschenbüchlein, b. 5.<br>Jubilatio animæ G. 7. b. |
| 1276. Johannes XXII. | 10000. Jahr - - | Via felicitatis zu Augspurg getruckt. 1513. p. 100. |
| 1294. Bonifacius VIII. | 80000. Jahr Ablaß tödlicher Sünd. | Scheibenbüchl. E. 4. b |
| | Benedictus XI. confirmavit. | |
| 1303. Benedictus XI. | 80000. Jahr. | |
| 1353. innocentius VI. | 2000. Jahr. - - | Jubilatio animæ C. 8. oder Scheibenbüchlein. |
| 1471. Sixtus IV. | 11000. Jahr. | ( Taschenbüchlein E. 4.<br>Scheibenbüchlein F. 3.<br>Rosetum p. 23. |
| 1483. Innocentius VIII. | 28000. Jahr | { Das schön Rosengärtlein 1630. zu Augspurg getr.<br>Teutsch Rosarium Conradi Sittardi Costnitz 1603 |
| 1492. Alexander VI. | 10000. Jahr / tödlicher Sünd. | { Taschenbüchlein. f.<br>Scheibenbüchlein. h. 7. b.<br>Via felicitatis. p. 52. |
| 1503. Julius II. | 80000. Jahr. | Jubilatio animæ G. 1. b. |

Qua fronte ergò Hieron. Osorius audet scribere de religione l. 3. p. 286. Si aliquando in tam multis seculis aliqua sacrorũ nundinatio fuit, eam minimè S. Ecclesia comprobat, sed tanquam detestabilem pestem à Christianæ Reipub. finibus avertit.

P. 299. Illæ deinde (*nundinationes*) *si aliquæ fuerunt*, funditùs sublatæ sunt.

MANUALE Confraternitatum chordæ *S. Francisci* autore Simone Ryckio. SS. Theologiæ apud fratres Minores Regul. Observantiæ in conventu Moguntino Lectore. Parte secunda p. 184. Qværes 5. cur ergò multorum Milliũ Indulgentiæ conceduntur, cum fortè mundus tot millibus duraturus non sit? Resp. incertum est, quod annorũ millibus mundus stabiri: interim probabile est ex venerabili Beda alijsque probatiis autoribus quasdam animas usque ad diem judicij in purgatorio permansuras; denique certum sit, si peccatis lethalibus singulis debetur secundum Canones, pœnitentia trium vel septem annorum, quis enumerare poterit annos pœnitentiæ injungendos illis, qui consuetudinem jurandi, pejerandi, se ipsos inebriandi, polluendi, fornicandi &c. habent, & bibunt quasi aquam iniquitatem. Atque huc respexisse dicendum est, summos Pontifices, si qui Viginti aut triginta millia annorum concesserint: puto tam *id rarius factum*. Si tamen id aliquando contigit, evidens est quomodo multi multorum fere annorum myriadibus indigeant.

*Moguntiæ 1614. apud Ioan. Albinum.*

*Æneas Silvius, Pius* II. de Indulgentijs ad Martinum Mayerum ita scripsit p. 686. Quid obsecro est quod obijci Indulgentis queat? Nam quo pacto injuriosum esse contendat, quod voluntarium est? Si quis, inquit Pontifex, in expeditionem contra Turcas faciendam, quatuor æra sexve contulerit, remissionem peccatorum plenariam consequitur, quid mali est? Cœlũ pijs mortalibus aperit, ad salutem vocat, ad opera misericordiæ invitat, neminem cogit, nulli minatur, spontanea contributio petitur, & maximam ob causam. Nam quid majus esse potest, quam contra Turcas religioni Christianæ tutelam quærere? illos in armis videmus & in dies per Græciam & viciniores regiones gentem nostram urgere, & negabimus Indulgentias esse concedendas? Non vis cœlum ascendere mane in terra, in limo, in cœno te voluta: nec est justus, nec verus Christi cultor, non habet zelum secundum fidem, non sapit, quæ Dei sunt, qui has Indulgentias impedire nititur, nec Indulgentias illas quisq; rectè reprehenderit, quæ pro tutela Insulæ Cypri concessæ fuerunt.

Quæ autem & quales fuerint nundinationes Indulgentiarum Romanensium, excertè *Franciscus Guicciardinus* in Leone X libr. 13. pag. 493 verbis sequentibus testatur. Ut autem hæc in Germania denuò excitarentur, occasionem dederat Pontificatus autoritas, qua Leo nimis licenter utebatur, qui in ijs, quas indulgentias vocat, quæ à Pontificibus in sacerdotijs, & alijs sacris rebus concedi solent, Laurentij Puccij,

Quatuor Sanctorum Cardinalis Concilium secutus, nullo tempore & locorum habito delectu, per universum orbem amplissima privilegia, quibus non modò vivis delictorum veniam consequendi, *sed & defunctorum animas* ejus ignis, in quo delicta expiari dicuntur, pœnis eximendi facultatem pollicebatur, promulgarat: quæ quia pecuniæ tantum à mortalibus extorquendæ gratia concedi notum erat, & à quæstoribus huic negotio præfectis impudenter administrabantur, magnam plerisq; in locis indignationem offensionemque concitarant, & præsertim in Germania, ubi à multis ex ejus ministris hujusmodi mortuos pœnis liberandi facultas *parvo pretio vendi*, vel in cauponum tabernis aleæ subjici cernebantur: quam indignationem auxit, quod Pontifex, qui ob naturæ suæ facilitatem, multis in rebus, parva cum majestate, pontificio munere fungebatur, multarum Germaniæ partium, ex hujusmodi venia exactionum emolumentum *Magdalenæ* sorori suæ dono dederat, quæ cum Aremboldum Episcopum ejus muneris, quod per summam avaritiam & extorsionem exercebat, dignum ministrum huic exactioni præfecisset, & per totam Germaniam eam pecuniam, quæ extorqueretur, non ad Pontificem sacrumvé ærarium, unde fortasse ut aliqua ejus pars in bonos usus converteretur, fieri potuisset deferri, *sed ad mulieris cupiditatem explendam* destinatam esse, fama loqueretur, non modò eam exactionem & ministros, ad eam delegatos, verùm etiam ejus, qui tam inconsultè ea concedebat, nomen autoritatemque detestandam reddiderat: qua occasione ampla Lutherus hæc contemnere, & in his Pontificis autoritatem accusare, cumque in hac causa populorum auribus grata, magnus auditorum numerus accurreret, Pontificis autoritatem indies magis apertè convellere cæpit.

*In Firenze 1561.* *Italica* Historici verba ita sonant pag. 1041. A suscitargli nuovamente in Germania haveva data occasione l' autorita della sedia Apostolica, usata troppo licentiosamente da Lione, il quale segvitando nelle gratie, che sopra le cose spirituali & beneficiali concede la Corte il consiglio di Lorenzo Pucci Cardinale di santi Quatro, haveva sparso per tutto il mondo sensa distintione di tempi & di luogi, indulgentie amplissime, non sola mente per potere giovare con esse à qua gli, cho anchora sono nella vita præsente, ma con facultà di potere oltre à questo liberare l' anime de defunti dalle pene dell' purgatorio le quali per che era notorio che si concedevano solamente per estorquere danari da gli huomini,

huomini,& essendo esercitare impudimente da Commessarii deputati à questa esattione, la piu parte del quali comperava dalla corte la facultà di esser citarle haveva concitato in molti luoghi indegnatione, & scandalo assai, & specialmente nella Germania, dove à molti de ministri erano, veduti vendere per poco prezzo, o giuscarsi insule taverne la facultà del deliberare l' anime de morti dal purgatorio. Et accrebe che il Pontefice il quale per la facilità della natura sua, esercitava in molte cose con poca maestà l' ufficio Pontificale, donò à Maddalena sua sorella lo emolumento, & l' esattione delle Indulgentie di molte parti di Germania, la quale havendo fatto deputare Commessario il Vescopo Aremboldo ministro degno di questa commessione, che l' esercitava con grande avaritia & estorsione, & sapendosi per tutta la Germania che i danari, che se ne cabano non andavano al Pontefice, & alla Camera Apostolica donde pure sarebbe forse stato possibile. Che qual che parte sene fasse all' avaritia d' una donna, haveva fatto detestabile non solo l' esattione, & i ministri di quella, ma il nome ancora, & l' autorità di chi tanto inconsultamente concedeva: la quale occasione havendo presa il Lutero, & havendo comminciato à disprezzare queste concessioni, & à tessare in queste l' autorità del Pontifice, multiplicando gli in causa favore vole agl' orecchi de popoli numero grande d' auditori, cominciò ogni di piu scopertamente a negare l' autorità del Pontifice,

*Paulus Iovius* l.20.p.5. In eo conventu *Martino* licuit superbè atq; arroganter declamanti recitare causas, cur jure Christiano à Pontificis censura discedendum judicaret, vel ob id præsertim, quod avarissimi è Romana aula in provincias emissarii, defunctorum animas in Purgatorii flammas, criminum pœnas dantes, pretio venditato, Pontificis clementia se eruturos profiterentur.

In quella Dieta fu licito à Martino predicando con arroganza, & con molta superbia recitur le cagioni, per che egli giudicava, che di ragion cristiana si potesse partir dalla censura del Papa, & specialmente per questo, che avarissimi Commessarii mandati dalla corte di Roma nelle provincie confidando l' anime de morti in pena de lor peccati alle fiamme del purgatorio, facevario professione poi di volerle cavare, vendendo à prezzo l' indulgenze del Papa.

Porrò quid *Germania* ante tempora D. Lutheri de *Indulgentiis* senserit, audiamus D. Johannem Geilerum, den Kaysersberger/ ita scribentem

bentem im Narren-Schiff/ die 103. Schaar/ von falschen Narren/ pag.200.b.

## Von falsch Trucker-Narren.

Das seyn die falsche Doctores und Glossierer deß Erdkreyses. sie bereiten jhm den Weg/wann er wird der allergröst Fälscher und Betrieger seyn/wann er kommen wird/so wird er denen Leut viel Frewden/ und ist zu glauben/ daß er nicht ferr sey/ umb deren Zeichen willen/ die wir vor uns sehen/das ist Vülle der Bücher: Das ander/ Vülle der Doctorn: Das dritt ist Vberfluß deß Ablaß. Diese drey sind alle verschmächt und veracht/als wir wol sehen/und mich bedünckt/es sey ein Zeichen deß Ends deß Christen-Glaubens. Nimm nur ein Exempel an einem Liecht/wann es schier außgebrannt ist / so leuchtet es und flackert am klärsten: Also an dem End der Christenheit/ so gibt man allermeist Gnaden auß/die da geschehen in dem Ablaß/ das mehr und reichlicher dise Jahr geben ist/dann vorhin nie/ also von Büchern/ also von Künsten auch.

## Von dem Ablaß.1498.

Du sprichst/so du deß Ablaß gedenckest/ so sag uns etwas darvon/du hast uns auch vormals verheissen/ du wöllest einmal von dem Ablaß etwas sagen. Jch will dir sagen/als viel ich weiß. Jch hab ein getruckten Brieff gelesen/ein Abgeschrifft von einer Bullen/da stund in Auffhebung alles vollkommenen Ablaß/ wem der geben wer / es wer Stätten/Kirchen oder Personen/deßgleichen wer auffgelangt Gewalt und Gnad/die da stünden in den Brieffen Beatissime Pater, und wird denen gebotten von dem jetzigen Bapst Alexandro, den Prælaten/ daß sie die Ding sollen lassen verkünden/ da hab ich gehört von dem Weyh-Bischoff von Würtzburg/ daß er zu Rom erworben hab etlichen Personen von dem Bapst/daß jhr Ablaß kräfftig were/ wie vor/ wie viel das glauben hat/da sehen die Prælaten zu: Durch meine Wort / die ich hie red/will ich dem Ablaß nichts geben/ noch nichts nemmen. Aber mich dunckt/es wer noth/daß man darzu thät / daß das Volck wüst wie es dran were. Es wer gut daß man einen eygnen Botten zu dem Bapst schicket/zu erkunden/ ob es seiner Heiligkeit Meynung were / daß die Menschen/die die weil sterben/ solten solcher Gnad Bürg seyn ohn jhr Gut und verdienen/ und wie man der Ergernüß entgegen gieng / und

die

die geweige die viel Wort von den Dingen sagen/von dem Bapst übel zu reden.

Item zu dem ersten/so were es ein Betrug/ wann sie hetten den Ablaß nicht / darumb sie Gelt außgeben / und man jhnen das Gelt nicht widerumb gibt. Zu dem andern/so stehet in der Bull daß es geschehe umb der Seelen Nutz und Heyl willen/so es doch gar zu grossem Schaden der Seelen: wann sie Ablaß hetten/so fahren sie von Mund auff in Himmel / so sie sonst ein hart Fegfewr müssen leiden. Zu dem dritten so stehet in der Bull daß das geschehe umb deß Jubel-Jahrs willen / daß man desto eher gen Rom ziehe. Das ist nicht für die arme Leut und andere/die nimmer willens haben gen Rom / und die die weil sterben. Zu dem vierten wie der Bapst nicht Gewalt hat Ablaß zu geben / ohne ehrliche/rechte Vrsach/ wann Gott sonst den nicht besiglet: Also möcht man sagen/ daß er ohne rechte Vrsach geben Ablaß nicht wider mag nemmen oder uffhencken/weil also ohn Zahl / die man den S. zu Rom nicht möcht zulegen/die sonst auch kein gut Gemüt zu jhm hetten als sie dann auch thun/darumb umb Irrungen und zu Ruh der Gewissen der frommen Christen/were gut/daß man ein Erklärung het dieser Dingen.

V. Prisca Romana Ecclesia statuit, Deum in sua præscientia respectum habuisse ad fidem in Christum.

Nova Romana hoc negat.

Ergò nova non est prisca.

Propositionem stabiliunt sequentes Patres, quorum primus Ambrosius tom. 3. in cap. 9. ad Romanos p. 300. Ei misericordiam dabo, quem *præscivi* post errorem recto corde reversurum ad me.

In cap. 11. p. 308. Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit. Hoc est quod dixit Salvator Joh. 17. Pater, quos dedisti mihi, custodivi, & nemo ex his periit, nisi filius perditionis: ita & hi, quos *præscivit Deus credituros*, nemo ex his à promissione repulsus est. In c. 8. ad Rom. p. 297. Vult intelligere non omnes, qui filii sunt Abrahæ, esse dignos, ut filii promissionis sint, id est, *quos præscivit Deus* promissionem suam *suscepturos*, sive ex Judæis, sive ex gentibus.

2. Secundus est Augustinus tom. 9. tractatu in Johan. 42. p. 216. Sed quomodo præsciverat, qui fuerant *credituri*, ipsos dixit ex Deo, quomodo regenerationis adoptione renascerentur ex Deo.

Idem tom.7.epiſtola Hilarii ad Auguſtinum p.838. Non quidem Deus elegit opera, quæ ipſe largitur, cum dat Spiritum Sanctum, ut per charitatem bona operemur, ſed tamen eligit fidem, quia niſi quis credat, & in accipiendi voluntate permaneat, non accipit donum Dei, id eſt Spiritum Sanctum.

3. Tertius Hieronymus tom.4. ſuper verba Rom 8. (his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt) p.285. Secundum quod (propoſitum) *ſola fide ſalvare, quos præſciverat credituros*, & quos gratis vocavit ad ſalutem, multò magis glorificabit ad ſalutem operantes.

Idem ſuper verba Rom.11. Non repulit Deus populum ſuum, quem præcognovit: illam plebem non repulit, *quam præſcivit credituram*.

4. Quartus Fulgentius l.1.ad Monimum c.24. p.94. Prædeſtinavit ad regnum, quos ad ſe *præſcivit* miſericordiæ prævenientis auxilio *redituros*, & in ſe miſericordiæ ſubſequentis auxilio eſſe *manſuros*.

Aſſumtionem probat M. Antonius de Dominis l. 7. c.11. p.241. In Deo nullum aliud motivum ponit, niſi puram & nudam ipſius benignitatem ac ſimplex beneplacitum, quo ex maſſa perditionis præviſo lapſu naturæ humanæ in Adam ſtatuerit miſericorditer eripere certum numerum ſalvandorum, videlicet tales & tales, quos naſcituros prævidebat, reliquos verò in maſſa damnata relinquere.

Altera opinio eſt, Deum ex præviſione voluntariæ fidei & finalis juſtitiæ, eos omnes prædeſtinare, quos prævidit bene ſua gratia uſuros, & credituros, & cum Chriſto vera fide conjunctos, vitam finituros.

Pag. 286. Hæc fuit communis in Eccleſia opinio, ante Auguſtinum.

Idem l.7.c.10.p.195. Prædeſtinatio gratuita & efficacia gratiæ, cui ſoli debeatur determinatio humanæ voluntatis ad bonum ſpirituale, & non libertate arbitrii primus Auguſtinus cepit docere: antiquiores verò prædeſtinationem dixerunt eſſe ex præviſa fide & operibus cujusque, & noſtrum velle ex nobis eſſe, ex gratia verò noſtrum operari.

P. 196. Auguſtinus in diſputatione de gratia & libero arbitrio, & de prædeſtinatione *à Patribus antiquis omnibus receſſit*, ſed non propterea Bellarminus Auguſtini in his doctrinam arguit falſitatis.

Cap.11.p.242. Olim tempore Auguſtini Eccleſiæ plurimæ ex præ-

viſis

visis operibus sententiæ, adversus novam tunc Augustini sententiam incitatæ; Nunc verò res inversa est, & Augustini nova sententia, contra olim communnem Ecclesiæ sententiam insurgit.

Pag. 241. Patres Dominicani Patrem Molinam & totam societatem Jesuitarum pro illo, ne ejus doctrina damnaretur, pugnantem, Romanam Curiam, totumque ferè Orbem concitarunt, ut Augustini sententiam tuerentur, inter ipsos Thomistas commmunem.

Audiamus de sententia Augustini Hieronymum Osorium, qui de Justitia l. 9. p. 125. b. ita commentatur: Ut à Clemente & Origene & Eusebio ad Hieronymum usque pervenias, aut ut verius dicam, ab Apostolorum temporibus ad Augustinum usque, seriem hominum clarissimorum oratione recenseas, *Omnes* videbis in hac sententia fuisse, ut Deus ab æterno tempore, secundum quod noverat eventurum, id quod erat in hominum potestate relinquendum: ita de singulis hominum personis statuisse: verbi gratia prævidit Judam esse Christum proditurum, & idcircò Judam multò antequam nasceretur, improbavit, & exitio sempiterno destinavit. Similiter prospexit in Petro fidem, ob quam illi misericordiam retribuere à tempore sempiterno constituit. In hac eadem sententia fuit Augustinus, ut illius scripta declarant: sed aliquando tandem *à reliquis omnibus, atque à seipso descessit.* Cum esset illi cum Pelagio acre certamen institutum, qui hominum meritis tantum tribuebat, ut vix ullum gratiæ divinæ locum relinqueret: veritus est, ne, si fateretur prænotionem rerum futurarum judiciis divinis causam attulisse, cogeretur fateri, prævisa merita causam divinæ clementiæ dedisse. Ut igitur id vitaret incommodum, hæc *invertit*, ut diceret, non quia fidelis erat futurus Petrus, electū fuisse, sed ideò fidelē fuisse, quia fuit electus. Unde sequitur Judam, verbi gratia, non ex æterno tempore improbatum fuisse, quòd erat Christum nefariè proditurus: sed ideò Christum prodidisse, quia decreto divino fuerat improbatus. Et: in eo igitur perseverant, ut dicant, quia Judas improbatus fuit, ideò nefarium fuisse, non contra, quia nefarius erat futurus, antea improbatum fuisse.

Idem Hieronymus Osorius de justitia l. 9. p. 131. Quo in loco planè videmus, Deum in hominibus eligendis *fidem prævidisse*, in sceleratis autem perfidiam & arrogantiam, contumaciesque animi pervicaciam.

*D. Adam Tanner* tom. 1. Theologiæ Scholasticæ p. 856. Massilienses

de Augustini sententia pronunciarunt, quòd esset pietati parum consona, justitiæ & bonitati adversa, desperationis & desidiæ causa & altrix.

Imò Cathori num.25.adversus sententiam Augustini coacervasse argumenta, teste eodem Tannero Tom.1.Theol.Scholast. p.908.

*Martinus Becanus* Theol.Scholast.part.1.c.16.p.200. Res inquit, potest explicari exemplo familiari. Sint duo latrones, qui jussu Principis detineantur in carcere. Princeps alteri donet vitam, alterum ad supplicium damnet. Si nunc quæras ex Principe, quare hic moritur laqueo? respondebit, quia latro est. Si urgeas, quare alteri potius das vitam, quàm huic, cùm uterque sit latro? respondebit, *quia sic volo*. Atque hæc D. Augustini, Anselmi & D. Thomæ sententia.

*Antverp. 1596.*

*Cæsar Baronius* Annal.tom.6.ad annum Christi 490.p.445. refert, post S. Augustini obitum prodiisse quosdam, que ex ejus scriptis malè perceptis, cumplures errores, quos S. Augustini nomine & autoritate defendere conabantur, sed eos pro defensione ipsius S. Augustini agens S. Prosper validè confutavit. Dicebantur isti (ut Sigebertus anno 415. annotavit) hæresis Prædestinatorum sectatores: qui idcircò eo nomine vocabantur, quia de prædestinatione & divina gratia disputantes assererent, nec piè viventibus prodesse bonorum operum laborem, si à Deo ad damnationem præsciti essent: nec impiis obesse, etiamsi improbè viverent, si à Deo prædestinati fuissent ad vitam: qua assert n e boia bonis avocarentur operibus, & mali stabilirentur in malis: quæ quidem (ut diximus) ex scriptis S. Augustini malè perceptis, qui hujusmodi erant, se accepisse jactabant.

August. tom.7. de correptione & gratia c.14. Sed hic unum dicam, ita dictum est, omnes homines vult salvos fieri, ut intelligantur omnes prædestinati, quia omne genus hominum in eis est.

*Notetur Thomam Aquinatē in castra Calvini descendere.*

Thomas Aquinas Tom.2.fol.919. in 1. epist. ad Timoth. c.2. sect.1. pro voluntate beneplaciti exponi potest 4. modis. Uno modo, &c. Alio modo, &c. Alio modo ut sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum, id est nullum genus hominum excipit à salute, quia olim tantum Judæis, sed modo omnibus præbetur. Et hoc magis facit ad intentionem Apostoli.

Idem ad locum 1. Joh.2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, pro aliquibus efficaciter, sed pro omnibus sufficienter, quia pretiū sanguinis ejus est sufficiens ad salutem omnium, sed non habet efficaciam.

*Ieremias Drexelius* in æternitatis considerat. 2. p.10. Sanguis Christi

etiam

etiam recens fusus in Golgothæo monte, & ad satisfaciendum efficacissimus, ad damnatos tamen non pertigit.

Hinc D. Georgius Stengelius in disputatione de prædestinatione, Ingolstadij an. 1629. habita: Juxta S. Paulum, Deus vult omnes homines salvos fieri, adeoque sincero affectu vult, & desiderat omnium hominum salutem. Sed non vult hos voluntate absoluta, & efficaci, alioquin omnes reipsa salvi fierent. Ergò vult voluntate inefficaci & conditionata, adeò ut omnes homines salvos esse velit, *si ipsi velint*, scilicet bene monendo. Cùm ergò voluntas inefficax & conditionata nunquam fuit efficax & absoluta, nisi impleta suppositaq; conditione, sequitur, Deum nulli adulto gloriam efficaciter & absolutè dare voluisse, nisi suppositis ejus meritis, quæ futura prævidebat.

*c.7. thesi 61 fol. 66.*

Denique Adamus Tanner Calvinizans concludit tom. 1. Theol. Scholast. p. 757. Cur in particulari unus eligatur, alius reprobetur, ultimatè *ad solam Dei voluntatem & occulta ejus consilia ac judicia* revocat, Rom. 9. v. 11.

## ORATIO IV.

Tencteri Rheno discreta gens, referente Tacito Historiarum lib. 4. missis legatis, mandata apud Conciliũ Agrippinensium edi jubent, quæ ferocissimus è legatis in hunc modũ protulit: rediisse vos in corpus nomenq; Germaniæ, communibus Dijs, sed præcipuo Deorum Marti grates agimus, vobisq; gratulamur, quod tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem flumina ac terras & cœlum quodammodo ipsum clauserant Romani, ut colloquia congressusq; nostros arcerent, vel quod contumeliosius est, viris ad arma natis, inermes ac prope nudi sub custode & pretio coiremus.

*P. 187.*

Hæc *auditores*, veterum Romanorum Ethnicorum erat consuetudo, quam Romani Christiani novi æmulari videntur. Uti enim illi libertatem pollicebantur, ita & hi: & uti potestatem præ se ferebant, flumina, terras & cœlum ipsum claudendi: ita & hi bruto fulmine excommunicationis & persuasione clavis Petrinæ, cœlum claudere satagunt. Deniq; ut illi colloquia & congressus, ita & hi αὐτονομίαν libertatem Religionis tollunt. Evangelium persequuntur, ut inermes ac propè nudi in multis locis multi coeant.

Æquitate tamen, fide & constantia Ethnici Romani Christianis novis superiores sunt. Cùm enim Adgandestrii Principis Chattorum lectæ fuissent in senatu literæ, quibus mortem Arminij promittebat, si

*Tacit. lib. 2 pag. 295.*

parandę neci venenum mitteretur, reſponſum fuit, non fraude, neque occultis, ſed palam & armatum populum Roman. hoſtes ſuos ulciſci. Qua gloria æquabat ſe Tiberius priſcis Imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum regem vetuerant prodiderantq;.

Quinq; argumenta, quibus nova Roma venenum in Concilio Tridentino propinavit, priori oratione audivimus, ſequuntur reliqua: veſtrum eſt audire & judicare.

*Bellarm. de Euchar. l. 1. c. 11. p. 173. ſenſus eſt cõmunicatio panis conſecrati in cœna Domini nonne communicatio corporis Domini eſt?*

VI. Priſca Romana Eccleſia credidit cum Corinthiaca, panem conſecratum, non mutari in corpus Chriſti, ſed eſſe κοινωνίαν corporis Chriſti: vinum benedictum non mutari in ſanguinem Chriſti, ſed eſſe κοινωνίαν ſanguinis Chriſti.

Nova Romana hoc non credit, ſed μετουσίαν Transſubſtantiationem introducit.

Ergò nova Romana Eccleſia non eſt priſca.

Majorem propoſitionem ſtabilit Theodoretus, Dialogo I. cujus hæc ſunt verba: οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν ἀλλὰ τῇ φύσει τὴν χάριν προστεθεικώς. Chriſtus in ſacra Cœna, non quidem naturam mutans, ſed naturæ gratiam adjiciens.

Hic quæritur, an φύσις, natura, ſignificet tantùm accidentia panis, an verò ipſum quoq; panem? Ex antecedentibus & conſequentibus evinci poteſt, φύσιν panem quoq; conſecratum & φύσιν vinum benedictum ſeu conſecratum ſignificare.

In antecedentibus ita loquitur Theodoretus: in myſteriorum traditione corpus panem appellavit, & ſanguinem id, quod in calice infuſum & commixtum eſt. In unione Sacramentali, vel ut loquitur Theodoretus, commixtione ſacramentali, panis appellatur corpus Chriſti, & vinum ſanguis Chriſti.

Ad hæc, ſi Theodoretus dixiſſet, οὐ τὰ συμβεβηκότα μεταβαλὼν, ἀλλὰ τοῖς συμβεβηκόσι τὴν χάριν προστεθεικώς. Salvator accidentia non mutavit. Sed accidentibus gratiam adjecit ut totum negotium integrum eſſet. Verùm non de accidentibus, ſed de *natura*, de Symbolis, quæ non ſunt accidentia, eſt locutus.

Partes conſtituentes non ſunt accidentia.
Myſtica Symbola ſunt partes conſtituentes.
Ergò myſtica Symbola non ſunt accidentia.

Bre-

*Breviter.*

Natura non mutatur;
Symbolum panis est natura:
Ergò symbolum panis non mutatur.

Ex consequentibus. Uti in unione personali divina natura non in humanam mutata est: ita in unione sacramentali, panis non in corpus, nec vinum in sanguinem mutatur. Verba Orthodoxi sunt: non ergo hoc dicit, sed quod nostro suscepto maledicto nō permittit nos esse deinceps maledictos: ita enim hic carnem dicit ipsum factum esse, non mutata in carnem substantia, sed hac accepta, illa manente integra.

Dialogo 2. Orthodoxus aliud simile ferri igniti producit scribens: quomodo ergò non mutat ferri naturam summa unio, & quæ per totum procedit commixtio. Quemadmodum unio in Christo personalis, non mutat divinam in humanā naturam: ita unio sacramentalis Signa vel Symbola non mutat in corpus & sanguinem: Hæc sunt verba Orthodoxi. Si ergò divina mysteria corp⁹, quod verè est, repræsentant, ergò corpus etiamnum Domini quoque corpus est, non in naturam divinitatis mutatum, sed impletum divina gloria. Et paulò post: neque enim signa mystica post sanctificationem recedunt à sua natura, manent enim in priore substantia & figura & forma &c. Ex quo loco ita ratiocinor. Signa mystica non recedunt à sua natura.

Panis consecratus & vinum benedictum sunt signa mystica.

Ergò panis consecratus & vinum benedictum non recedunt à sua natura.

Præterea symbola manent in priore substantia.

Panis & vinum sunt symbola.

Ergò panis & vinum manent in priore substantia.

Insuper si Theodoretus dixisset, accidentia post sanctificationem non recedunt à sua natura, tum vicissent Pontificij: atqui non de accidentibus, verum de symbolis mysticis locutus est.

Amplius. Si φύσις notaret accidentia, tum ita loquendum fuisset Theodoreto: neque enim accidentia post sanctificationem recedunt ab accidentibus; manent enim in prioribus accidentibus & (figura & forma) accidentibus. Quis credat tantum Patrem ita locutum?

Et cur D. Paulus ēt post consecrationem appellavit panem, si revera nō est amplius panis. Taceo Transubstantiationem esse novū dogma, tem-

tempore D. Pauli inauditum, Evangelistis ignoratum, ab Innocentio III. in Concilio Lateranensi demum anno 1215. introductum.

Divus Irenæus expressis verbis docuit Eucharistiam duabus rebus constare, terrena & cœlesti. Impanationem naturalem & localem, qualem vos nostris Ecclesijs imputatis, non credimus, quia in scriptura non legimus.

VII. Prisca Romana Ecclesia credidit, Christum semel in ara crucis se obtulisse, & æternam redemptionem impetrasse.

Nova autem Romana hoc non credit.

Ergo nova Romana non est prisca.

Credit enim Christum etiam post suam in cœlos ascensionem Missam in terra celebrasse.

In Annalibus Deiparæ Matris Monasterij in Helvetia. Ord. S. Benedicti, autore Christophoro Hartmanno Friburgi Brisgoiæ an. 1612. editis hæc leguntur verba fol. 82. Descendit, inquit Conradus, Dominus de cœlis, casula violacea, ante altare, ad sacrum officium celebrandum, cui 4. Evangelistæ infulam capiti ejus imponentes, & more consueto deponentes. Angeli aurea thuribula deferebant, alis suis, ut ramis arborum flabant. Juxta Dominicum S. Gregorius flabellum in manu tenens. S. Petrus in manu tenens baculum pastoralem. S. verò Augustinus & Ambrosius stabant ante Dominum. Maria Virgo ante altare stabat, splendida sicut fulgur. Sanctus Michael præcantor erat. S. Stephanus legit epistolam. B. Laurentius Evangelium. Sanctus cantabatur sic. Sanctus Deus in aula gloriosæ Virginis, miserere nobis. Benedictus Mariæ filius, in æternum regnaturus, qui venit. Agnus Dei sic. Agnus Dei miserere vivorum in te credentium, miserere nobis. Agnus Dei miserere mortuorum, in te piè quiescentium, miserere nobis. Agnus Dei da pacem vivis & defunctis in te piè regnantibus. Dominus vobiscum. Respondebant Angeli: qui sedet super Cherubin & intuetur abyssos.

*Venetiis 1558. lib. 1. p. 42. p. 59. b*

*Liber* gratiæ spiritualis visionum & revelationum *B. Mechtildis* virginis devotissimæ. Eo tempore quo Canonici vicem Episcopi gerentes congregationem Monasterij sui pro quadam pecuniæ summa, graviter affligendo, à divinis suspendissent; in die assumtionis gloriosæ Virginis, cum hæc Dei famula nimio affligeretur dolore propter carentiam Dominici corporis, visum est ei quod Dominus abstergeret lachrymas ab oculis ejus, & manum ejus tenens diceret: hodie videbis mirabilia. Cum er-

gò

gò sacerdos ex more inciperet ad processionem responsoriũ: vidi speciosam sicut columbam, videbatur sibi, quod tota congregatio ordinaret se ad processionem, quam Dominus cum matre sua præcedebat, portans vexillum albi & rubei coloris. In albo erant rosæ aureæ, in rubeo argenteæ. Hæc processio facta est per ambitum claustri usq; in Chorum, & deinde ad altare. Tunc dominus præparabat se missam celebraturus, indutus casula rubea, & pontificali infula. S. Johannes Baptista lecturus erat epistolã, & hoc ideò, quia primus de gaudio virginis in utero exultavit. S. Johannes Evangelista lecturus erat Evangelium eò quod ipse custos erat virginis gloriosę. S. Joannes Baptista & S. Lucas Domino ad altare ministrabant, & S. Johannes Evangelista ministrabat beatissimæ Virgini, quæ stabat à dextra parte altaris, vestita indumentis solaris luminis, habens in capite Coronam omnibus lapidum pretiosorum generibus incomparabiliter adornatam. Omnibus autem sanctis, qui aderant, missam solenniter inchoantibus, gaudeamus omnes, B. Virgo ad altare processit, offerens Filio fibulam auream, tanquam crystallum purissimam, & inæstimabilib. geminis summoperè ornatam, quæ singulæ puritatem speculorum habebant ita, quod B. Virgo contemplabatur omnes virtutes suas in eis. Hæc fibula texit totum corpus Dominicum velut clypeus. & B. Virgo in illa velut in speculo se videbat. Tunc Missam prosequentibus usque ad ultimum Kyrie eleison, Dominus altissima voce imposuit, Gloria in excelsis Deo, dicens: de gaudio cordis mei omnib⁹ vobis propino gloriam. Ad offertorium autem eæ, quæ B. Virgini specialia impenderunt obsequia, accedentes ad altare obtulerunt annulos aureos, quos Dominus suscipiens, digitis suis imposuit. Et cum præfationem ipse summus sacerdos & Pontifex decantasset usque ad illud: cum quibus & nostras voces ut admitti jubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes, dixit ad sanctos cantate omnes & psallite: qui omnes cantabant. Sanctus, Sanctus, Sanctus, inter omnes & super omnes Beatissima Virgo dulcissimum dabat sonum, quo præ omnium Sanctorum vocibus, vox ejus specialiter agnoscebatur. Instante autem hora sacratissima, qua elevanda erat hostia salutaris, visus est Dominus elevare hostiam, quasi in aurea pixide inclusam & sindone velatam, per quod significabatur, quod hoc sacramentum omni humano sive angelico intellectui est absconditum. Dicto, Pax Domini, posita est ibi mensa, ad quam Dominus se ponebat, juxta quam mater ejus sedebat, congregatio autem tota ad mensam illam ac-

cedens, unaquæque persona sub brachio beatissimæ Virginis quasi geniculando accepit Dominicum corpus de manu Domini. Et beatissima Virgo craterem aureum, cum fistula aurea ad latus Domini tenebat, per quam sugebant omnes liquorem illum dulcissimum, qui de pectore Domini emanabat. Finita Missa benedictionem dabat Dominus manu sua, in qua singuli digiti annulos aureos habebant, significantes desponsationem singularum Virginum sibi desponsatarum, qui annuli lapides rubeos habebant, per quod figurabatur, quod sangvis Christi specialiter ad Virginum pertinet ornatum.

VIII. Prisca Romana Ecclesia tentationes Satanæ, precibus novit superare, Rom. 15. v. 30. &c.

Romana Ecclesia hodierna tentationes Sathanæ non precibus, sed alijs modis superavit.

Ergo Romana Ecclesia non est prisca.

*S. Antonius* apud Rosweidum pag. 47. Una est ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis & animæ Dominum semper cogitantis jugis recordatio.

Minorem probat libellus, cujus titulus est *Speculum Vitæ Beati Francisci* & sociorum ejus excusum Venetijs 1504. 30. Januar. per Simonem de Luere pag. 110. b. Frater *Ruffinus* de nobilibus de *Assisio* socius Beati Francisci graviter à Dæmone de prædestinatione vexabatur in anima. Nam suggerebat cordi ejus hostis antiquus, quòd ipse non erat de prædestinatis ad vitam, & perderet quicquid in religione faceret. Propter hanc vexationem per multos dies durantem totus erat melancholicus effectus & tristis, & hanc suam pugnam Sancto Francisco verecundabatur dicere: nihilominus tamen orationes consuetas & abstinentias minime dimittebat. Sed hostis antiquus volens sibi tristitiam super tristitia addere, qua graviter vulneraverat servos Dei, ad pugnam interiorem addidit etiam exterius impugnare. Unde apparens ibi in specie crucifixi dixit: O Frater Ruffine, quare in orationibus & pœnitentia te affligis, cum non sis de prædestinatis ad vitam? Et hoc credas mihi, quia ego scio, quos elegerim, & non credas filio Petri Bernardonis, si contrarium tibi dixerit, nec ipsum interroges de ista materia,

quia

quia ipſe vel alius hoc ignorat. Sed ego, qui ſum DEI Filius, benè ſcio, & ideò credas mihi pro certo, quòd tu es de numero damnatorum: & frater Franciſcus & pater ejus eſt damnatus, & quicunq; ſequuntur eum, decipientur. Frater autem Rufinus erat ita obtenebratus à principe tenebrarum, quod jam fidem & amorem in S. Franciſco perdiderat, & ſibi dicere non curabat ſancto Patri, quòd frater Rufinus non dixit, Spiritus Dei revelavit. Unde ipſe pius Pater videns in Spiritu tantum dicti fratris periculum, miſit fratrem Maſſeum pro ipſo, ut ad eum omninò veniret. Nam frater Rufinus & S. Franciſcus ſtabant in loco montis Subaſii prope Aſſiſium. Frater autem Rufinus reſpondit fratri Maſſeo: Quid ego hinc habeo cum Franciſco? Et frater Maſſeus homo totus ſapientiæ Dei plenus clarè cognoſcens maligni hoſtis fallaciam, ait: O frater Rufine, neſcis tu, quòd Frater Franciſcus eſt ſicut angelus Dei, qui tot animas illuminavit in mundo, & à quo etiam nos tot divinæ gratiæ dona recepimus, unde ego volo, quòd tu omninò venias ad eum, quia ego clarè video, te à Diabolo deceptum. Statim autem frater Rufinus venit ad S. Franciſcum. Et S. Franciſcus cum videret eum à longè, cœpit clamare: O frater Rufine, captivelle, cui credidiſti! Et dixit totam per ordinem tentationem, quam habuerat intus & extra, & Sanctus Pater docuit eum, quod ille, qui prædicta ſibi ſuggeſſerat, erat Diabolus, & non Chriſtus, & ideo nullo modo ſuggeſtioni aſſentiret. Sed quando dicet tibi: tu es damnatus, & tu ſecurè reſpondeas: *Apri la Boca mete cacar*, hoc eſt, aperi os tuum, & faciam intus ſtercus. Et hoc tibi ſignum, quòd ipſe eſt Diabolus, quo dicto hoc verbo ſtatim fugiet. Adhuc etiam cognoſcere debes, ipſum fuiſſe Diabolum, quia cor tuum indurat ad omne bonum, quod eſt proprium ejus officium, ſed Chriſtus benedictus nunquam cor hominis fidelis induratimò dixit: auferam tibi cor lapideum, & dabo tibi cor carneum. Frater verò Rufinus cum ſanctus Franciſcus ita per ordinem dicebat tentationis ſeriem, quam intus & extra vexatus extiterat, fortiſſimè cœpit clamare, & adorans ſanctum Franciſcum, & culpam humiliter recognoſcens de hoc quod ab ipſo celaverat, ac totus confortatus in Domino per monita ſancti Patris, totus fuit mutatus in melius. Dixit autem ſanctus Franciſcus, vade fili, & confitearis, & orationis conſuetum ſtudium non dimittas, & ſcias pro certo quod hæc tentatio erit tibi in magnam utilitatem, & conſolationem, ſicut experieris in brevi. Frater autem Rufinus in

cellam ſuam ad adorandum in ſilva, & dum ſtaret cum lachrymis ad adorandum, ecce venit hoſtis antiquus in perſona Chriſti dicens: frater Rufine, nonne dixi tibi, quod tu filio Petri Bernardonis non crederes, quia damnatus es, & in orationib⁹ & lachrymis non labores. Quid enim prodeſt tibi, ſi dum vivis, affligeris; & dum moriens, damnaris? Et ſtatim frater Rufinus reſpondit, *apeti la boca mete cacar*. Tunc Diabolus indignatus receſſit cum tanta tempeſtate & commotione lapidum montis Subaſij, quod per magnum ſpatium fluxit lapidum multitudo, ubi adhuc apparet lapidum horrenda ruina. Nam per vallem dicti montis ſaxa ſe invicem collidendo ignem plurimum etiam emittebant. Unde ad tam terribilem ſtrepitum Sanctus Franciſcus & ſocij ejus admirantes extra dictum locum, ut novitatem aſpicerent, exierunt. Et Frater Rufinus manifeſtè advertit, quod ipſum hoſtis deceperat, unde ſecundo ad Sanctum Franciſcum redijt, & proſternens ſe ad terram iterum ſuam culpam dixit. Qui confortatus à ſanctiſſimo Patre totus pacificus remanſit. Et cum poſt hoc ſtatueret, cum multis lachrymis orans, ecce Chriſtus ſibi benedictus apparuit dicens: benefeciſti fili, quod credidiſti fratri Franciſco, quia ille, qui te contriſtaverat, fuit Diabolus: ego autem Chriſtus magiſter tuus; & de hoc te reddam certiſſimum, hoc ſit tibi ſignum, quod donec in hoc mundo eris, nunquam de cætero eris triſtis. Et benedixit Chriſtus fratrem Rufinum, & dimiſit eum in tanto gaudio & dulcedine ſpiritus & elevatione mentis, quod die noctuque erat abſorptus in Deum. Et confirmatus in hoc in tanta gratia & benedictione & ſecuritate ſalutis æternæ quod totus fuit in virum alterum renovatus, ad tantam etiam elationem mentis & orationis perſeverantiam fuit confirmatus, quod ſtetiſſet continuè per anni circulum die noctuque contemplando divina, ſi eum aliquid non impediiſſet. Unde dicebat Sanctus Franciſcus de eo, quod frater Rufinus erat, dum adhuc viveret, Canonizatus in cœlo à DOMINO JESU CHRISTO, & quod ipſe non dubitaret, in abſentia ſua dicere S. Rufinum adhuc exiſtentem in terra ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

IX. Priſca Romana Eccleſia ſtatuit valorem operum Chriſti eſſe ſufficientem ad ſatisfaciendum DEO pro peccatis totius generis humani.

Novæ

Nova Romana hoc negat. Ergò nova non eſt priſca Romana.

Audiatur Adamus Tanner Tom.4. Theolog. Scholaſt. pag.88. Prima ſententia negat valorem operum & ſatisfactionem Chriſti, ſecundum ſe fuiſſe æquivalentem, aut ſufficientem ad placandum Deum, ex Scoto, Gabriele, Durando, Medina & Michaele de Palatio, in 3. Sentent. diſt. 20. diſp. 2. aſſerente Chriſti mortem non expleviſſe Dei juſtitiam ad æquilibrem; ſed ſolùm expleviſſe ex magna condignitate.

Pag.92. Vaſquez rationem reddit, cur præter Chriſti meritum & ſatisfactionem, quantumvis copioſam, neceſſarium fuerit *etiam noſtrum meritum & ſatisfactio*. Quia meritum Chriſti hoc ſolùm nobis præſtare potuit, ut impetraret nobis gratiam: tamen non potuit nos *formaliter* dignos reddere gratia: hoc enim ſolum fit propter juſtitiam nobis inhærentem, & per bona opera, in ſtatu gratiæ facta. Eodem modo, quia verè & formaliter juſti eſſe non poſſumus per juſtitiam extrinſecam, ideò merito Chriſti addita nobis fuit *cooperatio noſtra*.

*Rutilius Benzonius* pag.203. imò addit Medina, magis infinitum eſſe peccatum hominis, quàm ſatisfactionem Chriſti.

Idem Tannerus Tom.1. Theol. Scholaſt. p.786. poſſe hominem dolere de peccatis propter Deum, ſuper omnia dilectum, ex propriis viribus, & hanc eſſe ultimam diſpoſitionem ad gratiã habitualem juſtificantem, & meritum ad illam, non quidem condignum, ſed congruum.

Tom.4. p.154. Contrarium ſcripſit: nihil obſtat, inquit, quo minus ſecundum abſolutam Dei potentiam, homo purus, peccati tamen expers, & in gratia conſtitutus, interveniente divina promiſſione, & ordinatione, *aliquo modo de condigno*, & ex juſtitia ſatisfacere potuiſſet pro peccatis aliorum, etiam totius humani generis.

Sotus, Vega, Suarez, Thomas, Paludanus Cajetanus.

Verumenim verò *Michael Bajus*, Decanus Lovanienſis (quique Concilio interfuit Tridentino.) apud Poſſevinum Apparat. Tom. 2. pag 439. amor naturalis, ait ex viribus naturæ exoritur, ex ſola Philoſophia per elationem præſumtionis humanæ, cum injuria crucis Chriſti defenditur à nonnullis Doctoribus.

X. Priſca Romana Eccleſia credidit, unicam eſſe viam in cœlum.
Nova Romana Eccleſia hoc non credit:
Ergo nova Romana Eccleſia non eſt priſca.

Probationem annecto: nova enim credit, nos facilius per S. Mariam Virginem in cœlum ascendere, quàm per Christum. Hoc patet, inquit Mariale Bernardini de Busti serm. 2. p. 492. exemplo, quod legitur in chronicis nostris, scilicet quòd quadam die S. Franciscus vidit duas *scalas*, unam rubeam, cui Christus innixus erat, & aliam albam, in qua Virgo erat. Et cum ad monita B. Francisci fratres Scalam rubeam ascendere conarentur, dum ire inciperent, retrò multi cadebant, & ascendere non poterant. De qua re S. Franciscus flendo dolebat: cui Christus dixit, fac ut fratres tui ad matrem meam currant, & ad scalam albam, atque *per eam ascendant*. Tunc B. Franciscus exclamare cœpit dicens: currite fratres ad scalam albam & ascendite *per eam*: quod facientes à B. Virgine læta facie suscipiebantur, & in cœlum cum facilitate ascendebant.

XI. Prisca Romana Ecclesia nunquam credidit, B. Virginem factam esse *omnipotentem*.

Nova Ecclesia credit B. Virginem esse factam omnipotentem.

Ergò nova Ecclesia Romana non est prisca.

Minor probatur ex Concionibus Germanicis *Quirini Rest*, quarum titulus, Rosengarten/ das ist 45. Catholische Predigten auff die fürnehmste Fest und Feyertäg deß gantzen Jahrs/ getruckt zu Ingolstatt durch David Sartorium anno 1585. fol. 367. in der 2. Predigt von der Himmelfahrt Mariæ. Wiewol sie einig ist/ verstehe durch sonderliche Gottseligkeit/ Lieb und Verhelffung/ so vermag sie doch alle Ding/ von welchem Allmächtigen sie allmächtig ist worden.

Præterea Augustæ anno 1627. excusus est libellus in 12. hoc titulo: Zinß- und Dienst-Büchlein der allerheiligsten und glorwürdigsten Jungfrawen und Himmels-Königin Mariæ/ darinn die kürtzeste und schöneste Andacht begriffen/ auch Form und Weis sich für ein ewig verkettete Sclavin zu profitirn, A. 4 b. Deren (Jungfraw Mariæ) nicht allein alle Creaturen und Geschöpff/ sondern der Schöpffer selbst unterworffen/ die Höll/ sampt derselbigen gantzen Macht das Fegfewr/ dan sie tröst die arme Seelen/ die Erd und alle Königreich der Kirchen/ für welche sie streitet/ das Meer/ die Lufft/ der Himmel/ die Heiligen/ die Engel/ ja mit einem Wort/ Gott der HERR selbst.

Ab hac opinione dissentit Bernhardus tom. 1. Domin. 1. post octavam

vam Epiphan.p.115. Multum hæc ſpecioſa ſponſo ſuo inferior genere, inferior ſpecie, inferior dignitatę.

Ab hac opinione diſſentit etiam *Ieremias Drexelius* Soc. Jeſu Sereniſſimo Electori Bojariæ à concionibus, in literis ad Eliam Ehingerum exaratis: candidè & ſincerè fateor (ſcribens) nec mihi, nec aliis, quibus oſtendi, hæc talia probari.

B. Maria eſt *Salvatrix* Nicolao Horio Rhemenſi litera d. 5.

*Laudibus exſuperas omnes puriſſima matres*
*Virgo: triumphantis mater honeſta ducis.*
*Quod genus audaci mortis depreſſerat Eva,*
*Ipſa tui fructu ventris in aſtra levas.*
*O Virgo immenſum memorari digna per orbem,*
Salvatrix *hominum perfugiumq; pium.*

Eidem Nicolao Horio B. Virgo eſt ſalutis noſtræ altera cauſa, c. 8. b.

*Quid feram Virgo generoſa tandem,*
*Mater es noſtri generis colenda*
*Plurimum, noſtræ quoniam ſalutis*
Altera cauſa.

Wer die Creatur höher dann den Schöpffer hält / und jhr gröſſte Ehr zulegt der thut nicht Gott/ſondern dem Geſchöpff den Preiß geben und heimtragen/ſchreibt S. Baſilius ſuper 28. Pſalm.

XII. Priſca Romana Eccleſia nullam imaginem coluit latriâ.

Nova Romana colit imaginem latriâ.

Ergò nova Romana non eſt priſca.

Majorem probat *Iodocus Damhouderius* in expoſitione Decalogi pag. 334. b. Certè Patriarchæ, Prophetæ, Chriſtus, Apoſtoli, Patres, Chriſtianam religionem, verumque Dei cultum abſque ullis ſimulachris, ſtatuis, aut imaginibus impleverunt.

Aſſumtionem ſuppeditat D. Tanner Theol. Schol. Tom. 3. p 1393. Pleriqque veteres Scholaſtici agentes ex inſtituto de cultu imaginum, docuerunt eas *ſimul ac eodem cultu* cum prototypo venerandas eſſe. Ita S. Thomas in 3. ſentent. Diſt. 9. q. 2. art. 2. Cajetanus, Albertus, Bonaventura, Richardus, Paludanus, Capreolus, Almain, Major, Marſilius, Turrecremata, Antonius, Hieronymus Angeſtus, Clichtoveus.

Oppoſi-

Oppoſitum autem ſentiunt Catharinus, Martinus Ajala, imagines non poſſe eodem cultu cum prototypo coli, ſed tantum aliquo minori.

Qui fovent errorẽ gentilium & vanitatem impiorum, illi non ſunt Chriſtiani Catholici.

Sed adorantes lignum crucis, fovent errorem gentilium, & vanitatem impiorum.

Ergò adorantes lignum crucis, non ſunt Chriſtiani Catholici.

Aſſumtio probatur ex Ambroſio tom. 5. in oratione funebri Theodoſii fol. 123. Helena Imperatrix invenit titulum: regem adoravit, *non lignum utique*: quia hic gentilis eſt error, & vanitas impiorum, ſed adoravit illum, qui pependit in ligno.

Henricus Cornelius Agrippa in defenſione propoſitionum L. I. b. Ipſe tuus Thomas, inquit, periculoſam illam opinionem ſuam, non dico de rerum creatarum neceſſitate, ſed de adoratione crucis & imaginum veneratione aliquando *revocavit*, ſi Capreolo creditur.

Bene multi ſunt, inquit Polydorus Virgilius de Inventoribus rerum l. 6. c. 13. p. 543. rudiores ſtupidioresque qui ſaxeas vel ligneas, marmoreas, æneas, ſeu in parietibus pictas, variisq; coloribus litas imagines colunt, non ut ſigna, ſed perinde quaſi ipſæ ſenſum aliquem habeant, & iis magis fidant, quàm Chriſto, vel aliis Divis, quibus dicatæ ſint.

*Lugduni 1553.* Idem Polydorus de Prodigiis l. 3. p. 253. Quanquam id humanæ potius fraudis opus fuit, quod memoria noſtra factum ſcimus. Ego enim vidi ſimulachrum *Deiparæ*, ejuſmodi lamentatione inſigne, quippe quod cujuſdam Monachi pecuniam ita corradentis artificio in annos ſingulos, Martio menſe lachrymabat, palmite vitis à tergo in foramen, quod ad imaginis oculos pertinebat inſerto: ſed dolo comperto, ſcelus autori fraudi fuit.

XIII. Priſca Romana Eccleſia homines per verbum Dei convertit.

Nova Romana non verbo Dei convertit, ſed aqua benedicta.

Ergò nova Romana non eſt priſca.

Aſſumtum legitur in orationibus 4. funebribus Martini Eiſengreinii, Ingolſtadii excuſis anno 1578. litera D. b.

Nam ſicuti, inquit Johannes Holonius, Soc. Jeſu Eloquentiæ Profeſſor, teſtem habeo graviſſimum, eò quandoque progreſſus eſt, ut occultè

occultè quibusdam hæreticis potum,aqua lustrali permistum hauriendum præbuerit. Ea siquidem spe tenebatur, futurum ut acerbissimus generis humani hostis pessimus Dæmon expelleretur, cujus isti mortalium omnium ærumnosissimi laqueis irretiti,divinarum humanarumque legum repagula perfringere machinãtur? Nec id frustra medicinæ genus adhibuit.

XIV. Prisca Romana Ecclesia nulla lupanaria erexit.

Nova Ecclesia Romana lupanaria erigit.

Ergò nova Ecclesia non est prisca Christiana.

Minorem confirmat Henricus Cornelius Agrippa de vanitate scientiarum cap.64.de Lenonia p.131.

*Lenones* fuerunt Pan Deus,atque Mercurius,ipse puer Cupido Leno fuit heros ille Ulysses, leno fuit legislator Lycurgus & sapiens ille Solon, qui prius lupanaria ædificavit,& meretriculas juventuti prostituit.Sed & recentioribus temporibus *Sixtus Pontifex, Romæ nobile admodum lupanar* extruxit. Imò fuit Imperator ille Heliogabalus,qui domi suæ meretricum cohortes aluit,amicisque & servis exhibuit. Jam verò etiam Reginarum cæterarumque Principum & Dominarum nonnunquam ea cura est, atque regum matres nonnunquam filiorum suorum lenæ sunt. Neque præterea optimates magistratusque id officii abhorrent,quippe Lenones olim fuerunt Corinthii,Ephesii,Abydeni,Cyprii,Babylonii & multi alii magistratus,qui in civitatibus suis lupanaria construunt foventque,nonnihil ex meretricio quæstu etiam ærario suo accumulantes emolumenti, quod quidem in Italia non est rarum, ubi etiam *ROMANA SCORTA* in singulas hebdomadas Julium pendunt Pontifici, qui census annuus nonnunquam *viginti mille ducatos* excedit,adeoque Ecclesiæ procerum id munus est,ut una cum Ecclesiarum proventibus, etiam lenociniorum numerent mercedem. Sic enim ego illos supputantes aliquando audivi: Habet, inquientes, ille duo beneficia,unum curatum aureorum viginti, alterum prioratum Ducatorum quadraginta,& tres putanas in bordello,quæ reddunt singulis hebdomadibus Julios viginti. Jam verò nihilominus Lenones sunt Episcopi illi & officiales, qui censum pro concubinatu à sacerdotibus quotannis extorquent, idque tam palam, ut apud plebem ipsam in proverbium abierit,illa eorum concubinaria exactio sive lenocinium, quod dicunt,habeat,vel non habeat,aureum solvet pro concubina,& habeat, si

velit. Sed in regno avaritiæ nihil turpitudini adſcribitur, quod lucrum pariat. Mitto tolerantiæ commentum quo certa pecunia Epiſcopis ſoluta, abſentis mariti uxor præter adulterii, ut dicunt, offenſam, alteri cohabitare permittitur. Quæ omnia tam manifeſta ſunt atque frequentia, ut neſcire cogamur, Epiſcoporum ne impudentia an plebis patientia hactenus fuerit ineptior, ut tandem opus fuerit Germaniæ Principibus inter cætera nationis illius *Gravamina* hæc quoque deferre, ex quibus, quæ hic ſilentio premuntur, elicere poteritis. Ejuſmodi itaque patronos habeat ars Lenonia, quique tueantur artem meretriciam, cui in hunc uſque diem (proh dolor) in Chriſtiana Repub. locus eſt: & in civitatibus publica theatra, immunitates & ſtipendia conceſſa ſunt, unica illa contra divinas leges atque ipſum Dei verbum humana ratiuncula, qua inquiunt, ut juventus, egeſto illic libidinis impetu, pejora conari deſiſtat. Tolle ajunt, è Repub. meretrices, cuncta ſtupris, inceſtis, adulteriis permiſcebuntur, nulla matrona integra remanebit, nulla vidua pudicitiæ incolumis perſiſtet, vix Virgines ac Veſtales inviolatæ ſervabuntur. Hinc tandem impoſſibile eſſe concludunt, Reipub. tranquillitatem ſine meretricibus poſſe conſiſtere, ſine quibus tamen populus Iſrael per tot ſecula continentiſſimè duravit, ſicut præcipit illis Deus: Non erit meretrix, neque ſcortator in filiis Iſrael.

*Adam Tanner to. 3. Theol. Schol. p. 1100. meretrices licitè retinere turpem mercedem.*

Libet etiam Italica adjicere.

Furono ruffiani il Dio Pan & Mercurio, & fanciullo Cupido, fu Ruffiano il Barone Uliſſe, fu ruffiano il legislator Licurgo: & quel ſavio Solone, che primo edificio luoghi publici dishoneſti, & provide alla gioventù di meretrici. Et nei tempi noſtro *Papa Siſto* fabricò in Roma nobiliſſimo chiaſſo: fu ruffiano Heliogabalo Imperatore, il quale manutenne in caſa ſua le mandrine delle putane, & nete copia à gli amici & ſervi ſuoi di queſta coſa hanno ſpeſſe volte le Reine, & l' altre Principeſſe & Signore, & le madri dei Re ſono alle volte ſtate ruffiane de ſuoi figlivoli. Oltre diciò Optmati & i Magiſtri non hanno punto à ſchi fo queſto ufficio, per che furono gia ruffiani i Corinthii, gli Epheſii, gli Abideni, i Cipriani, i Babilonii, & molti altri magiſtrati, li quali nolle città loro edificano & favoriſcono i chiaſſi, accreſcendo anco non piccola utilità alle entrate loro dal quadagno delle putane, il che s'uſa molto in Italia, dove le meretrici di Roma pagann ogni ſettimana un

giulio

giulio al Papa la quale entrata rende tal hora al Papa XXV millia ducati l' anno: & questo ufficio è talmente proprio del Prelati della chiesa, che insiome con l' entrate del benefici numerano anchora il prezzo delle ruffiani. Per che jogli ho udito tal hora far conto in questo modo dicendo cò lui ha due benefici, un curato di XX. ducati, un' altro priorato di ducati XL. & tre putane in bordello, che ogni settimana gli rendono XX giuli, sono non dimeno ruffiani anch' eglino quegli Vescovi, & ufficiali i quali cavano ogni anno entrata dui preti per le concubina, che tengono, & ciò cosi palesemente fanno, che non si vergognano puncto: che questa loro mercantia di femine, ô ruffiania, sta venuta, in proverbio appresso della plebe; la quale dice, habbia la se vuole. Ma nel regno dell' avaritia cosa alcuna nō s'ascivea vergogna la quale portarisca quadagnolo non porto d' una inventione di tolerantia per la quale pagando certa sēte senza colpa d' adulterio, come esse dicono, ha licentia di potere stare con un altro: le quali cose san tanto chiare & manifeste, che siamo s' forzati à non sapere, quale sia stata finqui più gosta è la la poca vergogna de i Vescovi, ò la patientia della plebe: di modo che sono stati sforzati i principi dell' Allemagna mettere queste anchora fra gli altri gravami di quella natione da i quali potrete molto ben comprendere anchora que gli altri, che si passano con silentio. Di si fatti difensori hedunque l' arte della ruffianie, la quale finò al di d' hoggi, ò compassion grande, ha loco nelle Republica Christiana & le sono stati concessi nelle città theatri publici, privilegi & provisioni, con una sola assai debile ragione humana contra le leggi divine & la parola di Dio overo più tosto inventione che serve alla ruffiania: con la quale dicono, che questo si sopporta accio che la gioventu sua porando quivi il furore della lussuria, si rimagna di tentare cose peggiori. Essi dicono, rimovi le meretrici de la Republica, ogni loco s' eispiera di stupi d' incesti et d' adulterii: non vi rimarrà donna maritata alcuna casta, nessuna vedova ci sarà di salva honestà, le donzelle, & le monache à fatica sara uno secure: in somma per questo concludano che' impossibile è la Republica poter stare in piè di senza meretrici, senza le quali però il popolo d' Israel cōstantissima mente per tanti secoli si mantenne, si come comando loro Iddio, non sia meretrice, ne ruffiano nei figliovoli d' Israel.

# De Lupanaribus.

CLaudius Espencæus de Continentia l.3.c.4.p.242.243. Illud autem sua etiamnum tempestate Bononiæ, quantum unaquæque concubitu mereret, in Italia observatum illic notat Beroaldus & ipse Bononiensis, ut prostitutæ meretrices tributum menstruum magistratibus, qui vulgò præfecti bulletarum dicuntur, solvant, Romæ verò, hoc est in totius Christianismi Metropoli, quid adhuc hac in re factum aut non factum.

Anno 1538. Paulo III. delecti pro emendanda Ecclesia Reverendissimi Cardinales aliique viri graves, hic inter alia consuluerunt corrigendum & hunc turpem abusum, quo illic meretrices & matronæ incedunt, aut mula vehuntur, affectantibus eas de media die nobilibus familiaribusque Cardinalium atque Clericis, habitant etiam insignes ædes.

Nulla in urbe hanc ajunt corruptionem vidimus, præterquam in hac, omnium exemplari, & hanc tamen turpitudinem, corruptelam, ne ille quidem ex consiliariis tum unus Paulus, postea IV. substulit, quòd, ut mihi bene sum conscius, eo quo me colloquio dignatus est, qua potui ac debui modestia, privatim suaseram. Mirum certè tales tantosque viros consuluisse, minuendum modò scortorum fastum ac luxum, non etiam ea semel ejicienda. An verò propter tam multos ibi cælibes necessariò retinenda? O rem horrendam! Mihi sanè sic eos sensisse dicere religio sit. Nos Gallos stolidos scilicet ac simplices (sic enim nos illi vocant, homines scilicet subtiles & sapientes) non posse non graviter offendi tot mille luparum in iisdem muris, una in urbe, sub eodem propè (quòd ajunt) tecto, quotidiano conspectu, ac velimus nolimus occursu. Non enim jam ut olim sub mœnibus habitant, aut sub Meniariis Circensibus Martiali, ob id submœnianæ aut summœnianæ dictæ l.1.3.epig.91. 40.62.

Quærit item Fabius l.7.c.4. An in lupanari cum aliena deprehensus, adulter sit, non quæsiturus nisi certo tum loco fuissent diversatæ: sic Romani quamlibet Ethnici: Nunc verò sub Christi vicariis & Petri successoribus, ut alius quidam cecinit.

*- - - urbs est jam tota lupanar,*
*Mater & Æneæ regnat in urbe sui.*

Quodq; in Solone Plutarchus scribit, Athenienses mitib' nominibus urbanè

urbane imminuendo rerum atrocitatem mitigaſſe, meretricis hæteras, ſocias, amicas nuncupantes: ita Romanenſes ſua nundinalia pudoris propudia *Curtiſanas* appellant. O Italicum acumen! Idem l. 6. c. 12. p. 809. Quid dicturus aut facturus hic ſanctus Pater, ſi in ſua urbe nunc videret tot ſcorta, bona ex parte holoſerica, plura certè quam in ulla unquam poſt homines natos urbe.

*Abbas Ioachimus* ſuper Jeremiæ Prophetæ c. 8. p. 18. b. Doctores moderni Eccleſiæ Petri, quæ eſt Romæ longè latèque diffuſæ, magis polluunt ſuis inſanijs, quam inſtruunt. *Venetijs 1525.*

Super c. 20. p. 46. Alemannorum Imperium ſemper extitit noſtris durum, dirum & mirum: durum in jugo, dirum in virga, mirum in ſceptro.

Neceſſe eſt ut in gladio ſpiritus & furoris Dominus illud evertat, ut ad ſonitum ruinæ ejus, paveant omnes reges.

Cap 21. p. 46. b. Sed valde timeo, ne non reducat Dominus aquas maris, & Romanum Imperium pateat regibus Orientis. Et Romani & Latini Pontifices diſſipant ſedem Imperij, & prorſus diſſipare contendent.

In cap. 22. p. 49. b. viri *Evangelici* ſuſcitando in toto orbe, quorum doctrina adeò patens erit & libera, ut qui ſitit, vadat & bibat ſine pretio in ablutione peccatoris, id eſt, populi Chriſtiani, & menſtruatæ matris Eccleſiæ.

Super c. 23. p. 52. Ideò timendum, ne Græcorum Eccleſia deſtruatur in proximo, & ſecundariò *Latina* in ſpiritu Domini ſubvertatur.

Super cap. 34. p 58. b. Sub Alemannorum fluctibus libertas & licentia expirabit Pontificum Romanorum.

Idem Abbas in Apocal. p. 194. (meritricem magnam) dixerunt Patres Catholici eſſe Romam.

ROBERTUS CÆNALIS Epiſcopus Arboricenſis in Gallica hiſtoria pag. 30. *Pariſiis 1557.*

*Quid ſit Roma petis? Caput Orbis & ampla vorago,*
*Nummorum atque hominum qua licet omne nefas.*
*Exulibus portus brevis, Orbis falſa voluptas,*
*Fortunæ ludus, præcipitanſque rota.*
*Perpetuus ſcortis thalamus, tumuluſque piorum,*
*Omnibus eſt mater, ſola noverca bonis.*

Qq 3 Enne-

*Eumenidum latebræ, stultorum curia, cunctis*
*Hospita, sed nulli non peregrina loco.*
*Est vitijs stimulus, virtutum pallida imago,*
*Curarum pelagus, semisepulta quies.*
*Quam Venus atque aurum, fraus & fortuna gubernat,*
*Dat mala pauperibus, dat bona divitibus.*

## MANTISSA.

Judæorum Messias ( qualem illi fingunt ) nunquam est revera venturus.

Papistarum Antichristus est Judæorum Messias.

Ergò Papistarum Antichristus nunquam est revera venturus.

Major probatur: fingunt enim Pontificij: uti Christus est verus DEUS, & verus homo: ita fore Antichristum (Judæorum Messiam) verum hominem & verum Diabolum, id est, incarnatum Diabolum ex Egesippo, ex tribu Dan, ex Judæa corrupta de incubo oriturum, templum tertium Hierosolymitanum reædificaturum, & omnium qui unquam fuerunt eruntve Regum Imperatorumque potentissimum, ditissimum, universum Orbem sibi subjecturum Blosius Viegas in Apocal. 13. sect. 10. p. 709.

Minor est apud Leonh. Lessium fol. 26. de Antichristo Antichristus cum venerit, recipietur à Judæis pro Messia.

VII. Catholische Predigten bey gemeinen Processionen F. Michaëlis Anisij Franciscan. getruckt zu München an. 1599 p. 30. Es werdet nach hingerichtem Antichrist die gantze Welt von einem Weib regiret werden. Orac. Sibyll. l. 3.

*Fœmineis suberit manibus tunc temporis orbis*
*Imperij patiens muliebris in omnibus ultro*
*Cum viduam totus Dominam venerabitur orbis,*
*Illaque divinum in mare projectarit opum vim,*
*Arma caducorumq; hominum submerserit alto*
*Tunc mundum fugient viduumque elementa relinquent.*

De

# De Modo utiliter conferendi cum diversæ Religionis hominibus.

*Adam Contzen*.Polit.lib.9.cap.32.pag.796. Nihil cum hæreticis vel in politia vel religione agi poteſt, cum omnis familiaritas, omnis collocutio non minus periculi habeat, quàm ſi cum ſcorpio, vipera, regulo converſeris.

**D. Luthers Hanßpoſtill in der 3. Predigt vom Leyden Chriſti**. pag.130.b. Diſputiren können vnd wöllen ſie nicht/man laſſe dann jhre Doctores vnd deß Bapſts Decret ſo viel gelten / als das Wort GOttes.

*Tertullianus* contra Harmogenem pag.342. *Hæreticorum Patriarchæ*, Philoſophi. Studio & opera *Æliæ Ehingeri Auguſtani*.

VEra diſputandi ratio conſiſtit partim in materia, partim in forma. In materia diſputandi illud Ariſtotelis obſervandum, quod Topicorum lib.1.cap.11.reliquit: neque verò inquit, omne propoſitum aut omnem quæſtionem nobis ad diſputandum proponere debemus, ſed de qua dubitet aliquis eorum, qui rationem deſiderent, non pœnam mereantur, aut ſenſu careant. Obſervate mihi quæſo diligenter hanc ſententiam, eſt enim maximum in ea momentum ad id probandum quod inſtituo. Cùm dixiſſet Ariſtoteles, non omnem quæſtionem eſſe nobis proponendam, adjungit exempli gratia: nam & qui quærunt, ſint ne Dij colendi, & parentes amandi, merentur pœnam, & qui vocant in controverſiam, an nix ſit alba? deſtituuntur ſenſu. Præterea principia ſunt ἀναπόδεικτα, indemonſtrabilia, priora, notiora, cauſa carentia. Ad materiam ſacram referenda illa diſputatio, à Johanne Gobellino deſcripta, 1584. & Romæ, præſide Pio II. Pontifice Maximo habita. Apud Brixiam Ciſalpinæ Galliæ civitatem, Jacobus Marchianus, Ordinis minorum profeſſor, Divi Bernhardi Senenſis quondã ſocius, verbi Dei prædicator in populis acceptus, ætate jam decrepita, in die S. Paſchæ cum ſermonem pro ſua conſuetudine haberet ad plebem, ut eſt communis eorum error, qui declamatoriè in Eccleſijs verba faciunt ad oſtentationẽ doctrinæ, pleraq; dixit quę fuerant utili' intacta demiſiſſe. Inter cætera pretioſum Chriſti ſãgvinẽ in triduo paſſionis, dũ jacuit in terra ſparſus, indignũ fuiſſe latriæ cul-

1. De materia diſputandi.

cultu asseveravit, quoniam fusus, & à corpore Dominico separatus, Hypostaticam verbi unionem protinus amisisset. Publicatus sermo ad aures Inquisitionis hæreticæ pravitatis ordinis Prædicatorum pervenit, qui zelo fidei tactus, illicò damnavit hæresin prædicatam, mandavitque Jacobo, ut revocaret errorem, nisi quamprimum pareret responsuro de fide, diem dixit, & nihilominus unum ex confratribus in sermone, qui post meridiem habitus est, contrariam sententiam divulgare jussit. Anno 1463. convenêre frequentes Romæ in festo natalis Domini anni 1463. cum jam Pius ex Tuscia rediisset, vocantur in Apostolico Palatio Cardinales, Episcopi, ac divini & humani Juris Doctores, quorum maximus aderat in Curia numerus, jubentur Prædicatores ac Minores bis ternos eligere, qui semel congredientes in utramque partem quæstionis articulum disputantes invertant, paritum est. Inter Prædicatores præcipuæ disputandi partes Gabrieli Cathalano sunt attributæ; inter Minores Francisco Saonensi: uterq; Philosophus, uterq; Theologus peritissimus habebatur, &c.

Disputatio de sanguine tribus diebus in Palatio coram Pontifice, ac sacrosancto Senatu Cardinalium, & reliquorum Prælatorum Conventu, quam defendere vellent, in hunc modum proposuere: Pretiosum Domini sanguinem, in passione fusum, qui demum ad glorificatum corpus rediit, Hypostatica verbi unione nunquam fuisse privatum. Minores, in triduo passionis cessasse unionem, affirmarunt. Unionem autem hypostaticam Græco vocabulo consensere omnes, personalem appellari debere. Quoniam verbum Dei, secunda in Trinitate persona, Caro factum est, quamvis Deus esset homo, duasq; naturas præ se ferret, unam tamen personam, non duas gereret, & in una persona totus in suis Deus, & totus in nostris homo, perfectus Deus, perfectus homo. Additum quoq; Prædicatoribus est, quod non totum Christi sanguinem in passione fusum resurrexisse cum Christo, asserturi essent. Quæ res altius indaganda videretur, idq; factum est, ne literis Pii adversari viderentur, in quêis declaraverat, Tibure manens assertionem, quæ aliquid de Christi sanguine in terris proderet remansisse, religioni Christianæ non esse contrariam. Pulchrum & delectabile fuit audire doctissimorum Virorum præclara ingenia inter se contendere verbis, & nunc istum, nunc illum superiorem cernere, certare ut decuit coram tanta majestate non sine molestia ac trepidatione viri religiosi: verùm adeò durum & acre certamen

men habuere, ut media hyeme, cum rigerent omnia gelu, in sudorem resolverentur, tantus erat vincendi ardor. Audiebant attentissimè confidentes, nec loquentem interturbare quisquam præsumsit. Prædicator primus auditus est, deinde Minor. Succedebant sibi invicem tot viri & alacres deficientium partes assumebant. Cum satis dixisse visi sunt Minores & Prædicatores, facta est potestas reliquis Theologis, quæ vellent dicere. Tum quoq; prælium nobile visum, cum Prædicatorum alii, Minorum alij partes tuebantur; præcipuè verò contentio inter duos Episcopos fuit Dominicum & de Dominicis Torcellanum, & Ferrariensem Theologicæ Sapientiæ peritissimos. Torcellanus qui olim cum Minoribus senserat, mutato proposito ad Prædicatores defecerat. Ferrariensis Minoribus adstipulabatur, & summo conatu sententiam impugnabat prædicatorum. Fuerunt & magistri aliquot inter Episcopos & Abbates non ignobiles, quod disputationem problematicam affirmaverunt, quæ posset in utramq; partem agitari.

[ *Tota disputatio decem paginis absoluta & excusa, brevitatis causa hic omissa est.* ]

Hæc cum Prædicator dixisset, Minor non pauca replicavit, volens ea destruere, quæ suæ sententiæ videbantur adversa. Auditus & ipse est, quantum voluit. Sed omnia in primis dicta recidebant. Pontifex auditorium dissolvit, deinde cum Cardinalibus plerisque diebus rem tractavit.

Major pars sententiam Prædicatorum approbavit: pauci cum Minoribus sensere: Pius quoq; in majore parte fuit, sed non est visum eo tempore decretum fieri declarationis, ne Minorum multitudo, cujus erat contra Turcas prædicatio necessaria, offenderetur, in aliud tempus decisionem referre placuit.

*H. Forma* disputandi ordinaria & antiqua. Modum disputandi olim ostendit S. Gregorius Nazianz. Oratione 2. de pace, p. 212. qui vult, ut disseramus δογματικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀντιλογικῶς, ἁλιευτικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀριστοτελικῶς, πνευματικῶς ἀλλ' οὐ κακοπραγμονικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀγοραίως, ὠφελίμως, ἀλλ' οὐκ ἐπιδεικτικῶς.

Et oratione 14. p. 220. pugnandum rationibus, non ferro atq; armis πολεμικοῖς ἐνθύμως, λογικῶς ἀλλ' οὐχ ὁπλιτικῶς.

Hieronym. tom. 2. p. 5. adversus Helvidium: non rhetorici camputm desideramus eloquii, non Dialecticorum tendiculas, nec *Aristotelis* Spineta conquirimus.

Tom.2. adversus Luciferianos p.140. Ariana hæresis magis cum sapientia seculi facit, & argumentationum rivos de Aristotelis fontibus mutuatur.

Bernhard.to.2. p.2160. Aristotelicæ subtilitatis facunda quidem, sed infœcunda loquacitas. &: nec adstringitur Dialecticis terminis omnium Terminator, ad cujus Imperium perit natura, dissuescit consuetudo.

Plus debet discipulus Christi præstare:, quàm mundi Philosophus, gloriæ animal, & popularis auræ atque rumorum venale mancipium vile, teste Hieronymo tom.1. epist.26. p.164.

Idem tom.2.l.2. Adversus Jovia. Philosophorum nostrorum verba in pugnis sunt, & syllogismi in calcibus, qui paupertatem Apostolorum & crucis duritiem aut nesciunt, aut contemnunt, imitentur saltem gentilium parcitatem.

Chrysost. in cap.1. Genes. p.10. Serva non insurgat adversus Dominam. Nam Dominam ancillari, magna abusio est, Bernhard. tom.2. in meditationibus cap.2779.

## GRÆCORUM.

Manuel Caleca l.3. contra Græcos pag.287. de ratione disputandi ita sensit. Si omninò Syllogismos & ratiocinationem tollit, primum quidem, quod humanæ naturæ proprium est, hominumque ad invicem consuetam locutionem & communionem una aufert, culpabitque beatum Paulum eos increpantem, qui per ea, quæ videntur de Deo colligere ratiocinando nequiverunt & de creaturis creatorem noscere. Culpabit & Theologos, sive de substantialibus, sive de divinis processibus differentes: Servatoris nihilominus sententiam tollet scripturas jubentem perscrutari. Neque enim absurdum est eum, qui scripturas perscrutatur colligendo & ratiocinando lecturum, qui ipsum quoq; Dominum, qui diligenter inspiciat, ratiocinari animadvertet. &c. Deinde & seipsum destruet. Nam quæ contra ratiocinationem dixit, hæc ratiocinando ait, nisi quis eum non ratiocinari, sed à ratione deviare potius ista dicentem pronunciet; quod si hujusmodi ratiocinationem in Deo tantum prohibet, cunctam Sanctorum destruet Theologiam, & eam inprimis, quam contra hæreticorum errores dimicantes diligentius subtiliusque conscripserunt.

In Logica canon est: contrariæ propositiones in materia contingenti

genti possunt ambæ esse falsæ & subcontrariæ veræ : ut omnes Scholastici sunt diligentes, nulli Scholastici sunt diligentes, utraque propositio falsa est, quia materia est contingens : verùm subcontrariæ sunt veræ; quidam Scholastici sunt diligentes, quidam scholastici non sunt diligentes : ita cum dico, omnia sunt demonstrabilia, & nulla sunt demonstrabilia, utraque est falsa, & subcontrariæ sunt veræ: quædam sunt demonstrabilia, quædam non sunt demonstrabilia : certum enim est, principia à priori demonstrari non posse, & si à priori demonstrarentur, principia non essent, principio enim nihil prius.

## LATINORUM.

D. Tanner in Colloquio Ratisbonensi Sessione 11. p. 354. Hunc Syllogismum protulit:

Qui negat articulum fidei, is solùm est hæreticus.
Sed hæreticus est qui negat Tobiam habuisse canem.
Ergò sequitur esse articulum fidei, quod Tobias canem habuerit.

Vitiosus hic Syllogismus in quarta Galenica figura: ita autem formanda conclusio: Ergo negans aliquem articulum fidei, negat etiam Tobiam habuisse canem ; quæ conclusio est vera, & causam nostram non lædit.

D. Luther tom. 1. Jenens. p 149. b. in epistola Nicolai Arnsdorffij ad Georgium Spalatinum: Eck arguirt vnd thut seine Fürwendung/ nach Welscher Manier vnd Gewonheit/ mit 9. oder 10. Argumenten/ durch welche nicht die Warheit/ sondern eitel Ehr deß Gedächtnuß vnd Verstands gesucht wird.

Forma Syllogistica considerata, etiam *judicem* omnium controversiarum divinarum perpendamus.

## Judex Controversiarum verus.

A*Nastasius Sinaita* Patriarcha Antiochenus, Bibliothecæ S. Patrum Tom. 1. de rectis fidei Catholicæ dogmatibus l. 1. p. 303. abnegatio quadantenus censetur esse ejusmodi subtractio confessionis, quod è diverso ingenua & libera professio fidei soliditatem constantis animi haud dubiè demonstret: Si quidem justus, si se subtraxerit, jam justus non est, non enim, ait, placebit animæ meæ.

Videamus an semper & ubique Catholica, idest in toto orbe diffusa Ecclesia, Romanum Pontificem pro universali judice controversia-

rum agnoverit? ita autem de geminatione vel iteratione Baptiſmi diſſerit eleganter *Optatus Milevitanus* lib. 5. p. 138. Cujus de ſacramento non leve certamen innatũ eſt, & dubitatur, an poſt Trinitatem in eadem Trinitate hoc iterum liceat facere? Vos dicitis *licet*: nos dicimus *non licet*: Inter licet veſtrum & non licet noſtrum nutant & remigant animæ populorum; Nemo vobis credat, nemo nobis. Omnes contentioſi homines ſumus. *Quærendi ſunt judices*. Si Chriſtiani, de utraque parte dari non poſſunt, quia ſtudijs Veritas impeditur. Si foris quærendus eſt Judex: Si paganus, non poteſt noſſe Chriſtiana ſecreta. Si Judæus, inimicus eſt Chriſtiani baptiſmatis.

Ergò in terris de hac re nullum poterit reperiri judicium. De cœlo quærendus eſt judex, ſed ut quid pulſamus ad cœlum, cum habeamus hic in Evangelio? Teſtamentum, inquam, quia hoc loco rectè poſſunt terrena cœleſtibus comparari. Tale eſt, quod quivis hominum habens numeroſos filios. His quamdiu pater præſens eſt, ipſe imperat ſingularis, non eſt neceſſarium Teſtamentum: ſic & Chriſtus, quamdiu præſens in terris fuit (quamvis nec modò deſit) pro tempore, quicquid neceſſariũ erat Apoſtolis, imperavit. Sed quomodo terrenus Pater, dum ſe in confinio ſenſerit mortis, timens ne poſt mortem ſuam, rupta pace, litigent fratres, adhibitis teſtibus, voluntatem ſuam de pectore morituro transfert in tabulas diu duraturas. Et ſi fuerit inter fratres contentio nata, non itur ad tumulũ, ſed quæritur Teſtamentum, & qui tumulo quieſcit, tacitus de tabulis loquitur. Vivus, cujus eſt Teſtamentum, in cœlo eſt, ergò voluntas ejus velut in Teſtamento, ſic in Evangelio inquiratur, &c.

In cauſa Donatiſtarum Africani non Papam Romanum, ſed Teſtamentum, id eſt ſacram Scripturam conſtituerunt Judicem.

*S. Antonius* apud Heribertum Roſweid fol. 40. diſertè affirmat, ad omnem mandatorum diſciplinam ſcripturas *ſufficere poſſe*.

Cyrillus Hieroſolymitanus in dial. p. 29. Sed age divinam ac ſacram ſcripturam perveſtigantes, quæſtionis hujus rationem *ab ea* petamus.

Verbum Dei eſt lex & legiſlator & Judex, Cyrillo Alexandrino in Micheam pag. 874.

*Tomo. II.* *S. Auguſtinus* quem judicem controverſiarum agnoverit audite. Ita autem ſcribit epiſt. 19. p. 50. Poſſem quidem (ut arbitror) facilè reperire, ſi multa legiſſem, veruntamen ipſe (Paulus) mihi pro his omnibus

imò

imò supra hos omnes Apostolus Paulus occurrit. *Ad ipsum* confugio ad ipsum omnes, qui aliud sentiunt, literalibus suis tractatibus provoco, ipsum interrogans interpello & requiro, & in eo quod scriptum est ad Galatas, de quinque hæresibus cap. 6. pag. 29. *habes judicem ordinariam,* non mihi adducas ex diversis Patribus alias atque alias potestates &c. audi Prophetam dicentem, Dominus Judex noster, Dominus legifer noster, nec contemnendum Judicem putes. *Tom. VI.*

Contra Faustum l. 13. c. 12. p. 120. *Non enim disputare amant hæretici,* quomodo superare impudentissima pervicacia, ut congregent, quæ non pepererunt.

De nuptiis & Concupiscentia l. 2. c. 33. p. 582. Ipse (Pelagius) dicit, quomodo rei sunt parvuli, pro quibus Christus mortuus est, ista controversia Judicem quærit. Judicet ergò Christus & cui rei mors ejus profecerit, *ipse dicat* contra Julianum l. 5. c. 5. p. 733. Quis autem nostrum verum dicat, judicent casti auscultantes, non linguæ tuæ, sed experientiæ *suæ judicet* Apostolus, dicens, vides aliam legem esse. *Tom. VII.*

De Gratia & libero arbitrio cap. 18. pag. 998. Nam si non ex DEO, sed ex hominibus vicerunt Pelagiani: si autem ex DEO, vicimus Pelagianos. Sedeat ergò inter nos *judex* Apostolus Johannes & dicat. &c.

De verbis Apostoli serm. 27. pag. 262. Cum ergo nata inter nos sit controversia talis quodammodo, ut ille mihi dicat; ego ei respondeam, imò crede ut intelligas. Cum hac controversia veniamus ad Judicem, neuter nostrum præsumat pro sua parte sententiam, quem judicem inventuri sumus? Discussis omnibus hominibus nescio utrum meliorem Judicem invenire possimus, quàm hominem, per quem loquitur DEUS. Non eamus ergo in hac re & in hac controversia ad literas seculares, non inter nos judicet poëta, sed Propheta, Beatus Apostolus Petrus. *Tom. X.*

Pag. 263. Veniamus ad judicem, videlicet Prophetam, *imò verò Deus judicet per Prophetam:* ambo taceamus.

## Judex controversiarum falsus.

NIcephorus Gregoras in Andronico Imperatore f. 228. Altero anno duo Episcopi veteri Româ à Papa missi venerunt, ut de pace & concordia Ecclesiarum disputarent.

Pag. 230. Eos verò qui de rebus divinis disputaturi, & in longissimo illo stadio decursuri sunt, & maximam cladem animis & corporibus minitando nullum habere judicem, qui utriusque partis oratione expensa alteros victores pronunciet, alteros vanitatis & falsitatis condemnet. Sed non aliter facere ac si qui de limitibus agrorum disceptantes primum convitiis de victoria certent: & inde ad manus & arma veniant, & quovis modo uterque alterum è medio tollere conetur. Quòd si duæ partes sumus, qui contendimus, nec tertium veritatis arbitrum & judicem habere possumus, eaque de causa alterutris de controversia pronunciandum est, nos illorum esse judices, non illos nostri oportet. Nostrum enim dogma illi non minus quàm nos rectum esse concedunt, additamentum autem ab illis excogitatum, & à vera via deflexionem, solis illis reprehensione vacare videtur, nobis autem minimè. Si ergò pendente lite nova illorum opinio admittenda est, judicare & pronunciare nostrum fuit, non illorum, qui rei sunt. Quòd si illi Divi Petri sedis successores & hæredes esse dicunt, idque telum in nos vibrant, ut nubes fulmina, eaque ratione nos opinionum suarum ministros & executores esse oportere opinantur, id minimè curandum est. Ob hoc enim majore odio & aversatione digni sunt, quòd aliter quàm sancta sede dignum sit, egerunt. Neque enim quæ vellent dogmata Clementem & cæteros jussit Petrus, sed ea ligare, quæ liganda essent: at isti iis, quæ omnibus sacris Conciliis statuta & decreta sunt neglectis, ea fecerunt, quæ ipsis solis placuerunt. Deinde nec veterem morem ab antiquis & Imperatoribus & Doctoribus sancitum violare decet.

Pag. 231.

Est enim in more positum, cum in Ecclesia certamina de dogmatibus moventur, omnes communi edicto & decreto Ecclesiæ propugnatores citare, nec eos tantum, qui Evangelici præconii causa Metropoles ubique gentium sortiti sunt, sed Patriarchica etiam autoritate præditos, ut sunt Alexandrinus, Hierosolymitanus, & Antiochenus Antistites, quibus causa dabitur, non accersitis, turbandæ Concordiæ nostræ, & Ecclesiæ ver in hyemem commutandi. Nam si olim unus vir *Theodoretus*, Cyri Episcopus, & à Patriarchica dignitate alienus, nec alioqui sedem illustrem obtinens, tantum contentionis incendium excitavit, ut cum plurimi Episcopi ex Europa & Asia, Ephesi convenissent, illius fumi molestias longo tempore sentirent, quantò magis tanta Episcoporum & Patriarcharum multitudo contra nos paucos infestam linguam exacuit,

euit, & diffidiis turbavit omnia, præsertim cum disputantium instrumentum sit ad propositi confirmationem *Syllogismus*, ut ligo fossorum, & remus navigantium, quem nos Italis, ut quicquid aliud, studio esse novimus, eum (syllogismum) nos locum hic non habere scimus, sive is scientiam per demonstrationem polliceatur, sive à probabili differendi ratione proficiscatur: cum hic de Deo & sancta vitæque Principe Trinitate agatur.

## Forma disputandi MIRACULOSA,
### πειραστική tentativa.

A Naturali & consueta disputandi ratione ad *miraculosam* descendimus, quam apud Heribertum Ros-weid invenimus, de vitis Patrum p. 480. de Macario Ægyptico & Hieracita hæretico. Cum videret sanctus fidem fratrum periclitari: quid opus est, inquit, nos verbis contendere ad subversionem audientium? Exeamus ad sepulchrum fratrum, qui nos præcesserunt in Domino, & cui nostrum concesserit Dominus *suscitare mortuum* de sepulchro, sciant omnes, quia illius fides probatur à Deo. Sermo hic omnibus, qui aderant, fratribus placuit. Processerunt ad sepulchra, & hortatur Macarius Hieracitam, ut evocaret mortuum in nomine Domini: at ille, tu, inquit, Domine, qui proposuisti, prior evoca. Et Macarius prosternens se in oratione ad Dominum, ubi sufficienter oravit, elevatis sursum oculis ait ad Dominum: tu, inquit, Domine, quis ex duobus nobis rectam fidem teneat, ostende, elevato mortuo hoc: & cum hæc dixisset, fratris cujusdam nomen, qui nuper fuerat sepultus, *evocavit*.

*Zonara* part. 3. fol. 39. Concilii Chalcedonensis decreta firmantur miraculo.

Cum Eutychis & Dioscori sectatores, qui in urbe versabantur, decreta Concilii subsannarent, ejusque autoritatem non veritate sed potentia Imperatoris niti dicerent, & pravitatem sententiæ suæ stabilire conarentur, Anatolius Patriarcha, & suffragatoribus suis & adversariis convocatis, ad hos ita infit: quoniam sententiam vestram adhuc mordicùs tenetis, neque vos perperam sentire creditis, nec nos incusatis, quasi Nestorii dogma approbemus, cum duas naturas in Servatore prædicemus, utraque citra confusionem proprietates suas retinente, istius controversiæ

troversiæ *dijudicatio*, si placet, Deo permittatur. Scribatur igitur vestra de fide sententia in uno libello, & nostra in altero, atque ambo in loculo gloriosæ Martyris Euphemiæ collocentur, & hujus judicium esto, utri rectè aut perperam sentiant. Cum hæc hæreticis etiam placuissent, libelli scripti remoto lapide, qui loculum claudebat, pectori Martyris imponuntur, & lapis in suum locum repositus, ab utraque parte signatur. Dehinc supplicationes fiunt, & preces ad Deum pervigiles, ut demonstret, utra sententia ei cordi sit, quæ rejicienda videatur? Post triduum conveniunt, Imperatore etiam præsente, aperto loculo. O rem miram, libellus hæreticorum ad pedes martyris invenitur, alter in manu ejus dextra, quam extendisse fertur ad Imperatorem & Patriarcham, ac libellum ejus porrexisse.

*Marciano.*

Itaque monitu & imitatione S. Theophili Alexandrini Episcopi, contra Apolinaristas, epistola paschali prima, tom. III. bibliothecæ S. Patrum fol. 128. Tendant inimici quantumlibet syllogismorum suorum retia, & sophismatum decipulas proponentes, seipsos innectant laqueis, ne id quidem scientes, cujus vana scientia gloriantur, & discant à nobis (quos gratis cogunt hujusmodi disputationem adsumere) aliud esse quod sapit, aliud sapientiam, aliud quoque quod sapitur, & hæc non solum verbis inter se, sed & sensibus discrepare, & tandem desinant Dialecticæ artis strophis simplicia Ecclesiasticæ fidei decreta pervertere.

*Epist. 165. fol. 290.*

Audite quæso, quid *Æneas Silvius*, Pius II. Papa Romanus de Academiæ Viennensis modo docendi scripserit. Maximum, inquit, hujus Gymnasii vitium est, quòd nimis diutinam operam in Dialectica, nimiumque temporis in re non magni fructus terunt. Qui magisterii artium titulo decorantur, hac unâ in arte maximè examinantur. Cæterum neque Musicæ, neque Rhetoricæ, neque Arithmeticæ curam gerunt, quamvis metra quædam & epistolas ab aliis editas imperitè ad magistrandum compellant. Oratoria & Poëtica apud eos penitus incognita, quibus omne studium in elenchis est, vanisque cavillationibus solidi haudquaquam multum, qui libros Aristotelis aliorumque Philosophorum habeant, raros invenies, commentariis plerumque utuntur. Cæterum Studentes ipsi voluptati operam præbent, vini cibique avidi, pauci emergunt docti, neque sub censura tenentur, die noctuque vagantur, magnasque civibus molestias inferunt. Ad hæc mulierum procacitas mentes aliorum alienat.

Trithe-

*Trithemius* in epistolis pag.61. Pudet me horum temporum, in quibus pudicissima virgo, Philosophia nostra cœlestis, quam Græco vocabulo Theologiam vocamus, usque adeò quarundam meretricularum societate violenta corrumpitur, ut penè nusquam exeat pura, ne dicam vanis deturpata plumis potius, quàm ornata videatur. Quasi nobis ad salutem cœlestis doctrinæ minus sufficiat Evangelium Christi, desintque ad fidei nostræ confirmationem divinarum testimonia scripturarum, ut in omni penè sermone ad Christianos de fide, gentilium sit necesse opiniones introducere sapientum. Quantum ad fidei Christianæ institutionem pertinet, *Evangelium Christi Salvatoris abundè sufficit.*

Idem pag.61. Nostri autem Concionatores majore in numero purissimos Dei sermones Aristotelicis Julianisque intermiscent opinionibus, crebriùs Philosophos gentium, quàm Christi Apostolos allegantes. Proh dolor, tam celebris facta est verbi Dei præconibus Peripateticorum autoritas, ut in cathedra Christi crebrius Aristoteles citetur in medium, quàm Paulus aut Petrus, sacratissimi Principes Apostolorum. Quid talium sermones simplici & indocto Dei Populo proficiunt, in quibus ad ostentationem totum, ad compunctionem verò nihil inducitur. Ad Scholas Gymnosophistarum istæ meretriculæ, gentiliumque traditiones remittendæ sunt, ut in schola Christi nihil aliud, quàm doctrina Christi pura & immaculata prædicetur. Furfures enim purissimæ farinæ commiscuit, quisquis hunc prædicandi modum primus adinvenit. Revolve precor omnium sanctorum Patrum sermones veterum, simul & celebratissimas eorundem Homilias, & vide, si gentilium Philosophorum furfures invenias farinæ commistas Christianæ puritatis.

Pag.62. Non ibi allegatur Peripateticus ille Aristoteles, non Porphyrius Apostata, non Plato, non Averrois, non Cicero, non denique ex reliqua cohorte gentilium quisquam, sed ipsa duntaxat Dei Patris sapientia Christus Jesus, ipsiusque summæ Veritatis, sancti Patriarchæ atq; Prophetæ. Indignum planè, meo judicio, genus docendi, ut in schola Christi, quasi pro dictorum Spiritus Sancti confirmatione, illorum audiantur nomina recitari, quorum spiritus absque ambiguitate à Christo penitus sunt alieni.

*Origenes* in cap. 7. Exod. pag.71. Hoc ergò animalis genus

(Cyniphes) dignissimè puto arti Dialecticæ comparari, quæ minutis & & subtilibus verborum stimulis animas terebrat, & tanta calliditate circumvenit, ut deceptus nec videat nec intelligat, unde decipitur.

Idem in cap.13. Josuæ pag.323. An illud potius indicat, quòd civitates & muri sunt impiorum dogmata, & *Syllogismi* Philosophorum, quibus astruunt impia quæque, & divinæ legi contraria, quæ apud paganos vel barbaros observantur.

*Johannes Hofmeister* Augustinianus in Postilla Latina, feria III. Paschæ, pag.153.b. Enim verò turpissimum est, Christum Jesum Dei viventis Filium, velle subjicere Aristotelicæ Philosophiæ, &c.

*Nicolaus Cusanus* tom.1. in Apologia doctæ ignorantiæ fol.38.b. Legitur beatissimum Ambrosium Litaniis addidisse: *A Dialecticis libera nos Domine.*

Nam garrula Logica, sacratissimæ Theologiæ potius obest, quàm confert.

*Mariale Bernhardini De Busto* p.20. Sacra Scriptura regulis Logicalibus & Grammaticalibus non est subjecta. C. Indignum. 38. Dist. Et Augustinus contra Felicianum c.8. p.539. Naturæ autor creaturarum legibus non est æstimandus.

*Tom.6.*

*D. Luther* Tomo I. Latino Jenensi in explicatione octavi præcepti fol.166.b. Si meo consilio Aristoteles legeretur, certè vel in medio anno disci posset ab ingenio mediocri. Legeretur autem non sicut hucusque lectus est, ea fide & religione, quo sacræ literæ, imò amplius, sed sic, ut alia quæcunque levis & extranea materia, tantum ut sciretur, non ut defenderetur. Verè enim sumus seducti per Aristotelem & commenta ejus: atque si aliud non esset, hoc unum satis erat argumentum quod tot sectæ & capita sint in *ista bestia gentili*, simili hydræ in Lerna. Nam ibi sunt Thomistæ, Scotistæ, Albertistæ moderni, & factus est quadriceps Aristoteles, & regnum in seipsum divisum, & mirum, quòd non desoletur, sed prope est, ut desoletur. Quomodo ergò fieri potest, ut veritas sit in tanta opinionum confusione? Cum enim sint contrariæ, necesse est ut & falsæ.

Tomo II. Latino Jen. pag.383. ad librum Ambrosii Catharini,

De-

Deinde proposito Aristotele, nec ipso rectè intellecto cum gentilibus & humanis literis, ingenia Christiana occupantur, imò excæcantur & opprimuntur. Et pro verbo Dei Papæ dogmata tractantur, ut videatur *ad Evangelium funditus extinguendum*, nec astutius, nec efficacius invenisse Satan commentum, quàm Universitatum erigendarum. Ubi sub titulo doctrinæ Christianæ non nisi pugnantissima Christianæ fidei docerentur.

Pag. 384. b. Et certum est, Aristotelem mortuum & damnatum esse Doctorem hodie omnium Universitatum magis, quàm Christum.

Tom. III. Latino Jen. p. 204. de servo arbitrio. Talem Deum nobis Aristoteles pingit, qui dormiat scilicet, & sinat sua bonitate & correptione uti & abuti quoslibet, &c.

In Ecclesiasten p. 256. Philosophi de animæ immortalitate disputarunt quidem, sed ita frigidè, ut meras fabulas egisse videantur, potissimùm verò Aristoteles sic de anima disputat, ut diligenter & callidè caverit utique, ne alicubi dissereret de ejus immortalitate, neque voluit exprimere quid sentiret. Plato retulit potius audita, quàm suam sententiam. Neque enim potest ulla ratione humana convinci ejus immortalitas, quia res est extra solem, credere animam esse immortalem. In mundo non videtur nec intelligitur certò, animas esse immortales.

In cap. 8. Amos pag. 535. Quid aliud etiam fuerunt hactenus *Universitates* nostræ per Orbem, quàm voragines optimorum ingeniorum, & corruptelæ Juventutis? Non eò solum quòd magna licentia vitiorum esset, id minimum est, sed quòd nulla liberalis doctrina extaret, quod pietatis studium molestis, & inutilibus & perniciosis sophismatibus esset obrutum, quibus bona ingenia impedita ad nullam frugem pervenerunt. Idem fructus quoque ex Monasteriis rediit.

Tom IV. Latino Jen. pag. 496. Neque enim docendo, sed disputando amittitur Veritas. Hoc enim malum Disputationes secum afferunt, quòd animi quasi profanantur, & rixis occupati, quæ præcipua sunt, negligunt. Sic Eva in paradiso, cum retineret præceptum Domini, pulchrè stabat. Vocatur igitur à serpente in alienam disputationem de consilio prohibitorum fructuum, & sic à vero abducitur.

D. Luther tom. 1. Jen. Germ. p. 310 b. In Hohen Schulen hat allein der blind Heydnisch M. Aristoteles regiert / auch weiter dann Christus.

## In Conciliis contra Pontificem Romanum non licet liberè loqui.

CArranza in Concilio generali VIII. fol. 408. Porrò si Synodus Universalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorum Ecclesia, quævis ambiguitas & controversia oportet venerabiliter, & cum convenienti reverentia de proposita quæstione sciscitari, & solutionem accipere, aut proficere, aut profectum facere, non tamen audacter sententiam dicere contra summos senioris Romæ Pontifices.

August. Tom. 11. epist. 174. fol. 500. Iniquum est, ut quisque de alio judicare velit, & judicari de se nolit.

Bellarminus in Concionibus fol. 554. de consonantia Conciliorum. Cujus rei argumentum est primum, quòd omnia (*Concilia*) simul recipit ac veneratur Catholica Christi Ecclesia, &c. Videmus posteriora semper venerari priora.

*Cancellarius Parisiensis Michael Hospitalius* epist. lib. 6. fol. 375.

*Sexcenti propè sunt anni, quibus exule Paulo*
*Regnat Aristoteles, ipsa intra tecta domumq́;*
*Christi, simiolaq́; aliæ peregrina gerentes*
*Pallia: Græcorum Schola, non Ecclesia Christi*
*Illa fuit, non sic, non sic vetera illa priorum*
*Lumina doctorum.* - - - -

## D. Luthers Hauß-Postill / in der 3. Predigt vom Leiden Christi.

P. 130. b. Sind wir Ketzer / wie sie uns beschuldigen / so beweisens sie uns mit der Schrifft / und lassen den Hencker daheim / der gehört zu solcher Disputation nicht.

## Non oportere cum Diabolo disputare.

BEllarminus de arte bene moriendi l. 2. c. 19. pag. 200. 201. 202. Habemus exemplum valdè tremendũ apud Petr. Barocium, Episcopum Patavinum, qui scripsit libros tres de ratione benè moriendi: is in libro secun-

ſecundo ſic loquitur. Fuêre, quemadmodum audivi, duo quondam viri eruditiſſimi, & omnium, qui ex eodem Gymnaſio eſſent, in diſputando facilè principes, ac iidem benè morati, maximèque religioſi; è quibus unus cum exceſſiſſet è vivis, ei, qui ſuperſtes erat, in ſua fortè Bibliotheca ſcripturæ ſacræ ſtudiis incumbenti totus ardens apparuit, territoq; ac quæ nam ei tam grandis pœnæ cauſa foret, interroganti, gemens, dolensq; reſpondit: cùm eſſem migraturus è vita, venit ad me hoſtis antiquus, & quoniam apprimè eruditum noverat, ſciſcitari cæpit de Fide, quid crederem? Ego quæ in Apoſtolorum Symbolo ſunt, credere me, reſpondi. Ille exponi ſibi quædam, quæ minùs lucida viderentur, rogavit. Expoſui ut in ſymbolo Athanaſii legeram; neque enim lucidius aut verius exponi poſſe putabam. Tum ille; non eſt, ait, ut putas. Sed quæ ad Patrem pertinent, partim aperta & vera, partim obſcura & falſa ſunt. Nam ipſe quidem æternus eſt, non tamen ut ſemper Deus, ſic ſemper & Pater. Sed prius Deus, poſtea pater. Ad hæc cũ ego exclamarem, hæreticum eſſe documentũ, doctrinamq; Diabolicam: non eſt, inquit ille, clamoribus differendum, ſed rationibus, ſi veritatis indagandæ ſtudio ducimur. Ego quid pro mea ſententia ſit, dicere facilè poſſum: tu quid pro tua ſit, explicare ſi poteris, ab errore me grandi liberaveris. Ipſe miſer, qui ingenio & doctrinæ meæ magis, quàm æquum erat, conſiderem, cum eo tanquam cum uno quolibet hominum cæterorum diſputare cæpi, tandemq; rationibus, quas mihi ex adverſo plurimas ingerebat, & quod magis admiratus ſum, Scripturę ſacræ teſtimoniis in errorem me paulatim miſit, ut jam neque Filium, neque Spiritum ſanctum Deum putarem. Interim rapuit animam mors, & qualem reperit, Judici obtulit. Ab eo diſcedere in hunc ignem ſum juſſus, quem, etſi maximus eſt, tolerabilem tamen utcunq; putarem, ſi poſt mille annorum millia finiendus foret: Sed æternus eſt, idemq; tantus, quantum nullum apud nos vidit ætas, ut me in ſingulas fermè horas ſcientiæ meæ pœniteat, quæ in tam immane præcipitium me dejecit; & hæc dicens evanuit. At ille tum rei novitate, tum verò amici damno permotus, ut in ſe primum reverſus eſt cum ijs, qui ſibi amiciſſimi erant, quod viderat, contulit, petitque quidnam adverſus ejuſmodi rem factu optimum ducerent. Decretum in commune eſt, ut ad eam ſe quiſque fidem referret, quam Catholica ſervat Eccleſia. Paulò poſt in ægrotationem, ex qua mortuus eſt, incidit. Et ecce ad eum itidem antiquus hoſtis venit, quærit de Fide, *Quid credat? Reſpondit credere ſe,*

*quæ mater Ecclesia credit.* Rursus antiquus hostis, quid nam credat mater Ecclesia sciscitatur. Et ille, quod ego, inquit: atque in hunc modum audientib. his, quia stabant, velut ab antiquo interrogatus: credo, quæ credit, Ecclesia: & Ecclesia credit, quæ ego credo, tantisper dicere nō cessavit, dū animā redderet. Ita factum est, ut delusa inimici versutia ipse in cœlū migraret. Et post paucos dies amicis, quos, quidnā in hujusmodi re factu optimū videretur consuluerat, longè alio habitu corporis apparens, gratias egit, quod eorum consilio ad cœleste regnū ascenderat. Quę nos, uti sunt gesta, describere superfluum arbitrati nō sumus, ut horum vel infortunio vel successu discere unusquique posset, de Fide cum Diabolo disputare nō oportere, sed satis esse, si ad eam unusquisq; se referat fidem, quam Catholica servat Ecclesia. Hæc Baronius, cui nihil est, quod addamus.

*Macerat. 1575.*

*Iohannes Polancus* Soc. Jes. scripsit Methodum juvandi eos, qui moriuntur cap. 12. fol. 51. b. ita loquitur. Juvat unicam solutionem omnibus argumentis Dæmonis dare, & rei quantumvis multa repræsentanti dicere: credo quicquid credit sancta mater Ecclesia Catholica & Apostolica, cujus caput unicum sub Christo est Pontifex Romanus. Illa est columna & firmamentum veritatis, illa tibi, Satan, pro me respondebit; disputa cum illa si voles: mihi satis est, quod credo, quicquid illa credit cujus fides non rationibus innititur, sed ipsi æternæ veritati. In hac arce fidei ut inexpugnabili, tutus erit ab hujusmodi Dæmonis quantumvis importunis impugnationibus, qui in agone mortis positus est: & ita curet intellectum ab ijs suggestionibus, quæ perturbabant ipsum divertere, & alia meliora cogitet &c.

**D. Luther** Tom. III. Latino Jenensi p. 376. b. in Esa. Quare eijcienda animo cogitatio illa de peccato & ira Dei est, & diversum potius cogitandum est. Quemadmodum legimus in vitis Patrum de quodam. Is cum hac tentatione desperationis ob admissum peccatum graviter vexaretur, obfirmato tandem animo dixit: non peccavi: non quod negaret peccatum, sed quod videret se alia ratione à tristibus illis cogitationibus liberari non posse, quàm si eas abijceret & diversum cogitaret. Et sanè si fiducia mortis & meriti Christi hanc vocem edidit, insigne exemplum fidei est, quod nos in hujusmodi periculis imitari oportet, ut nos quoque discamus, *non esse cum Sathana disputandum*, alioquin ita obruentur mentes infirmæ cogitationibus, ut sibi mortem consciscant. Neque enim animus humanus iram Dei, quam Satan nobis objicit & urget, sustinere potest.

In

## In Speculo vitæ beati Francisci & sociorum ejus, excuso Venetijs 1504. pag. 110. b.

DIsputatio fratris Rufini cum Diabolo describitur. Frater *Rufinus* de nobilibus de Assisio, socius beati Francisci, cum quodam tempore, vivente Sancto Francisco graviter à Dæmone de prædestinatione vexaretur in animam. Nam suggerebat cordi ejus hostis antiquus, quod ipse non erat de prædestinatis ad vitam, & perderet, quicquid in religione faceret. Propter hanc vexationem per multos dies in mente durantem, totus erat melancholicus effectus & tristis: & hanc suam pugnam sancto Francisco verecundabatur dicere: nihilominus tamen orationes consuetas & abstinentias minimè dimittebat. Sed hostis antiquus volens sibi tristitiam addere, quæ graviter vulneraverat servos Dei, ad pugnam interiorem, addidit etiam exterius impugnare. Unde apparens sibi in specie Crucifixi dixit: O frater Rufine, quare in orationibus & pœnitentia te affligis, cùm non sis de prædestinatis ad vitam? Et hoc credas mihi, quia ego scio, quos elegerim, & nō credas filio Petri Bernardonis, si contrariū tibi dixerit, nec ipsum interroges de ista materia, quia ipse vel alius hoc ignorat. Sed ego qui sum Dei Filius, benè scio, ideò credas mihi pro certo, quòd tu es de numero damnatorū, & frater Franciscus & Pater ejus est damnatus, & quicunq; sequuntur eum, decipientur. Frater autem Rufinus erat ita obtenebratus à principe tenebrarum, quòd jam fidem & amorem in sancto Francisco perdiderat, & sibi dicere non curabat, sancto Patri, quod frater Rufinus non dixit, Spiritus Dei revelavit: unde ipse pius Pater videns in Spiritu tantùm dicti fratris periculum, mittit fratrem Massæum pro ipso, ut ad eum omninò veniret. Nam frater Rufinus & sanctus Franciscus stabant in loco montis Subasij, propè Assisium. Frater autem Rufinus respondit fratri Massæo: quid ego hic habeo cum Francisco? Et frater Massæus homo totus sapientiæ DEI plenus clarè cognoscens maligni hostis fallaciam ait: O frater Rufine, nescis tu, quòd Frater Franciscus est sicut Angelus DEI, qui tot animas illuminavit in mundo, & à quo etiam nos tot divinæ gratiæ dona recepimus, unde ego volo, quòd tu omninò venias ad eum, quia ego clarè video, te à Diabolo deceptum. Statim autem frater Rufinus venit ad S. Franciscum: & S. Franciscus cùm videret eum à longè

*Eadem historia habetur apud Philippum Bosquierum in Speculo, f. 170.*

longè cæpit clamare: O frater Rufine captivelle, cui credidiſti? Et dixit totam per ordinem tentationem, quam habuerat intùs & extra; & S. Pater docuit eum, quòd ille, qui prædicta ſibi ſuggeſſerat, *erat Diabolus, & non Chriſtus*, & ideò nullo modo ſuggeſtioni aſſentiret. Sed quando dicet tibi; tu es damnatus, & tu ſecurè reſpondeas: *Aperi la boca, metete caco*: hoc eſt, aperi os tuum, & faciam intus ſtercus. Et hoc tibi ſignum, quod ipſe Diabolus, quod dicto hoc verbo, ſtatim fugiet. Adhuc etiam recognoſcere debes ipſum fuiſſe Diabolum, quia cor tuum indurat ad omne bonum, quod eſt proprium ejus officium. Sed Chriſtus benedictus nunquam cor hominis fidelis indurat, imò dixit: auferam cor lapideum, & dabo tibi cor carneum. Frater verò Rufinus, cum ſanctus Franciſcus ita per Ordinem dicebat tentationis ſeriem, quàm intùs & extra vexatus extiterat, fortiſſimè cæpit lachrymare, & adorans ſanctũ Franciſcum, & culpam humiliter recognoſcens de hoc, quod ab ipſo celaverat, ac totus confortatus in Domino, per monita ſancti patris totus fuit mutatus in melius. Dixit autem ſanctus Franciſcus: vade fili, & confitearis, & orationis conſuetum ſtudium non dimittas, & ſcias pro certo, quod hæc tentatio erit tibi in magnam utilitatem & conſolationem, ſicut experieris in brevi. Frater autem Rufinus redijt in cellam ſuam ad orandum in ſilva, & dum ſtaret cum lachrymis ad orandum: ecce venit hoſtis antiquus in perſona Chriſti dicens: frater Rufine nonñe dixi tibi, quod tu filio Bernardonis non crederes, quia es damnatus & in orationibus & lachrymis. Quid enim prodeſt tibi, ſi, dum vivis, affligeris, & dum morieris, es damnatus? Et ſtatim frater Rufinus reſpondit: *aperi la bosa mente caco*. Tunc Diabolus indignatus receſſit cum tanta tempeſtate & commotione lapidum montis Subaſij, quod per magnum ſpatium fluxit lapidum multitudò, ubi adhuc apparet lapidum horrenda ruina. Nam per vallem dicti montis ſaxa ſe invicem collidendo ignem plurimum etiam emittendo emittebant; unde ad tam terribilem ſtrepitum ſanctus Franciſcus & Socij ejus admirantes extra dictum locum, ut novitatem aſpicerent, exierunt. Et frater Rufinus manifeſtè advertit, quod ipſum hoſtis deceperat: unde ſecundò ad ſanctũ Franciſcum redijt, & proſternens ſe ad terram iterum culpam ſuam dixit, qui confortatus à ſanctiſſimo Patre, totus pacificus remanſit. Et cum poſt hoc ſtaret cum multis lachrymis orans, ecce Chriſtus ſibi benedictus apparuit & totam animam ſuam divino lique fecit amore dicens: benefeciſti, fili, quod credidiſti

fra-

fratri Francisco, quia ille, qui te contristaverat, fuit Diabolus: Ego autem Christus magister tuus. Et de hoc te reddam certissimum, hoc sit tibi signum, quod donec in hoc mundo eris, nunquam de cætero eris tristis. Et benedixit Christus fratrem Rufinum, & dimisit in tanto gaudio & dulcedine spiritus & elevatione mentis, quod die noctuque erat absorptus in Deum, & confirmatus in hoc in tanta gratia & benedictione & securitate salutis æternæ, quod totus fuit in virum alterum renovatus, ad tantam etiam elationem mentis & orationis perseverantia fuit confirmatus, quod stetisset continuè per anni circulum die, noctuque contemplando divina, si eum aliquis non impedijsset: unde dicebat sanctus Franciscus de eo, quod frater Rufinus erat, dum adhuc viveret, canonizatus in cœlo a Domino Jesu Christo, & quod ipse non dubitaret in absentia sua dicere, sanctum Rufinum ad huc existentem in terra, ad laudem Domini nostri Jesu Christi.

Cæterùm *de Concilijs* præclarè loquitur *Facundus* l.5. p.215. Neque enim est alia Conciliorum faciendorum *utilitas*, quam ut quod intellectu non capimus, ex autoritate credamus, & sicubi ratio minus nobis occurrerit, fides, ne labamur, citò succurrat.

Pag.216. Et ideò non idem modus esse debet, atque ordo quærendi *post definitionem* Concilij totius Ecclesiæ consensione firmati, qui fuit ante definitionem.

Et Reuchlinus de arte Cabalistica lib.2. F iij, sic ille ad Ecclesiam Alexandrinam scripsit Imperator Constantinus de Concilio Niceno dicens: ὃ γὰρ τοῖς τριακοσίοις ἤρεσεν ἐπισκόποις, οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ τοῦ Θεοῦ γνώμη, μάλιστα ὅπου γε τὸ ἅγιον πνεῦμα τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν ταῖς διανοίαις ἐγκείμενον τὴν θείαν βούλησιν ἐξεφώτισεν. quod enim trecentis simul placuit Episcopis, nihil est aliud, quam Dei sententia, maximè ubi Spiritus sanctus talium, tot & tantorum virorum mentibus incumbens, divinam voluntatem declaravit.

Denique *Sisinnius*, lector Nectarij, contra Agelium, Novatianorum Episcopum exploratum habebat, disputationes non solùm non reconciliare schismata, sed hæreticos præterea ad contentionem multò magis accendere: ὡς αἱ διαλέξεις οὐ μόνον οὐχ ἑνοῦσι τὰ σχίσματα, ἀλλὰ καὶ φιλονεικοτέρους τὰς αἱρέσεις μᾶλλον ἀπεργάζονται. *Socrat. l.5. c.10. p.684*

D. Luther Tom.4. Jenensi f.97. Es ist nicht wol möglich/daß ein Concilium sey das einträchtig schliesse/ ohn Fleisch vnd Sawerteig/ ich

ich hab noch kein Concilium unter allen gesehen / das der Heilige Geist regieret. Es ist wol in etlichen ein Stück oder zwey Christlich gewest / aber daß es gantz rein wäre / hab ich nicht gelesen. Darumb ists nichts / daß man sich noch beruffen wöll auff ein Concilium, es würde doch nichts außgerichtet.

D. Luthers Haußpostill in der 3. Predigt vom Leyden Christi pag. 130. b. Disputiren können und wöllen sie nicht / man lasse dann jhre Doctores, und deß Papsts Drecket so viel gelten / als das Wort GOttes.

*De Concordia ineunda Christi cum Diabolo*, ex Antiquitatibus Franciscanis Philippi *Bosquieri*, Prima parte Speculi cap. 97. fol. 186. Coloniæ 1625. Vos audivistis pluries, fratrem Jacobum de Pocali, prædicantem Bononiæ, quòd sanctus Macarius voluit facere Pacem inter Deum & Diabolum. Et Dominus dixit Macario; si Diabolus vult dicere culpam suam coram me, parcam sibi. Reversus Macarius ad Diabolum retulit sibi, quæ dixerat Dominus. Respondit Diabolus: Imo ipse crucifixus debet genu flectere ante me & dicere mihi culpam, quod tot annis fecit nos stare in inferno. Tum dixit Macarius, vade Sathana & expulit ipsum: ille verò nunquam apparuit sibi.

D. Luther Tom. 1. Jen. Germ. p. 399. Man muß gegen dem Teuffel und seinen wercken allzeit mit Gedult handlen / und doch ein völligen Glauben behalten.

*Tertullianus de præscriptionib. p. 89.* Aristoteles illis Dialecticam instituit, artificem struendi & destruendi, versipellem, in sententijs coactam, in conjecturis duram, in argumentis operariam, contentione molestam, etiam sibi ipsi, omnia tractantem, ne quid omninò tractaverit.

*Idem in Apologetico c. 46. p. 583.*

Mimicè Philosophi affectant veritatem & affectando corrumpunt, ut qui gloriam captant.

*Ambrosius* de Incarn. Domin. Sacram. c. 9. p. 243. Hæc est Dialecticorum gloria, si videantur expugnare verbis, & refellere veritatem. Contra definitio fidei est, ut veritas, non verba pandantur. Denique verba Philosophorum excludit simplex veritas piscatorum.

## Non oportere cum Diabolo disputare.

BEllarminus de arte bene moriendi l. 2. c. 9. p. 200. &c. Habemus exemplum valdè tremendum apud Petrum Barocium, Episcopum Patavi-

tavinum, qui scripsit libros tres de ratione benè moriendi. Is in libro secundo sic loquitur: Fuêre, quemadmodum audivi, duo quondam viri eruditissimi, & omnium, qui ex eodem Gymnasio essent, in disputando facilè principes, ac ijdem benè morati, maximèque religiosi. E quibus unus cum excessisset è vivis, ei, qui superstes erat, in sua fortè bibliotheca, Scripturæ sacræ studijs incumbenti totus ardens apparuit, territoque ac quænam ei tam grandis pœnæ causa foret, interroganti, gemens dolensque respondit: cum essem migraturus è vita, venit ad me hostis antiquus, & quoniam apprimè eruditum noverat, sciscitari cæpit de Fide, *quid crederem?* Ego, quæ in Apostolorum Symbolo sunt, credere me, respondi. Ille exponi sibi quædam quæ minus lucida viderentur, rogavit. Exposui, ut in Symbolo Athanasij legeram: neq; enim lucidius aut verius exponi posse putabam. Tum ille, non est, ait, ut putas: sed quæ ad patrem pertinent, partim aperta & vera, partim obscura & falsa sunt. Nam ipse quidem æternus est, non tamen ut semper DEUS, *sic semper & Pater, sed prius Deus, postea Pater.* Ad hæc cum ego exclamarem, hæreticum esse documentum, doctrinamq; diabolicam: Non est, inquit, ille, clamoribus disserendum, sed rationibus: si veritatis indagandæ studio ducimur. Ego quid pro mea sententia sit, dicere facilè possum: tu quid pro tua sit, explicare si poteris, ab errore me grandi liberaveris. Ipse miser, qui ingenio & doctrinæ meæ magis, quam æquum erat, considerem, cum eo, tanquam cum uno quolibet hominum cæterorum disputare cæpi, tandemq; rationibus, quas mihi ex adverso plurimas ingerebat, & quod magis admiratus sum, Scripturæ sacræ testimonijs in errorem me paulatim trusit, ut jam neq; filium, neq; Spiritum sanctum DEUM putarem. Interim rapuit animam mors, & qualem reperit, judici obtulit. Ab eo discedere in hunc ignem sum jussus, quem, etsi maximus est, tolerabilem tamen utcunq; putarem, *Si post mille annorum millia finiendus* foret; sed æternus est, idemq; tantus, quantum nullum apud nos vidit ætas, ut me in singulas fermè horas scientiæ meæ pœniteat, quæ in tam immane præcipitium me dejecit, & hæc dicens evanuit.

At ille tum rei novitate, tum verò amici damno permotus, ut in se primum reversus est, cum ijs, qui sibi amicissimi erant, quod viderat, contulit, petijtq; quidnam adversus ejusmodi rem factu optimum ducerent? Decretum in commune est, ut ad eam se quisq; fidem referret, *quam Catholica servat Ecclesia.* Paulò pòst in ægrotationem, ex qua mortuus est,

 inci-

incidit. Et ecce ad eũitidem antiquus hoſtis venit, quærit *de fide quid credat?* Reſpondet *credere ſe quæ mater Eccleſia credit.* Rurſus antiquus hoſtis quidnam credat mater Eccleſia ſciſcitatur? Et ille: quod ego, inquit, atq; in hunc modum, audientibus his, qui aſtabant, velut ab aliquo interrogatus: credo, quæ credit Eccleſia, & Eccleſia credit, quæ ego credo, tantiſper dicere non ceſſavit dum animã redderet. Ita factũ eſt, ut deluſa inimici verſutia, ipſe in cœlũ migraret. Et poſt paucos dies amicis, quos, quidnã ſin hujuſcemodi re factu optimũ videretur, cõſuluerat, lõgè alio habitu corporis apparens, gratias egit, quòd eorum cõſilio ad cœleſte regnũ aſcenderat. Quæ nos uti ſunt geſta deſcribere ſuperfluũ arbitrati non ſumus, ut horũ vel infortunio vel ſucceſſu diſcere unusquiſq; poſſet, *de fide cũ Diabolo diſputari non oportere,* ſed ſatis eſſe, ſi ad eã unuſquiſq; ſe referat fidem, quã Cathol. ſervat Eccleſia. Hæc Barocius; cui nihil eſt, quod addamus.

D. Luther. Tomo III. Latino Jenenſi in Eſa. p. 376. b. Quare eijcienda animo cogitatio illa de peccato & ira Dei eſt, & diverſum potius cogitandum eſt. Quemadmodum legimus in vitis patrum de quodam. Is cum hac tentatione deſperationis ob admiſſum peccatum graviter vexaretur, obfirmato tandem animo dixit, *non peccavi*: non quod negaret peccatum, ſed quod videret ſe alia ratione à triſtibus illis cogitationibus liberari non poſſe, quàm ſi eas abijceret, & diverſum cogitaret. Et ſanè ſi fiducia mortis & meriti Chriſti hanc vocem edidit, inſigne exemplum fidei eſt, quod nos in hujusmodi periculis imitari oportet, ut nos quoque diſcamus, *non eſſe cum Satana diſputandum,* alioquin ita obruentur infirmæ mentes cogitationibus, ut ſibi mortem conſciſcant. Neque enim animus humanus iram Dei, quam Satan nobis objicit & urget, ſuſtinere poteſt.

## De LXXII. Interpretum verſione & autoritate, catena Patrum;

### Cum judicio Catholicorum & Evangelicorum.

PHilo lib. 2. de vita Moſis pag. 453 & 454. E lingva Chaldaica tranſtulerunt in lingvam Græcam, in Inſula Pharo, tanquam numine correpti prophetarunt, non alia alij, ſed omnes ad verbum eadem, quaſi quopiam dictante ſingulis inviſibiliter, Rex ſingulorum ſapientiam tentavit Apophthegmate, &c.

*Cyrillus Alexandrinus* contra Antropomorphitas c. 17. p. 78. vocat 74. ἑβδομήκοντα τέσσαρας.

*Juſti-*

*Justinus Martyr* ad Græcos adhortatio p.14: Quòd si quis asseveret, Mosisquoq; & aliorum Prophetarum Scripta, Græcis edita esse literis, ex historiarum externarum lectione is discet, Ægypti regem Ptolemæum, Bibliothecam Alexandriæ instituisse, & undecunque libris comportatis complevisse, eundemque, ubi cognovisset antiquos libros Hebræorum conscriptos literis, diligenter asservari, cognoscere ea scripta volentem LXX. Sapientibus viris, Græcæ simul & Hebraicæ linguæ peritis, vertendorum interpretatione eorum librorum laborem demandasse, ab ipsis usque Hierosolymis accitis. Atque ut illi extra omnem turbam constituti, primo quoque tempore interpretationem absolverent, non in urbe ipsa, sed septem ab ea stadiis, ubi Pharos extructa est, pari cum Interpretibus numero, domunculas extrui præcepisse, ut sigillatim pro se quisque interpretationem perficeret: illa quoque cura, qui operam iis dare jussi fuerant, mandata, ut omnibus quidem modis ipsis inservirent, à congressu autem illos mutuò prohiberent, quò exquisita Interpretationis Veritas ex ipsorum etiam consensu cognosci posset. Et cognito LXX. istos Viros non solùm eadem sententia, verùm etiam iisdem esse verbis in translatione usos, ac ne una dictione alium ab alio dissensisse (usque adeò eadem de iisdem omnia conscripserant) admiratione attonitum, cum divina virtute interpretationem absolutam esse credentem, tum quovis honore dignos illos, ut Dei amantes, & vicissim Dei caros viros judicantem, cum muneribus multis in patriam suam redire jussisse, ac libros, ita ut par erat, exosculatum esse, & Deo consecratos, in Bibliotheca ibi reposuisse. Hæc vobis, Viri Græci, non ut fabulã, neq; ut confictam historiam renunciamus, sed qui ipsi Alexandriæ fuerimus, & vestigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus, ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus sibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus, &c.

Idem pro Christianis apologia 2. pag.72. *Clemens Alexandrinus* Strom.l.1.p.250. Dei enim erat voluntas, quæ id ad Græcorum aures consultò comparaverat. Neque verò ab inspiratione Dei erat alienum, qui propheticam dederat, ut interpretationem quoque tanquam Græcam efficeret propheticam.

*Eusebius Cæsariensis* de præparatione Evangelica l.13.c.7. litera n. Primum Aristobulum audias, qui in libro, quem ad Regem Ptolemæum conscripsit, his verbis utitur; Apertissimum quidem est, leges & disciplinam

nam nostram diligenter Platonem secutum. Non enim latet, si quis attentius eum legat, perlectam ab eo, & quidem diligenter Scripturam fuisse. Scim° enim omnes, ante Demetrii Phaleræi tempora imò verò ante Alexandrum & Persarum imperium, quinque Mosis libros in Græcam linguam, quamvis non commodè, traductos fuisse. Tota verò Scriptura nostra Demetrii Phaleræi opera & Piladelphi Regis, progenitoris jussu, aptissimè translata est.

*Cyrillus Hierosolymitanus* Catech. 4. p. 99. Ab Eleazaro tum temporis Pontifice maximo, plurimis donis missis ad Hierosolymorum templum, senos de singulis tribubus Israël ad se mitti, qui libros interpretarentur, impetravit. Deinde cum experiretur, libros non esse nisi divinos, providensque, ne inter se missi communicarent, in loco, qui Pharos dicitur, secus Alexandriam sita, singulis interpretum suam cuique ac propriam domum tribuit, singulisque universa scripta præcepit ut interpretarētur. Ubi verò hi 70. duorum dierum spatio, annum simul interpretationes complevissent in diversis ædibus, inter se nihil conferētes, in locum eundem convenerunt: & non modò sensibus, verum etiam verbis reperit consentientes. Non enim orationis facundia, & sapientiæ humanæ commento negotium gerebatur, sed à Spiritu S. divinarum Scripturarum, quas Spiritus S. profatus erat, interpretatio conficiebatur.

*Ambrosius* in Hexaëmeron l. 3. c. 5. p. 30. Multa enim non otiosè à LXX. Viris Hebraicæ lectioni addita & adjuncta comperimus.

*Hieronymus* tom. 2. l. 2. adversus Russinum p. 223. Egóne contra 70. aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos diligentissimè emendatos, meæ linguæ studiosis dedi, quos quotidiè in conventu fratrum dissero, quorum Psalmus jugi meditatione decanto.

P. 224. Et nescio quis primus autor, LXX. cellatas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus divisi, eadem scriptitarint, cum Aristeas ejusdem Ptolemæi ὑπερασπιστὴς, & multo post tempore Josephus nihil tale retulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim Vatem, aliud interpretem esse. Ibi Spiritus ventura prædicit, hic eruditio & verborum copia ea, quæ intelligit, transfert.

Tom. 3. ad Paulinum, p. 14.

P. 224. Non damno, non reprehendo Septuaginta, sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero.

P.125. Nunc verò cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria, & germana illa, antiquaque *translatio corrupta sit atque violata.*

Tom.3.p.14. Causas erroris non est meum exponere. Judæi prudenti factum dicunt esse consilio, ne Ptolemæus, unius Dei cultor etiam apud Judæos duplicem divinitatem deprehenderet. Et: Denique ubicunque sacratum aliquid scriptura testatur, de Patre, & Filio & Spiritu S. aut aliter interpretati sunt, aut omninò tacuerunt, ut & Regi satisfacerent & arcanum fidei non vulgarent

In Genesin p.378. Cum illi (LXX.) Ptolemæo Regi Alexandriæ mystica quæque in Scripturis sanctis prodere noluerint: & maximè ea, quæ Christi adventum pollicebantur, ne viderentur Judæi & alterum Deum colere: quos ille Platonis sectator magni idcircò faciebat, quia unum Deum colere dicerentur. Sed & Evangelistæ & Dominus ipse quoque noster atque Salvator, nec non & Paulus Apostolus, multaque de Veteri Testamento proferunt, quæ in nostris codicibus non habentur.

Tom.3.p.316. Ad Suniam & Fretelam. In quo breviter illud admoneo, ut sciatis aliam esse Editionem, quam Origenes & Cæsariensis Eusebius, omnesque Græciæ tractatores κοινὴν id est communem appellant, atque vulgatam, & à plerisque nunc Λουκιανὸς dicitur, aliam 70. Interpretum, quæ & in ἑξαπλοῖς codicibus reperitur, & à nobis in Latinum sermonem fideliter versa est, & Hierosolymæ atque in Orientis Ecclesiis decantatur. Et: Sicut autem in N.T. si quando apud Latinos quæstio exoritur, & est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Græci sermonis, quo Novum scriptum est Instrumentum: ita in V.T. si quando inter Græcos, Latinosque diversitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatem, ut quicquid de fonte proficiscitur, hoc quæramus in rivulis: κοινὴ autem ista, hoc est communis Editio ipsa est, quæ & LXX. sed hoc interest inter utramque, quòd κοινὴ pro locis & temporibus, & pro voluntate scriptorum veterum *corrupta editio est*: ea autem quæ habetur in ἐξαπλοῖς & quam nos vertimus, ipsa est, quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata 70. Interpretum translatio reservatur. Quicquid ergò ab hac discrepat, nulli dubium est, quin ita & ab Hebræorum autoritate discordet.

Tom.

Tom.4. in cap.16. Ezech.p.371. Quanquam eruditi solos quinq; libros Mosis ab eis interpretatos probent.& pag.343.

Augustin.Steuchus p.239.b.

*Chrysostomus* tom.1.meo in Genes.hom.4.p.32. Est & rarum miraculum, quòd vir, qui Judaica non curabat, hoc fecit, sed idololatriæ deditus, & religioni damnatæ multum favens. Hoc enim modo se habent omnia, quæ à Domino nostro dispensantur, ut per adversarios semper crescant Veritatis præcepta.

Tom.2.meo, de Prophetiarum obscuritate p.940. Ante Christi adventum trecentis annis, Ægyptiorum Rege Ptolemæo in Linguam Græcam translatum est Testamentum vetus valdè utiliter & fructuosè. χρησίμως σφόδρα καὶ ἀναγκαίως.

Tom.1. adversus Judæos 1. Cum Ptolemæus Philadelphus libris undique collectis cognovisset apud Judæos etiam extare scripta, quæ de Deo atque optima Reipubl. forma agerent, accersitis è Judæa viris, in Græcum sermonem illa ipsa per eos convertenda curavit, atque in Serapidis templum reposuit: erat enim homo Græcus, & in hunc diem usque librorum Propheticorum interpretatio ibi servatur.

*Augustinus* de Civ. Dei lib.15 c.13. p.458. Itaque illa diversitas numerorum aliter se habentium in Codicibus Græcis & Latinis, aliter in Hebræis: ubi non ista de centum annis prius additis & postea detractis petit generationes continuata parilitas, nec malitiæ Judæorum, nec diligentiæ, vel prudentiæ LXX. Interpretum, sed scriptoris tribuatur errori, qui de bibliotheca supradicti Regis codicem describendum primus accepit.

Lib.15.c.23.p.471. Meritò enim creduntur 70. Interpretes accepisse Propheticum spiritum, ut si quid ejus autoritate mutarent atque aliter, quam erat, quod interpretabantur, dicerent, neque hoc divinitus esse dubitaretur.

Tom 8. super Psal.86. p. 666. LXX. Interpretes, quorum autoritas tanta est, ut meritò propter mirabilem consonantiam, divino spiritu interpretati esse credantur.

Tom.4. Quæst. super Genes.168. p.87. majore quippè autoritate præditi quàm Interpretum officium est, & Prophetico spiritu, quo etiam ore uno in suis interpretationibus, quod magnum miraculum fuit, consonuisse, triduum posuerunt.

Tom.3.

Tom. 3. de doctrina Christ. l. 2. c. 15. p. 20. In ipsis autem Interpretationibus *Itala* cæteris præfertur. Nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ. Et Latinis quibuslibet emendandis Græci adhibeantur, in quibus 70. Interpretum, quod V. T. attinet, excellit autoritas: qui jam per omnes peritiores Ecclesias tanta præsentia Spiritus S. interpretati esse dicuntur, ut os unum tot hominum fuerit. Qui si, *ut fertur, multiq; non indigni fide prædicant*, singuli cellis etiam singulis separati cum interpretati essent, nihil in alicujus eorum codice inventum est, quod non iisdem verbis eodemque verborum ordine inveniretur in cæteris: quis huic autoritati conferre aliquid, nedum præferre audeat?

## Judicia.

BEllarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis: Anno 17. Ptolemæi Philadelphi Regis Ægypti, qui fuit annus mundi 3720. facta est celeberrima versio sacrarum Scripturarum ex lingua Hebraica in Græcam à 72. Viris doctissimis non sine miraculo divino, convenientibus tot hominibus in unam & eandem versionem, ut scribunt Phil. l. 2. de vita Mosis, Josephus l. 12. antiquit. c. 2. Tertullianus in Apologetico c. 18. Athanasius in Synopsi, Epiphanius de mensuris & ponderibus, & Augustinus l. 18. de Civit. Dei c. 45. Sed Epiphanius non solùm nominat Regem, sed etiam annum 17. regni ejus. Qui fuerint viri illi doctissimi, & nomina, exponit Aristeas in suo libro de 72. Interpretibus.

Vide Bellarm. de Verbo Dei l. 2. c. 6.

Idem in Psalmum 2. probabile est, septuaginta Interpretes habuisse codices Hebraicos valdè correctos, inde fit etiam probabile, lectionem nostram vulgatam veriorem esse, quàm ea sit, quæ nunc legitur in codicibus Hebraicis. *fol. 7.*

Aliam fuisse Græcam interpretationem ante LXX. videatur in Irenæum Fevardentius fol. 313. & aliam fuisse ante Alexandri imò & Persarum imperia.

*Nicolaus Serarius* in prolegomena Biblica, pag. 94. An hodie LXX. versio sit correcta? Græca Septuaginta versio, ex antiquissimo Bibliothecæ Vaticanæ manuscripto exempiari, & edita studio Cardinalis Antonii Carafæ, Apostolici Bibliothecarii, inchoata mandato Gregorii XIII. perfecta & commendata Sixti V. autoritate. Hanc verò editionem puram prorsus ac sinceram esse, posset ex eo fortasse aliquis putare, *Moguntiæ 1612.*

quòd in suo post præfationem rescripto præcipiat idem Sixtus duo: unum, ut illa editio ab omnibus recipiatur ac retineatur: alterum, ne quis ex ea deinceps audeat vel addendo vel demendo quidquam immutare. Secundò dicendum tamen hanc editionem valdè quidem egregiam, multoque correctiorem ac puriorem iis Græcis Bibliorum exemplaribus, quæ hisce aliquot seculis extiterunt, & quæ in Aldinis, Basileensibus editionibus sunt, idemque in Complutensibus & Regiis Bibliis, nondum tamen esse omninò puram, sinceram & incorruptam.

*Cronia Iohannis Goropij Becani* lib. 4. pag. 435. Ego sanè non absurdè dici posse existimo LXX. Interpretes sese ad hunc annorum numerum voluisse accommodare, cùm Ptolemæo Ægyptiorum Regi sacrosancta Biblia transferrent: ne si tam paucos annos, quàm Hebræi tradunt, transtulissent, totam historiam in suspicionem falsitatis adducerent, apud eos præsertim, qui tam pertinaci studio, antiquitatem suam tuerentur.

De Bibliis Græcis 72. Interpretum Sixto V. Pont. Max. autore editis, commentarius brevis ac dilucidus à P. Galesinio prim. Apost. scriptus ad Cardinalem Alexandrum Perettum Montaltum. Romæ 1587.

*Iohannes Fungerus* de LXX. Interpretibus p. 126.

*Tu cave, qui in Græcam verterunt Biblia linguam,*
*Ne nimium tribuas Septuaginta Viris.*
*Sæpe etenim fontem linquendo, devia carpunt,*
*Hebraicum: hoc possem mille probare locis.*

P. 37. *Robertus Pontanus* Anglus de annis Sabbaticis. Græcam Bibliorum versionem vel hoc nomine in numeris annorum repudiare oportet, quòd eorum calculo, qui huic versioni innituntur, Methusalem quatuordecim annis diluvio supervixisse reperiretur. Quod quàm absurdum, & sacrarum literarum veritati contrarium, quivis facilè animadvertit.

NEO-

# NEO-DECALOGUS CATHOLICUS Romanus.

Uti Mundus Doctori Luthero est inversus Decalogus: ita Papatus est inversus Christianismus.

*- - - - ridentem dicere verum,*
*Quid vetat?*

## S. BRIGITA

*Revelat. lib.1. cap.56. pag.91.*

SIcut illi Clerici solent facere, qui recipiunt multa verba, & componunt in pauca, & illa pauca verba sonant idem, quod illa multa: Sic Clerici hujus temporis, receperunt decem mandata mea, & composuerunt in unum verbum. Quid est hoc unum verbum? *Porrige manum, & da pecuniam.* Hæc est sapientia eorum, loqui pulchrè, & agere malè. *Romæ 1606.*

I.

Ego Papa Romanus
*A* Universalis Episcopus,
*B* Fundamentum Ecclesiæ,
*C* Sum Deus tuus in terra.

II.

*D* Nomen Domini ad Exorcismos usurpabis,
*E* Idololatriam licitam servabis,
*F* Imagines Christi *eodem* genere adorationis coles, quo prototypon, id est Latriâ.

III.

*G* Dies festos B. Virginis & Sanctorum æquè coles ac Christi.

IV.

*H* Parentibus Lutheranis non obtemperabis, sed iis invitis, vota emittes.
*I* Magistratui de hæresi Lutherana suspecto, non obsecundabis.

V.

*K* Sed illum occides.

VI.

*L* Simplicem fornicationem non esse peccatum mortale, observabis, sed

*M* Omnia communia habebis, etiam uxores.

VII.

*N* Bona Lutheranorum, iniquorum possessorum·

*O* Invades, pio & laudabili furto spoliabis.

VIII.

*P* Fidem hæreticis datam, non servabis, sed testimonio specioso decipies.

IX.

*Q* Pro remissione concupiscentiæ non orabis:

*R* Sed meritum Congrui & Condigni apud Deum urgebis, &c.

X.

Vitam æternam

*S* Jure extorquebis, aut

*T* Vili sestertio emes.

# EXPLICATIO.

A.

P.211. editionis Romanæ.

EXtravagantium communium l.1. de Majoritate & Obedientia c.1. Subesse Romano Pontifici omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus, diffinimus & pronunciamus. Omninò esse de necessitate salutis.

Glossa. Non videretur Dominus *discretus fuisse* (ut cum reverentia ejus loquar) nisi unicum post se talem vicarium reliquisset, qui hæc omnia posset.

Concilium Carthaginense III. confirmatum in VI. Synodo generali, in Trullo congregata, can. 26. ut primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus.

*Gratianus*, Dist. 99. Primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps

ceps Sacerdotum, vel summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus: universalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur, ex Pelagio.

Gregorius Magnus lib.6. epist.30. pag. 613. Ego fidenter dico, quia quisquis se universalem sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrit, quia superbiendo se cæteris præponit.

*Parisiis 1571.*

*Anna Comnena*, Imperatoris Alexij filia: l.1.pag.31. Romano Imperio hinc ad regiam nostram urbem translato, totoque regio ordine, translata etiam est sedes Archiepiscopalis, dederuntque superiores Reges primatum Sedi Constantinopolitanæ, inprimis verò Concilium Chalcedonense, quod in supremam speculam Constantinopolitanum collocavit, illique totius Orbis terrarum administrationem commisit.

Imò in Concilio Chalcedonensi plus datum est Episcopo Constantinopolitano quàm Romano potestatis. Constitutus enim est judex omnium controversiarum, quæ inter Episcopos inciderint, adeò ut Græci dicant, totum mundum Episcopo Constantinopolitano esse subjectum, quod Romano nunquam est concessum.

B.

Bellarminus in præfatione de summo Pontifice p.191. Illustre testimonium Esa. 28. v. 16. idcirco hæc dicit Dominus Deus: ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum, qui crediderit, non festinet, non de Christo, sed de Papa Romano exponi, scribens: Est igitur Petri sedes lapis probatus, angularis, pretiosus, in fundamento fundatus, & id quidem nobis.

C.

Extravag. Johan. XXII. Cum inter, de verborum significatione c.5. In Glossa p. 153. Credere autem Dominum Deum nostrum Papam, conditorem dictæ Decret.

*Gaspar Scioppius* in Classico belli sacri p.29. Papa DEUS DEORUM, sed DEI beneficio.

D.

Isidor. Clarius, Episcopus Fulginas: Erant olim in Ecclesia *exorcistæ*, qui super vexatos à spiritibus atq; agitatos dæmoniacis illusionibus

*Volum. 1. orat. 28. vel p.119.b.*

 vel

vel terriculamentis, nomen Domini invocabant & adjuratum Spiritum ejiciebant vel compescebant. Nunc verò instituũtur *Exorcistæ* ijs præditi moribus, qui opus habeant ipsi potius, ut Dæmones, quorum operibus pleni sunt, ab eis ejiciantur, quàm ut expellere ab alijs Dæmones possint. Nunc pro sacris illis verbis ac signis introducti sunt superstitiosissimi Exorcismi, & sacrilegæ adjurationes, quibus verba peregrina & commentitia, ignoti etiam characteres & figuræ adhibentur ac permiscentur, quin hos characteres & figuras ac ignotas literas stultis hominibus divendunt, persuadentes illis, quod dum ejuscemodi characteres secum portaverint securi à periculo sint futuri, quos lex divina damnat, & Ecclesia pronunciat esse fidei Christianæ ac Baptismi Prævaricatores, Ethnicos, Apostatas, & Dei inimicos effectos.

E.

Dum D. Petrus in priori Epistola c. 4. v. 3. fideles ab illicitis idolorum cultibus deterret: Gregorius de Valentia l. 2. c. 7. de Idololatria colligit, quendam cultum idolorum esse licitum.

F.

Thomas Aquinas part. 3. quæst. 25. art. 3. Eadem reverentia exhibetur Imagini Christi & ipsi Christo. Cùm ergò Christus adoretur adoratione Latriæ, consequens est, quòd ejus imago sit adoratione Latriæ adoranda.

VII. Synodus Act. 3. fol. 455. Constantinus, suscipio & amplector honorabiliter sanctas & venerandas imagines, & Latriam, id est, orationem & servitutem, soli Consubstantiali & vivificæ Trinitati debitam, impendo.

*De Festis pag. 318.* *Ludovicus Granatensis* de inventione S. crucis. Quo fit, ut quicquid divinitas & humanitas Christi Domini in salutis nostræ opere, per passionem crucis effecerunt, ipsi ẽt adorandæ crucis ligno tribuamus.

P. 330. Dominicæ verò *cruci eam adorationem* exhibemus, quam Latriam appellant, quæ soli Deo, non ulli rei creatæ debetur.

*Martinus Peresius* Episcopus Hispanus, de Traditionibus p. 240. Si consideremus imaginem Christi vel Sanctorũ, ut repræsentativa est, ac debetur illis reverentia & adoratio, quæ & ipsis rebus, quas repræsentant, debetur: cujus doctrinæ nullum (quod ego viderim) afferunt validum fundamentum, quod possit fideles ad id, quod docent, obligare. Nam neq; Scripturam, neq; communem sensum Sanctorum, neq; Concilij

cilij generalis determinationem aliquam, neq; etiam rationem, qua hoc efficaciter ſuaderi poſſit, adducunt.

P. 245. Nullo tamen modo velim dicere, quod *eadem adoratione* adorarentur: quandoquidem neque Scriptura, neque traditio, neq; Eccleſiæ determinatio hoc jubet, & ut dixi multis etiam ſcandalo ſunt.

*Iohannes Picus Mirandula* quæſt. 5. H. 4. nec Crux Chriſti, nec ulla imago adoranda eſt adoratione Latriæ, etiam eo modo, quo ponit Thomas.

G.

Tileman. Smeling. l. 7. de ſacram. tit. de Pœnitentia. Quot autem millia ſanctorum fuiſſe putamus, qui non ſolùm præcepta Chriſti adimpleverunt, verùm etiam Conſilia Evangelica obſervarunt, & multa ſupererogarunt, qui horribilia ſuſtinuerunt tormenta, multò plus ſatisfacientes, quàm debuerant pro peccatis ſuis.

Fr. Petrus Jeremias, Panormita Siculus, Ord. Præd. de Indulgentijs ſerm. 27. fol. 57. b. Secundò hic theſaurus conſiſtit in meritis ſanctorum, & pœnalitatibus, paſſionibus eorum, qui multa *ſupererogarunt*, quàm meruerunt peccata eorum, & hic illud *ſuperfluum* reponitur in theſauro Eccleſiæ.

H.

Conſenſus enim parentum in ineundo conjugio, non eſt de neceſſitate, ſed honeſtate.

I.

Gulielmus Roſſæus de juſta Reipub. Chriſtianæ in reges impios & hæreticos autoritate p. 458. Chriſtiani non tenentur obedire Principibus hæreticis.

P. 609. Regi hæretico obedientia non debetur.

P. 647. Deus liberat omnes ſubditos ab obedientia regis hæretici.

P. 649. Bella ſubditorum contra reges hæreticos, Deo mandante probantur.

P. 624. Populus juſtè rebellat contra regem hæreticum.

P. 501. Rex hæreticus tyrannus quovis cane vilior.

K.

Omnis Tyrannus poteſt occidi.

Omnis Rex hæreticus eſt Tyrannus.

Ergò omnis Rex hæreticus poteſt occidi.

Minor eſt Gulielmi Roſſæi p. 156 Et Tyrannus eſt monſtrum, Reip. turbo, contemptor juſtitiæ, optimorum hominum inimicus, perditiſſimorum fautor, & ad omnia ſcelera & flagitia projectus.

p. 458.

Pag. 458. Christiani non tenentur obedire principibus hæreticis.

P.579. Bellum pro fide contra hæreticos est omnium justissimum.

P.762. Jacobus Clemens (Monachus Dominicanus, qui Regem Galliarum Henricum interfecit) singulare Dei organum.

L.

Alphonsus à Castro de hæresibus l.4. p.131. b. Græci tamen (ut Guido illis impingit) dicunt, simplicem fornicationem non esse peccatum. Martinus de Magistris in suo libro de Temperantia quæst.2. de luxuria, dicit se fateri fornicationem simplicem esse peccatum mortale: tamen dicit insuper quòd oppositum credere, non sit hæreticum, quia (ut dicit) testimonia Scripturæ non sunt expressa. &c.

M.

Clemens I. epist. 5. in tomis Conciliorum à Petro Crabb e editis, & Carolo V. Imp. dicatis. Communis usus eorum omnium, quæ sunt in mundo, omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius istud, & sic facta inter mortales divisio. Deniq; Græcorum quidam sapientissimus hæc ita sciens esse, ait: Communia debere esse amicorum omnia: in omnibus autem sine dubio sunt & conjuges. Et sicut non potest dividi aër, neque splendor Solis, ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, dividi debere, sed habenda esse communia. Unde Dominus per Prophetam loquitur, dicens: Ecce quam bonum, & quàm jucundum habitare fratres in unum.

*Plato* de Repub. l.5. fol.590. Multò certè difficilius illud creditur, quod vel possibile vel utile sit, haudquaquã arbitror dubium id cuique fore, quàm utile sit, maximumque bonum, mulieres esse communes, communes & filias, si modo fieri possit.

Pag.591. Oportet profectò secundum ea, quæ supra concessimus, optimos viros mulieribus optimis ut plurimum congredi: deterrimos autem contrà deterrimis.

*Prodicus* apud Theodoretum p.157. mulieres esse communes constituit.

*Tom.6.* *Simon Magus* docuit testandam turpitudinem indifferenter utendi fœminis, Augustinus de Hæresibus p.8.

D.Pi-

D. Pistorius im Wegweiser cap.14.fol.666. Und hat nie ein Pabst etwas geglaubt/ das nicht alle vorige fromme Päbst/ Heilige Vätter/ Kirchenlehrer/ Märtyrer/ bekennen / und alle offentliche Christen geglaubt haben.

N.

*Gaspar Scioppius* in classico belli sacri p.19. Eodem prorsus modo iniquissimum est, Lutheranos Catholicorum terras tenere, & jure tu, Cæsar, auditum facies fremitum prælij, ac Wirebergam in tumulum dissipabis, igneq; succendes. Possidebuntq; Catholici ac sub ditionem suam redigent eos, qui se prius possederunt, & Lutheranismus in transmigrationem ducetur, sive ex Germania exterminabitur, Prædicantes & Principes ejus simul. *Ticini 1619*

Principes hæresin in provincijs suis tolerantes sunt Catholicorum prædæ, & magistratus tenentur jurare extirpationem hæreticorum.

O.

Quod de Arnulpho Imperatore referunt quidam Historici, quòd pio & laudabili furto, corpus Beati Dionysij Areopagitæ Parisiensibus abstulerit, & Ratisbonam ad ædem Emmerami transtulerit.

P.

De fide servanda hæreticis, Patres societatis Jesu plerique affirmativam tenent, inprimis in Germania, in Hispania verò non ausim dicere.

Tomas Aquinas Dominicanus secunda Secundæ quæst.70. art.1. hæreticum indocilem prodendum esse judicibus, non obstante fide & juramento.

*Iacobus Simanca*, Episcopus Hispanus in Institutionibus Catholicis de pœnis, tit.16.fol,365. ad pœnam quoque pertinet & hæreticorum odium. quòd fides illis data, servanda nō est. Nam si Tyrannis, piratis & cæteris publicis prædonibus, quia corpus occidunt, fides servanda non est, longe minus hæreticis pertinacibus, qui occidunt animas.

Idem asseruit *Antonius Caceres* Hispanus, in orationibus Romæ excusis 1570.pag.46.

Gregorius de Magalottis Episcopus. *Nicolaus Moronus* in Tractatu Tractatuum tom. xi. editionis Venetæ fol. 432.b. Tertiò limitatur non procedere in Hæreticis quibus fides non est servanda. Barth. Menoch.

Q.

Quia Concupiſcentia in renatis apud Neo-Catholicos non eſt peccatum verè & propriè ſic dictum. Concil. Trid. ſ. ſſ. 5. p. 26.

*Cenſura Colonienſis* pag. 43. Concupiſcentia eſt impropriè peccatum, & D. Paulus abutitur voce peccati.

R.

Mariale Bernhardini de Buſti part. 7. ſerm. 4. de parturitione Mariæ f. 636. editionis Brixienſis. *Dico*, quod eſt meritum Condigni, meritum Congrui & meritum Digni. Meritum Condigni eſt illud, in quo reperitur perfecta ratio merendi, quando ſcil. eſt adæquatio meriti ad præmiū, ut puta, ſi quis per unum diem ſervit alicui laborando fideliter, meretur de condigno certam mercedem ſive præmium; utputa groſſum vel carlinum Meritum Digni & Congrui eſt, quando non eſt perfecta adæquatio meriti ad præmium, ſed differentia eſt inter meritum Digni & Congrui: quia meritum Digni eſt completum in actu: meritum verò Congrui eſt meritum non omninò perfectè completum, ſed tamen exiguum habens defectum. Vel eſt perfecta diſpoſitio & propinquitas ad conſequendum aliquam mercedem in futuro.

## Cenſura Colonienſis.

Pag. 191. Gott biecht vns das ewig Leben an zu failen/ kauff-oder tauſch-weiß/ daß wir mit vnſeren guten Wercken daſſelbig gegen jhm verwechßlen mögen. Non contentus διανομικῇ (quam diſtributionem vocare licet) voluit aliquam inire rationem, ut quadam etiam commutatione nobiſcum ageret, vitamq; æternam *venalem* proponeret.

P. 26. Bona opera ex pacto vitam æternam promereri dicuntur.

P. 186. Præſtandum aliquid *ex proprio*.

S.

Bellarminus de Juſtificatione l. 5. c. 16. p. 414: Ad quartum reſpondeo; abſolutè non poſſe hominem à Deo aliquid exigere, cum omnia ſint ipſius: tamen poſita ejus voluntate & *pacto*, quo non vult exigere à nobis opera noſtra gratis, ſed mercedem reddere. Juxta proportionem operum verè poſſumus ab eo mercedem exigere, quo modo ſervus non poteſt abſolutè à Domino ſuo ullum præmium poſtulare, cum omnia, quæ ſervus acquirit, Domino ſuo acquirat: Tamen ſi Domino placeat dona-

donare illi opera ſua,& pro iisdem tanquam ſibi non debitis mercedem promittente,jure mercedem pro ſuis operibus poſtulabit.

*Ludovicus Granatenſis* in Circumciſione Domini, Concione prima p.305. Huc ſpectat,quod de quodam Rege Scotiæ, ætate,forma, opibus, cæterisq; naturæ ornamentis præſtanti, proditum eſt: qui cum beatæ vitæ ſtudio incenſus,domui,patriæ, fortunis, regioque ſplendori ceſſiſſet,& in abſtruſum ſe Monaſterium abdidiſſet, atque opes, quibus abundaverat, cum Monaſticæ vitæ auſteritate commutaſſet , morti jam proximus & adventantis judicij terrore percuſſus, in eam tandem vocem firmiſſimæ ſpei & conſolationis pleniſſimam prorupit. *Feci Domine, quod juſſiſti, fac tu, quod promiſiſti.*

T.

Jerem. Drexel. de Cœlo l. 2. c. 14. p. 527. de cœlo agitur. Cœlum ut ſcias, ſine impendio non emitur, Deus jam mercatorem agit. Nam Auguſtino præcone ac interprete, Venale eſt quod habeo, dicit tibi Deus, eme illud. Quid habes venale? Requiem venalem habeo: eme illam.

Lib 2. c. 15. p. 551. Videte, quantis cœlum impendijs emerent ij, qui cœlum viderunt: nos ſtultiſſimi rerum æſtimatores, quoties vel panis fruſtillo, vel *vili Seſtertio*, vmb ein halben Batzen/ vel turpis oblectatiunculæ contemtu ſolo mercari cœlum poſſemus, & negligimus? Revera ſic eſt.

## Symbolum Neo-Catholicum Romanum.

In gratiam conſcriptum LAURENTII FORERI Soc. Jeſu, qui tria Symbola edidit Dilingæ, 1622.

ROMA *fidem priſcam jactas, ſed nomine tantum.*
*Deſeruit veram: re nova, perfidia eſt.*
*Dicis habere fidem, quæ tradat ſingula. Quisquis*
*Pervertit ſcriptam, non habet ille fidem.*

MAnipulus exemplorũ R. P. Joannis Faij, Abbatis C. Baronis p. 408. Clericus quidam in Synodo Epiſcoporum prædicare compulſus, anguſtabatur, quidnam dignè poſſet coram tot Prælatis Eccleſiæ prædicare. Cum autem oraret, venit Diabolus & dixit ei. Quid triſtaris? Dicas eis iſtud, & non aliud. *Principes inferni ſalutant Principes Eccleſiæ.* Læti omnes nos gratias eis referimus, quia cum ipſis Prælatis, eorum ſubditi ſimul offeruntur nobis, & per eorum negligentiam devehitur

totus mundus. Invitus quidem dico, sed per Deum coactus. Respondit Clericus: mihi, si narravero, non credetur. At ille tangens maxillam ejus; ecce, inquit, signum, nigredo insolita faciei tuæ, hanc antequam prædices, non tangas: post prædicationem aqua benedicta delebis. Processit ille prædicaturus, & mirantibus cunctis cum signo indito faciei, quæ jussa sibi fuerant, recitavit, & omnium corda ad horrorem maximum commovit.

— Hæc acta sunt Parisijs anno ab Incarnatione Domini 1248. quæ cum nobilis adolescens Thomas de Aquino nomine vereretur, Ordinem intravit Prædicatorum Bononiæ. Cantipratanus de Apibus l.1. c.20. p.80. 81.

## Epistola Concilij Pisani ad Maximilianum I. Imp. fol.61.

Gravissimis notorijsque criminibus ad scandalum usq; manifestissimum, misella Ecclesia opprimitur, ut, nisi protinus occurratur, naufragium factura proculdubio videatur, spreto Constantiensis Constitutionis præcepto solenni voto & juramento universalis Ecclesiæ. Reformationem tamdiu, tanto cum discrimine tum prætermittere, aut potius contemnere, tum præterea eos, qui pietatis intuitu & promissionis religioni, Spiritu sancto duce, opem ferre studeant, uti rebelles, hostesq; & infideles insequi, quasi jam palam facere querat summus Pontifex nihil magis cordi sibi esse, quam ut olim de subactis hostibus triumphum Julius Cæsar retulit: ita se de subacta dirutaque Ecclesia DEI, id est, de bonis illis membris (quod absit) aliquando triumphare.

*Credo in omnes Sanctos omnipotentes, inprimis in S. Franciscum.*

I.

In Deorum numerum receptum.

II.

In S. Virginem MARIAM, DEAM.

III.

In Sanctos Angelos (invito Concilio Laodiceno, quod illos invocari vetuit)

IV. Cre-

IV.

Credo in Dominum Deum nostrum Papam, à quo omnium dogmatum (articulorum fidei) firmitas pendet.

V.

Creatorem Creatoris sui.

VI.

Divinarum & humanarum Legum caput.

VII.

Credo in Deum Patrem, fide tantùm assentiente & incerta.

VIII.

De cujus paterna στοργῇ ego certus esse nescio.

Credo eadem fide & in Jesum Christum.

IX.

Cujus divinitas à Papæ Romani robore pendet.

Credo lac B. Virginis non fuisse à natura productum, sed de cœlo ministratum: Mariale parte 2. p. 135 de nativ. Mariæ serm. 5.

(Lucas Brugensis Orat. 3. p. 42. lac non de terra, sed de cœlo.)

Credo cum Franciscanis, preciosum Christi sanguinem in triduo passionis, dum jacuit in terra, indignum fuisse Latriæ cultu, alioqui stante sententia Dominicanorum contraria, sequeretur pelliculam præputij, quæ ostenditur in Laterano, adhuc esse unitam verbo.

X.

Non verè passum: Christus enim nihil doloris sensit in passione, iuxta Imperatorem Justinianum & Hilarium: nulla est enim communicatio Idiomatum.

XI.

Neque solum pro nobis mortuum, quia B. Virgo *sola* contrivit caput serpentis.

*Tu caput inferni fregisti* sola *Draconis,*
*Virgineo calcans dira venena pede.*

Jure ergò *Redemtrix* nostra & propriè dici potest, & *Reparatrix* Orbis, Anselm. tom. 3. p. 220. c. 9. de Excellentia B. Virginis.

 XII. Cre-

XII.

Credo Christum ad purgatorium non descendisse, quod in V. T. fuit vacuum.

XIII.

Non credo in Spiritum Sanctum fiducialiter, sed fide historica.

XIV.

Verùm credo in sanctam Romanam Ecclesiam, quæ caput totius est religionis.

XV.

Credo Spiritum Tridentinum, actorem simul, reum, testem, & Judicem omnium hæreticorum. Credo Ecclesiam semper visibilem.

XVI.

Clericorum omnium communionem.

XVII.

Etiam uxorum.

XVIII.

Plenissimam peccatorum omnium per Indulgentias certissimas & firmissimas remissionem.

XIX.

Credo etiam purgatorium, unicum refugium Catholicorum.

XX.

Cujus Princeps & hospes Diabolus est, animarum ibi degentium verus Liberator & Salvator.

XXI.

Credo quoque fide infallibili circa finem mundi Judæos verè habituros Messiam.

XXII.

Qui futurus est Catholicorum Antichristus.

XXIII.

Ex tribu Dan nasciturus (quæ tamen opinio non est omninò certa Bellarmino, quia revelatum fuit S. Francisco, Antichristum ex Ordine Minorum fore Monachum.)

XXIV.

Qui Imperium Romanum, etiam Reges Europæos sit sublaturus, tres annos cum dimidio regnaturus: Wird nur ein dreyjähriger Winter- und Sommer-König seyn.

XXV.

Nullam credo animæ humanæ immortalitatem, exemplo Johannis

XXIII. (quod enim unus Papa credit, omnes credere, & credidisse, & credituros verisimile est.)

XXVI.

Neque vitam æternam. Pars enim magna Christianorum, teste P. Drexelio de æternitate, etiam Catholicorum, Gehennæ & cœli æternitatem esse non credunt: Consideratione nona, conclusione tertia, p.65.

## Explicatio.

HÆc fides (qualis fuit tempore Apostolorum) nunc deest. Isidorus Clarius p.208.

Nulla nunc fides est Tom.1.p.317 b.

Tom.2.p.90. Nos nullum veræ fidei vestigium tenemus.

Augustinus Steuchus l.3. adversus Lutheranos p.19. Atque utinam ad unguem veterem illam religionem sequeremur, quæ certè & ipsa est, quam nunc habemus, sed multis ademtis, multis oppositis propter sacerdotum tum ignaviam, tum imperitiam, p. 20.

Bellarminus concione 4. de beatitudine cœlesti p. 471. Proinde non modò potentes, sed planè omnipotentes esse illos, quis jure inficiari potest?

Henricus Sedulius in Apologetico pag. 240. Jure sancti vocantur Omnipotentes.

Bellarminus de Christo l.3.c.16. Potentiam collatam Christi humanitati in omnes creaturas non esse absolutam omnipotentiam, nec requirere omnipræsentiam.

Hosius de spe & precatione fol.265. Quid si in sanctos quoque rectè credi docet Paulus?

I.

P. Bembus in Historia Veneta l.4.p.90.

Sunt enim Sancti omnipotentes, Bellarm. in concionibus p.471.

*Steuchus* de donatione Constantini l.2 p.223. Petrus & Paulus Dii non sunt, sed servi & discipuli Domini nostri Jesu Christi.

Fortassis S Franciscus est decimus tertius Deus, quod Demadem de Alexandro Magno dixisse refert Ælianus l.5.p.111.

II.

Leo x. Turnerus, Carolus Scribanius, Anton. Bonfin. Hung. l.5. p. 98. Dea magna.

Gott

GOtt der HERR selbsten ist der Jungfrawen Mariæ unterworffen. Zinßbüchlein A.4.b.

Im Sommertheil Legendæ Sanctorum von unser lieben Frawen Himmelfahrt p.502.b. O du Himmel-Göttin. Item: Wann du bist die wolgezierte Wohnung der Dreyfaltigkeit.

Item von S. Georgio fol.322. An dem andern Tag gieng S. Georgius an deß Kaysers Ring/da höret er schreyen/wer an Jesum glaubt/ und an seine Mutter/der soll es sagen offentlich 2c.

Sermones de Sanctis Jacobi de Voragine p.335. A Christi justitia licet appellare ad B. Virginem.

p.345. Ipsa enim est, quæ nos suis meritis in atrium principis introducit.

introduci per populos, qui poſſit cauſare ſeditionem vel partialitatem vel ſuperſtitionem, ſed debent omnia regulatè fieri & ordinatè, de mandato & ordinatione ſuperioris, ut nullatenus Ordo hierarchicus confundatur. quod fieret ſi quilibet ad arbitrium ſuum poſſet inſtituere vel fovere novum ritum ſine duce, ſine lege ſtabili, ſine Ordine, ubi ſunt juvenes & virgines, ſenes cum junioribus ſimul in unum, dives & pauper, & illorum turba magna, de quibus ait Eccleſiaſtes. cap. 1. Stultorum infinitus eſt numerus.

VI. Lex Chriſti ſufficienter data eſt in præceptis Decalogi, quorum obſervatio facta cum bona ſimplicitate, & ut ita dicatur *groſſa fide*, ſatis eſt ad ſalutem præſertim laicorum & popularium, abſque nova graviſſimorum onerum impoſitione, juxta illud Chriſti Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Nec valet ſi dicatur, quòd populares ſuſcipiunt voluntariè tales flagellationes ſine prece pro alio, dum invenitur, quod ipſi divina præcepta liberiùs in multis inde contemnunt. Eſt enim contumax humana natura, quæ poſtquam deſtituta eſt ab originalis juſtitiæ ſtatu, cupidius fertur in illa, quæ ſunt adinventionis ſuæ, quàm quæ ſunt divinæ juſſionis: Et hic eſt unus ſuperbiæ gradus, quem apud religioſos loquitur Bernhardus inveniri, dum plus gaudent in abſtinentia vel oratione particulari ſpontaneè ſumpta, quàm in tota regulari diſciplina.

VII. Lex Chriſti ſufficienter ab Apoſtolis & Sacris Doctoribus explicata, non invenitur tales novitates flagellantium ſe conſtituiſſe prædicando vel aliter, ſed potius reprobaſſe, tanquam ſuſpectiſſimas & periculoſiſſimas, & quæ vergere poſſunt in ſcandalum Chriſtianorum, apud Judæos, Saracenos & Paganos, tanquam lex Chriſti ſit auſtera, crudelis & inſangvinibus, non in miſerationibus enutrita.

VIII. Lex Chriſti docet ex præmiſſis & ſimilibus multis Prælatos Eccleſiæ, Paſtores & Doctores, imò & Principes, quod ſectam hujuſmodi cruentam & ſangvinolentam (Gallicè ſanglante) ſtudeant & laborent deſtruere ſeu compeſcere, tam bonis prædicationibus & bonis ſuaſionibus, quàm cenſuris nedũ Eccleſiaſticis, ſed & temporalibus, more prædeceſſorum attento, quòd ſub hoc velamine ac prætextu pœnitentiæ, fiunt iñumera mala, ſicut experti teſtantur: inſurgunt hęreſes, vilipendũtur proprij Sacerdotes, contemnuntur cõfeſſiones, & pœnitentiæ ſacramentales, extorquentur doloſis modis pecuniæ, otia, quæ pigros occidunt,

nu-

nutriſtur. Silemus de furtis, de ſtupris & adulterijs, de periculis, quæ ſunt in falſis fratribus & fraudulentis ſollicitationib. ad omne facinus atq; flagitium, ita ut bonis & malis hinc inde ſtatera juſta, vel æqua lãce penſatis, mala multò plura quàm bona parturire cognoſcatur, hæc ſecta flagellantiũ *pridem & pluries jam damnata*. Propterea dum repullulat vel excreſcit, toto ſtudio funditùs evellenda, proterendaq; cenſetur. Verum quoniam oportet in hoc malo jam radicato, & quod latiſſimè ſerpit, procedere pedetentim & cautè, dum quæruntur eradicari Zizania flagellatorum hujusmodi, ſimul evellatur & triticum prius ſeminatum boni ſalubrisque Verbi Dei.

Notetur igitur Clauſula quadruplex infrà ſcripta.

Fiat inprimis exhortatio vehemens & crebra de & ſuprà autoritate ſacri Concilij, dum illud eſt: ſimiliter de autoritate Papæ & Eccleſiæ Romanæ, quatenus quilibet habeat promtitudinem animo, parere vel obedire mandatis vel inſtitutionibus ſeu Conſilijs prædictorum: quemadmodum facit egregius & fervidus Prædicator *Magiſter Vincentius*, ſicut patet ex literis propria manu ſubſcriptis, noviſſimè miſſis Conſtantiam &c. Imò ſicut non licet hominem ſeipsũ propria autoritate mutilare vel caſtrare, niſi pro ſanitate totius corporis conſequenda, ſic nec licet (ut videtur) quod a ſeipſo quis ſangvinem violenter eijciat, niſi cauſa medicinæ corporalis. Alioqui ſimili ratione poſſet ſe homo cauterizare per ferrum ignitum, quod adhuc nemo poſuit vel conceſſit, niſi forte idololatræ vel falſi Chriſtiani, quales reperiuntur in India, qui ſe putant baptizari debere per ignem 18. *Iulij anno Domini* 1417. *Conſtantienſis tempore Concilij*.

Thuanus lib. 59. p. 62. aſſerit, Henricum II. Galliarum Regem immiſcuiſſe ſeſe flagellantium turbæ.

Athenagoras in legatione pro Chriſtianis p. 29. ubi de Dæmonibus agit, ait: Ut nihil dicam de hominibus illis, qui cultris & flagellis nodatis ſeipſos diſcruciant, nihil etiam de diverſis Dæmonum generibus. Deus certè ad ea, quæ præter naturam ſunt, neminem movet.

P. 32. Verberantur poſt ſacrificium cuncti, multa ſanè hominum millia, viri & mulieres, quomodo autem verberentur, non eſt mihi fas dicere.

*Chryſoſtomus* in Johannem pag. 283. b. Nec ſi animam dederis, aut ſangvinem fuderis, compenſabis. Non enim ſanguis noſter proderit

rit Christo, ut Christi profuit nobis, aut nostra passio beneficium collatura est Domino, ut Domini passionem nobis contulisse gaudemus.

*Iohannes Climacus* gradu 22. p. 198. Etiamsi mille mortes pro Christo pateremur, ne sic quidem satisfacere, aut debitum nostrum implere possemus. Alius quippe est Dei, alius servorum sangvis (secundum dignitatem dico, non secundum substantiam.)

*S. Brigita* Revelat. l. 4. c. 20. Romæ anno 1557. Sunt quidam, qui meritis suis obtinere credunt cœlum, quibus Deus parcit à Diaboli tentationibus ex occulta dispensatione sua. Alij sunt, qui operibus suis satisfacere Deo putabant, pro excessibus suis, quorum omnium error omninò damnabilis est: quia etiamsi quilibet homo *centies corpus suum occideret, non posset Deo unum pro mille respondere.*

*Bernhardus* super Cantica, serm. 38. p. 925. Peccata tua maxima sunt, & nimium multa. Nequaquam pro tot & tantis, nec si *te excories, sufficies satisfacere.*

*Anselmus tom. 3.* de mensuratione crucis p. 188. Si homo mille annis serviret Deo, etiam ferventissimè, non *mereretur ex condigno* dimidiam diem esse in regno cœlorum.

*Iohan. Nauclerus* vol. II. Generat. 45. p. 891. An. 1346. Ubi per Carolum Fratres Mendicantes & Sacerdotes coacti fuerunt desistere, tandē ex devotione Avenionem, ubi curia Papæ erat, profecti sunt: & cū se flagellassent in Ecclesia S. Petri, Clemens VI. volebat eos incarcerare, sed quidam Cardinales eos excusabant; tunc Papa sub pœna execrationis latæ sententiæ, ipsis & omnibus in Christo fidelibus prohibuit, ne de cætero publicis flagellationibus uterentur; sed *pœnitens clam se posset flagellare.*

*Coloniæ 1543.*

## SENTENTIA SCHOLASTICORUM
### De merito Christi.

R*ichardus de Media Villa* in 3. sent. Dist. 15. art. 1. q. 2. Vult Deus & propter sui honorem & bonum nostrum, ut pro his, quæ vovoluntate propria committimus vel omittimus, voluntate propria satisfactionem aliquam faciamus.

*Petrus de Palude* in 4. Sent. dist. 20. quæst. 3. art. fol. 109. b. Sicut pro parvulis sufficit meritum Christi, quia non possunt mereri: *sed adul-*

*a delis non sufficit meritum Christi* cum baptismo, sed tenemur *addere meritum proprium.*

1. *Corinth.9.v.27.* ὑπωπιάζω τὸ σῶμά μου.

I.

*Augustinus* tom.9. de Cantico novo cap.3.p.314. Tale ergo jumentum cohibeamus jejunijs. Vide eum gubernatorem eundemque viatorem Apostolum Paulum, vide illum jumentum suum domantem: In fame, inquit, & siti, in jejunijs sæpius castigo corpus meum, & in servitutem redigo.

II.

*Primasius* in 1. Corinth.9. pag. 80.b. Non fingo certamen, aut in vanum pugno, & in servitutem redigo, ne forte cum alijs prædicaverim, per abstinentiam, ut Elias in melote, Esaias in cilicio, & cæteri in diversis.

III.

*Theophylactus* p.492.b. Indicat eos hic gastrimargia, ventrisq; ingluvie detentos, eamque perfectionis prætextu curare ac fovere. Ego igitur, inquit, omnem sustineo laborem, ut sobriè vivam, ὑπωπιάζω γάρ. hoc est, pugno. ὑπώπια enim dicũtur vulnera, quę sub oculos infliguntur, dum pugnis contenditur. Certamen igitur magnum & ingens quod est adversus naturam, indicat. Tyrannis enim maxima est corporis, & adversarius, inquit, magnus, ipsum corpus. Simulac verò pugno, dixit, & vulnerum meminit, statim intulit, & in servitutem redigo, ut discat quod non sit necesse strangulare ipsum, vel suffocare, sed velut effrenem servum humiliare atque subdere, quod Domini est, non hostis.

IV.

*Oecumenius* in hunc locum, p.308. Non permitto, inquit, ventri aut corpori meo habenas, sed coerceo illud & subijcio: Nam hoc sibi vult, subijcio, & in servitutem redigo, hoc est, domo, ac in modum servi redigo.

V.

*Rabanus Maurus* tom.5.p.318. Quod propriè ad Continentiæ dolores & corporale jejuniũ atq; afflictionem carnis pertinet, per hanc solam se pugilem quendam strenuum suæ carnis esse describens, nec in va-

varũ adverſus eam ictus continentiæ exercuiſſe deſignans, ſed triumphũ pugnæ mortificatione ſui corporis acquiſiviſſe, quo *verberibus* continentiæ, caſtigatione jejuniorum, greſſibus eliſo victori, ſpiritui immortalitatis coronam, & incorruptionis contulit palmam.

*S. Franciſcus ſe quotidie flagellabat*, Specul. vitæ. p. 117. b. Tantus erat fervor amoris & compaſſionis S. Franciſci ad dolores & paſſionem Jeſu Chriſti, & in tantum ſe quotidie pro ipſa paſſione interiùs & exteriùs affligebat, quòd pro proprijs infirmitatibus non curabat.

Diaboli Gaſtaldi, Dei tortores Franciſcum fortiter verberarunt; Boſquier p. 112. Etiam perfectus religioſus idem quod non cognoſcit peccatum ſuum, caſtigatur per Diabolum; ut diligenter videat & conſideret interius & exterius ea, in quibus offendit. &c.

*Iacobus Faber Stapulenſis* in cap. 3. Coloſſ. p. 186. Sed age, inquies, macerationes carnis, ut jejunia, vigiliæ, nuditas, paupertas, ærumnæ, nihili facienda? Nequaquam dixerim, ſed quando oportet, ſunt carni multipliciter adhibenda, quandoq; ut calcar rebelli equo, ne caro petuleſcat. Verùm tunc ut equus ob verbera calcarium non paſcitur, ita neque ob verbera, præmia ſenties, ſed ex gratia Chriſti cui per conformitatem inſéreris, quandoq; etiam non ut calcar. Nam etſi caro non petuleſcat, hæc illi adhibenda non inficias ierim. Apoſtolus enim corpus ſuum hujuſmodi caſtigabat: ne omni ex parte Chriſto non inveniretur conformis, & ſic à conſortio ejus excluderetur. Caſtigo, inquit, corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne cùm alijs prædicavero, reprobus efficiar. Verùm *in illis caſtigationibus ſummam ſuæ ſalutis non collocabat*, ſed in gratia Chriſti, cui per illa credebat eſſe conformis, & illum imitari, & imitationis ſe alijs præbere typum, cuius ſcopus & veritas Chriſtus. Verum dices, peccator ſum, cilitium porto, jeiuno, abſtineo, verbera ſuſcipio, oro, lachrymas ubertim fundo, pulveri me voluto, ut Deus mei miſereatur. Benefacis, ſed tunc optimè, cum hæc omnia facis, non te ipſum, non opera tua, ſed Deum reſpicis, niſi cum te peccatorem dicis. Nam in hoc Chriſto Deoq; contrarius es. &c.

Was

## Was von den Wallfahrten nach Jerusalem / zu dem Heil. Grab zu halten sey?

Ein Schreiben

## Deß Heiligen Bischoffs Gregorii Nysseni,

so gelebt vmb das Jahr Christi 380.

Vnd auß den Offenbahrungen

Der Heiligen Brigitten / Königin in Schweden / die gestorben Anno 1373.

Verteutscht durch ELIAM Ehingern.

## Deß H. Gregorii Bischoffs zu Nyssa Predigt / Von denen Die nach Jerusalem Wallfahrt ziehen.

LIeber Freund / dieweil du mich gebeten / vnd zwar Schrifftlich / als hab ich dir wöllen Antwort geben. Fürwahr die sich einmahl verlobt / daß sie wöllen fromb vnd Gottselig ihr Leben zubringen / halt ich der Müh wohl wehrt seyn / daß sie allezeit auff die Stimm deß Heiligen Evangelijschen / vnd gleich wie die jenigen / so etwas nach dem Winckelmaß abmessen / nach demselbigen ihr Abmeß nehmen / vnd für Augen haben / vnd was krumb vnd abwegs / zu recht bringen: Also halt ich darfür / daß es sich gezieme / durch ein rechte Lineam, die nicht abweicht (nehmlich durch die Evangelische Schnur) ihnen zugeeignet / daß sie nach GOtt gerichtet werde. Derowegen weilen etliche vnter denen / die ein einsammes / von andern Leuten absondertes Leben erwehlt / für ein Stuck der Gottseligkeit halten / die heilige Oerter zu Jerusalem zu besuchen / in welchen man die Fußstapffen vnsers HErren Christi siehet / wil die Nothturfft erfordern / auff diese Regel wohl achtung zugeben / vnd wann GOttes Befehl vorhanden solches zu thun / man solches ins werck setze. Wann aber kein Befehl vorhanden / weiß ich nicht etwas fürzuwenden / das wieder Gottes Willen vnnd Befehl ist / vnd jhm selbsten ein Gottesdienst mache.

Fürwahr / da der Herr Christus die gesegnete deß Vatters zu dem

Himmlischen Erb vermahnt/hat er dieselbige nicht vermahnt / daß sie solten nach Jerusalem wallfahrten / vnd da er die Seligkeiten erzehlt/ hat er den Fleiß zu wallfahrten nicht in sich begriffen. Derowegen soll ein Vernünfftiger wol behertzigen/ob er das jenige / welches weder selig macht/noch zur Seligkeit tüchtig ist/wölle vollziehen. Ja wann es nutzlich were/so müste es von denen/ so vollkommlich seyn/ nothwendig gehalten werden. Wann man aber der Sach embsig vnd mit allem Fleiß nachtrachtet/so befindet man/daß denen/so ein heiliges Leben führen/ein grosser Schad darauß entstehn / vnd darum hefftig zu fliehen vnd zu meiden / damit nicht die/ so ein Gottseliges Leben fürgenommen/einen Schaden empfahen. Was ist dann für ein Schaden zu gewarten? Es haben zwar jhnen Mann- vnd Weibspersonen / heilige vnd ansehliche Sitten fürgenommen: Aber es ist eine sonderliche Art die Weißheit zu erlangen: vnd wird in einem eingezogenen einsamen Leben recht erhalten/als wann ein vnvermischte vnd vnbetrübte Art zu leben ist/da weder die Weiber mit den Männern/noch die Männer mit den Weibern/zu Erhaltung der Erbarkeit/sich dörffen zancken. Es verhindert aber die Notturfft zu reisen solch scharpffes Außsehen. Dann es ist vnmüglich daß ein Weibsperson ein solche Reiß fürnehme/wo sie nicht einen Gehülffen vnd Auffseher bey sich hat/wann sie wegen Gebrechligkeit jhres Geschlechts auff ein Pferd wird gehoben/vnd widerumb herabgenommen/vnd an gefährlichen Oertern gar nicht angegriffen. Es geschehe nun auff mancherley Art/es seye/sie habe gleich einen Bekandten/der jhr diese Dienst leistet/oder sie bestellen / der solches thut/ so wird dieses ohne Ergernuß vnd Tadel vnd Argwohn nicht wol geschehen.

Dann sie vertraw sich entweder einem Frembden / oder einem Bekandten/so hält sie doch nicht das Gesetz der Mässigkeit vnd Erbarkeit/dieweilen man in den Morgenländern/in Losamenten/Herbergen vnd in gar viel Stätten/grosse Frechheit vnnd Muthwillen übet / wie kans müglich seyn/daß in einem so grossen Rauch/die Augen nicht vom Rauch beissig werden? Da beflecket wird das Gehör / die Augen / das Hertz wird entzündet durch die Augen / vnd die Ohren schandliche Sachen hören. Ist es auch müglich solche angesteckte Oerter durchwandern/daß eines nicht bewegt werde?

Wie kan aber eines besser vnd frömmer werden / wann es schon

an

an diese Oerter kompt? Gleich als wann der HErr Christus auff diese Zeit leibhafftig an demselbigen Ort were/ von vns aber were abgewichen? Oder als wenn der H. Geist zu Jerusalem viel häuffiger vnd überflüssiger were/vnd zu vns nicht kommen möchte?

Wann man nur auß diesem/was vor Augen schwebt/gewisse Beweisungen der Göttlichen Gegenwart/möchte nehmen/so möcht einer billich meynen/Gott were vielmehr bey den Völckern in Cappadocia/ als ausserhalb. Dann wie viel Kirchen vnd Altär haben sie/durch welche der Nam Gottes geehret wird. Es seyn kaum so viel in der gantzen Welt.

Zu dem/wann die Gnade Gottes häuffiger vnd reicher zu Jerusalem were/so weren die Sünde bey den Leuten/ so da wohnen/ nicht so gemein. Nun ist aber kein Sünd/kein Laster zu nennen das nicht im vollen Schwang daher gieng/als allerley Bubenstück/Ehebruch/Diebstal/Abgötterey/Zauberey/Neid/Todtschlag/ vnd ist diese Sünd sehr gemein/also gar/daß kein leichterer Ort zu tödten gefunden/als bey denen/die wie das tolle vnvernünfftige Vieh zusammen lauffen wider jhre Landsleut/vmb deß schädlichen Gewinns willen. Wann nun solche Sünde an diesem Ort verübet werden: Wie solt ich glauben/daß allda Gottes Gnad viel häuffiger/als anderstwo/ seye anzutreffen?

Ich weiß aber gar wol/ was andere wider das/ so gesagt worden/ möchten fürwenden sprechend/warum hastu gelobt/daß du solche Weis woltest fürnehmen? Dann wann die Wallfahrt keinen Nutzen mit sich bringt Gott zu dienen/warum hastu selbsten einen so weiten Weg zu Wahlfahrten für dich genommen?

Derowegen so hören sie meine Verantwortung. Ich hab müssen reisen auß dessen Befelch der mir Leib vnnd Seel gegeben hat/ an die Oerter da der heilige Synodus vnd Versamblung der Bischoff gehalten worden/zu Verbesserung der Kirchen in Arabia/vnd weilen Arabia mit Jerusalem angräntzet/hab ich versprochen mit jhm zu kommen/mich mit den Bischoffen vnd Vorstehern der Kirchen zu Jerusalem zu berathschlagen: Dann jhre Sachen waren bawfällig/ vnd bedürfften Hülff vnd Rath.

Zu dem kompt auch/daß vnser frommer vnd gottseliger Kayser vns erlaubte/vnd Zehrung auff den Weg gabe/ waren wir versichert/ daß wir keine dergleichen Gefahr durfften leiden/die sonst andere möchte betreffen.

betreffen. Zu Geferten hatten wir auß Klöstern vnd der Kirchen/die die gantze Zeit für vns baten vnd fasteten. Darum soll vnser Exempel nie- mand ärgern/sondern unser Rath soll statt finden/wann wir rathen das jenige/was wir mit vnsern Augen gesehen haben. Dann eh wir auch dahin kamen/vnd hernacher haben frey offentlich bekant/ Christus sey ein wahrer Gott/so ist vnser Glaub nicht gemindert/noch durch dieselbige Reiß verunehret worden: Vnd wir wusten daß der Sohn Gottes hatte menschliche Natur an sich genommen eh wir gen Bethlehem kamen/vnd wir haben eine Aufferstehung der Todten geglaubt/ eh wir zum Grab kamẽ/vnd wir haben bekannt daß Christus sey gen Himmel gefahren/eh wir den Oelberg sahen. Das war die jenige Nutzbarkeit vnserer Wallfahrt/ daß wir auß der Vergleichung befunden/ vnser Glaub wer viel heiliger als die äusserliche Oerter.

Derowegen alle die ihr GOTT fürchtet/ lobet Gott an allen Orten/da jhr wohnet. Man kommet nicht näher zu Gott wann man wallfahrtet/sondern an welchem Ort du auch seyn wirst/ so wird Gott zu dir kommen/allein sihe zu/daß dein Seel eine solche Herberg bekomme/daß Gott in dir möge wohnen vnd wandlen. Wann aber dein innerlicher Mensch wird voller böser Gedancken stecken/ vnd wann du schon an der stätt Golgata werest/oder auff dem Oelberg/ oder bey dem Grab der Aufferstehung deß HErrn Christi/ so wirstu noch so weit seyn/daß du Christum habest ergriffen in deinem Hertzen/ als daß du kaum den Anfang deß Christlichen Glaubens erlangt. Derowegen mein Geliebter/gib den Brüdern den Rath/daß sie ausser dem Leib zu dem HErrn Christo wallfahrten/ nicht auß Cappadocia nach Jerusalem. Wann aber jemand uns den Befelch deß HERRN Christi wolte fürwerffen/der da sagt/die Apostel nicht von Jerusalem ziehen/der solle solchen also verstehen. Dann dazumalen ward die Gnad vnd Außgiessung deß H. Geists noch nicht über die Apostel geschehen. Darum hat sie der HErr zu Jerusalem heissen verbleiben/ daß sie vollendet vnd angethan wurden mit der Krafft auß der Höhe. Gewißlich wann die Außgiessung deß Heiligen Geists müste biß auff vnsere Zeit wehren/ daß der Heilige Geist in Gestalt der fewrigen Zungen solte nothwendig seyn/ so müsten wir alle da seyn/ wo die Außtheilung der Gaben anzutreffen. Wann aber der Geist blaset wo er will/ so werden alle die da geglaubt haben/ theilhaff-

NB.

theilhafftig werden der Göttlichen Gnaden/ nach der Maß deß Glaubens/ nicht nach der Reiß nach Jerusalem.

## In den Offenbahrungen der H. Brigittæ/ im 4. Buch/ am 140. Cap. fol. 410.

Derowegen zu wissen/ daß die Reiß oder Wallfahrten der jenigen geharnischten Soldaten von gottloser Gesellschafft/ die sie fürnehmen wöllen nach dem heiligen Grab meines Sohns/ so wenig meinem Sohn gefällt dem warhafftigen Gott/ als gefallen hat das Gold welches das Jüdische Volck ins Fewr geworffen/ von welchem der Teuffel ein geschmölztes Kalb hat gemacht. Dann in jenem stackt Hochfart vnd böse Lust/ vnd wann sie wöllen zu besagtem Grab wandern/ so geschicht solches mehr auß Hochfart vnd Geytz/ als auß Lieb vnd der Ehr Gottes.

## S. Athanasius in vita S. Antonii p. 30.

Es ist nicht vonnöthen/ daß wir wegen deß Reichs Gottes ein Reiß oder Wallfahrt furnehmen/ oder über Meer fahren wegen der Tugend/ dann also sagt der HErr das Reich Gottes ist in euch.

# Canones Pœnitentiales.

## Ex Statutis Synodalibus Johannis, Administratoris Ecclesiæ Ratisbonensis. Bambergæ 1512.

CUm nulli Presbytero liceat facere, quod possit sanctorum Patrum regulis obviare, & sacerdotes Canones pœnitentiales scire teneantur, sine quibus etiam sacerdotis nomen vix possit constare. Quatenus ergò circa dispensationem pœnitentiæ (quæ licet hodie sit arbitraria) cautiùs arbitrentur, eosdem Canones statutis nostris duximus subnotandos.

Primus est, quòd si presbyter fornicationem fecerit, pœniteat 10. annorum faciat hoc modo, scilicet quòd sit inclusus, sive à cæteris in aliquo loco remotus, sacco indutus & humi prostratus, misericordiam Dei jugetur implorans, primis tribus mensibus continuis à vespere in vesperam, pane & aqua utatur, exceptis Dominicis diebus & festis præ-

cipuis, in quibus modico vino, pisciculis & leguminibus recreetur.

Elapsis autem sic tribus primis mensibus de illo loco exeat, non tamen in publicum procedat, ne populus in eum scandalisetur. Et per hoc videtur, quod in publico crimine loquatur. Post hoc resumtis viribus aliquantulum, unum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis DOMINICIS, & aliis præcipuis festis, in quibus vino, sagimine, ovis & caseis poterit uti. Finito sic primo anno & dimidio, particeps sit corpo- poris DOMINICI, & ad pacem veniat, & ad Psalmos cum aliis fratribus canendo in choro ultimus recipitur. Ad cornu tamen altaris non accedat, sed minorum ordinum tantum officia gerat, deinde usque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias, scilicet secundam, quartam & sextam, exceptis diebus paschalibus, in pane & aqua jejunet: secundam tamen feriam, uno psalterio vel denario, si sit operarius, redimere poterit. Et sic cum septimum annum compleverit, potest eum Episcopus ad gradum pristinum revocare, ita tamen, quòd in tribus annis sequentibus sine ulla redemtione omni feria sexta in pane & aqua jejunet. Et eadem pœnitentia imponenda est Presbytero de omnibus aliis peccatis, quæ dispositionem inducunt. Probantur autem hæc omnia 82. DIST. Presbyter, Si fornicationen. Quod intelligunt quidam de simplici fornicatione: alii fortè melius secundum Ray. de adulterio vel incestu, puta, quia cognovit conjugatam, consanguineam vel affinem.

Secundus casus est, si Presbyter cognovit filiam suam spiritualem, quam scilicet baptisavit: vel in baptismo vel in confirmatione tenuit, vel quæ sibi confessa fuit, debet pœnitentiam agere 12. annis, & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum, & peregrinando 15. annis pœniteat, & postea Monasterium intret, tota vita sua moraturus ibidem. Episcopus verò qui talia commisit, pœniteat 15. annis. Ipsa verò mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare, & conversa usque ad mortem in Monasterio Deo servire. 30. q. Si quis sacerdos, &c. non debet.

Tertius est, quicunque filiam suam spiritualem vel matrem cognoscit, 7. annis pœniteat, & similiter ei consentientes. 30. q. 3. non oportet.

Quartus est, qui contrahit cum aliqua, alii desponsata per verba de præsenti, ipsa dimissa 40. diebus in pane & aqua, & sequentibus 7. annis pœniteat, Extra de spon. duo accepisti.

Quintus

Quintus est, qui cognoscit duas commatres vel sorores, sive uxor vivat, sive non, ad minus 7. annis pœniteat, licet plus deberet 50. q 4. Si Presbyter.

Sextus est, *qui cognoverit Monialem* sive devotam, 10. annis pœniteat, & similiter ipsa secundum formam traditam, 27. q 1. de filia, &c. devotam. In quorum primò C. dicitur, quòd si filia Episcopi vel Presbyteri vel Diaconi post votum solenne contraxerit matrimoniũ, & non admittatur ad cõmunionem; nisi marito defuncto pœnitentiam egerit. Si autem eo vivente decesserit, & pœnitentiam egerit, & communionem petierit, tantum in fine vitæ recipiet eam. In secundo C. dicitur, quòd devota peccans, non est recipienda in Ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens egerit pœnitentiam 10. annis, postea recipiatur ad communionem, & antequam in Ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius convivium Christianæ mulieris accedat.

Septimus est de eo, qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem, pœniteat 7. annis. Qui autem scienter, perpetuo privetur conjugio. 34. q. 3. si quis cum duabus.

Octavus est, quod qui duxit in uxorem, eam quam polluit per adulterium, pœniteat 5. annis. 31. q. 1. Si qua vidua.

Nonus est, quòd qui contra naturam peccavit, si sit Clericus, debet deponi, vel religioni tradi, si corrigibilis appareat, ad perpetuam pœnitentiam peragendam. Si verò sit laicus, à cœtu fidelium usque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus. Extra de exce. præ. Clerici. Hoc enim vitium majus est, quam cognoscere matrem 32. q. 7. adulterii & est. Aug. Adulterii, inquit, malum vincit fornicationem. Vincitur ab incestu fornicatio. Pejus enim est cum matre, quàm cum aliena uxore cõcumbere, sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, ut si vir membro mulieris, non adhoc concesso, uti voluerit. Hæc Aug. Quocunque autem modo tale factum exerceatur, præterquam inter virum & fœminam, ordinatè in vase debito, vitium contra naturam & Sodomiticum judicatur, ut dicit Ray.

Decimus est, *quòd qui coierit cum brutis*, pœniteat plus quàm 7. annis, & similiter pro incestu 32. q. 2 Hoc ipsum & §. seq.

Undecimus est, quòd Presbyter, qui interest clandestinis nuptiis, triennio suspenditur, & si culpa exegerit, gravius puniatur. Extra. de Clan. despon. Cum inhibitio.

Duodecimus est, quòd qui votum simplex violavit, pœniteat tribus annis 27. Dist. Si vir.

Tredecimus est, quòd qui excommunicatus celebraverit, debet triennio pœnitere, & feria 2. 4. & 6. à vino & carnibus abstinere, 11. q. 3. de his. de pœna verò degradati celebrantis, habetur dis. 1. accedens.

Quartus decimus est, *quòd homicida voluntarius* sine spe restitutionis deponitur, & pœniteat 7. annis, dist. 50. miror.

Quintus decimus est, quòd homicida casualis pœniteat 5. annis, & hoc secundum Ray. si culpa casum præcessit, aliter non nisi fortè ad cautelam, dist. 50. eos, & duobus C. se.

Sedecimus est, quòd si quis fecerit homicidium propter necessitatem, pœniteat duobus annis, dist. 50. C. de his Clericis, quæ licet inevitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50. dist. quia tc. Quod verum est quoad culpam, sed bonum esset quòd pœniteret quoad cautelam, & innocentiam suam Ecclesiæ ostendendam, Extra. de homicidio c. 2. § ult. Et secundum Ray. fortè distingui potest in homicidio necessario, sic in casuali, scilicet utrùm culpa præcesserit necessitatem vel non. ar. dist. 50. de his no. Extra. de homicid. Interfecisti. Sed etsi quis per insaniam committat homicidium, non ei imputatur, 3. q. 4. Judicas. quin etiam qui intuitu disciplinæ incautè percutiendo occiderit, deponitur. Extra. de homicid. Presbyterum 15. q. 1. Si quis non irritatus. Sed qui ligatum latronem interficit, deponitur, extra de homicid. Suscepimus. Qui autem latronem occultum occidit, quem vivum comprehendere potuit, 40. diebus non intret Ecclesiam, & alios pœnitere debet Extra. eo c. 2. ubi de hoc dicitur. Qui verò *Paganum vel Iudæum occiderit*, pœniteat 40. diebus. dist. 50 §. qui non odij.

Decimus septimus est, quòd *matricida* pœniteat 10. annis secundum formam satis apertè traditam 33. q. 2. latorem. Uxoricidæ verò gravior pœnitentia debet imponi. Talis enim & qui Dominum occidit, nunquam equitat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit, usque ad 10. annos, carnes non comedit, nec vinum bibit, & alia, quæ habentur 33. q. 2. admonere, & C. quicunque. Imponitur autem pœnitentia major Uxoricidæ, non quia illud peccatum sit gravius isto sed quia homines proniores sunt ad occidendum uxores, quàm matres. Majus enim peccatum est occidere matrem, quàm occidere uxorem, ut dicit Bona. in 4. Sententiarum, & communiter omnes Doctores Gul verò

Duran.

Duran. tenet contrarium in Repertorio, pro eo, quod *Vxoricidæ* imponitur pœnitentia major. Mihi autem magis placet ſententia aliorum. Sed qualem pœnitentiã agere debent *qui filios occidunt*? Reſp. aut eſt certum, ipſimet quod ſcienter interfecerunt, & ſic debet eis imponi pœnitentia major, quam pro alio homicidio ar. extra eo. C. ult. in tex. & gl. & de homicidio cum juramento de pe. diſtinct. 1. aut facta. In hoc tamen caſu vir uxorem recuperat, quam coactus abjuraverat, & ipſa pœnitentiam agit ſecundum arbitrium Epiſcopi, ita quod ſi habet alios filios pacificè gubernare poſſit eos uxor. Extra. c. Intelleximus, quòd ſi virum non habet, induci debet, ut intret religionem: ad quod ſi non poteſt induci, tutius eſt ei dare licentiam nubendi, ut Extra. eo. Veniens. Et hoc quando timetur de incontinentia, aliàs, non ut patet 31. q. 2. in adoleſcentia. Et ſi pater ſit Clericus, ab officio altaris debet perpetuò abſtinere, & ei gravior quam laico, non tamen publica (niſi veniat in publicum) pœnitentia debet imponi, ut extra. de pæn. Quæſitum. Aut certum eſt, quòd non interfecerunt ſponte, nec in culpa fuerunt, ſed caſu fortuito contigit, & ſic diſtricto jure in nullo tenentur a. extra de de homi. ex literis 2. & C. Johannes & C. ult niſi velint ad cautelam pænitere. In dubio tamen præſumitur, quod non hoc eſt certa ſcientia, ſed potius ex incuria provenerit, extra. de præſum. Aut certum eſt, quòd non exhibuerunt omnem diligentiam quam potuerunt & debuerunt, & ſic culpa præceſſit caſum. Et ſi ſit gravis culpa, ut ſi poſuit puerum in medio utriuſque. ſecundum arbitrium pœnitentiarij, imponitur pœnitentia 5. vel 7. annorum. 50. diſt. Si qua fœmina, & c. ſe, & c. ſi quis ſponte, occulta ſi ſit, occultum, publica ſi ſit, publicum, & major ſi in lecto ſuffocetur, quàm ſi in cunctis, & major Presbytero Græco, quàm laico, ut habetur extra. de pænit. Quæſitum. Et licet diſpenſator quo ad pænitentiam, quæ eſt arbitraria, ut dicitur ibidem, non tamen quo ad ordines propter homicidium, quod eſt delictum enorme, & indiſpenſabile diſt. 50. miror. Si autem culpa, quæ præceſſit caſum, ſit levis, ut ſi poſuit puerum in eodem lecto, longe tamen à ſe, imponitur pœnitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud extra. eo de infantibus. Monendi ergò ſunt parentes, quod tam tenellos ſecum in uno non collocent lecto, ne qualibet negligentia interveniente opprimantur & ſuffocentur, ut 2. quæſt. 5. conſuluiſti. Et hoc modo diſtingvit Hoſti & Ber. extra de infantibus. Quid de illis, qui filios vel ſervos ſuos

 infan-

infantes vel etiam adultos langvidos relegata pietate exponunt, id est, extra ponunt ante Ecclesias, ut aliqui moti misericordia colligant eos? Resp. tales graviter peccant, quia cum ignoretur sæpè consangvinitas expositorum contrahere possunt matrimonium cum sorore vel cum consanguinea, ideo exponens tenetur de hoc peccato pœnitere, & est puniendus, sicut expositus, si scienter cum tali contraheret, extra. de pœnit. officij secundum Hosti. Talis enim secundum Ray. est tanquam homicida judicandus, qui hominem sibi ita cōjunctum periculo mortis exponit. Consideratis tamen circumstantijs, & utrum ob hoc mors secuta fuerit, vel non fuerit, pœnitentia moderanda erit. Erunt autem tales irregulares secundum Ray. si mors inde sit secuta, quia scilicet fuerunt in culpa, eos exponendo vel alimenta negando: Tamen secundum Ray. si in nulla culpa fuissent, quia nec forte nec eleemosynas quærendo, nec eos aliter alere possent irregulares non essent, nec peccarent.

Decimus octavus est, quòd qui *Presbyterum interfecit,* pœniteat 12. annis, extra. de pœnit. & re. c. 2. De pœnitentia verò ejus, qui machinatur in mortem Domini sui, vel in regimen ejus, habetur 23. quæst. ult. §. Si quis.

Decimus nonus est, quod si injustè alium ad mortem accusat, 40. diebus in pane & aqua per 7. annos jejunet & pœniteat, & hoc si accusatus sit occisus. Si autem tantum membrū perdiderit, triennio pœniteat: extra. de accus. accusasti. Hosti. vero & 10. de Deo in jejunando intellexerunt, quod primus pœniteat per septem annos quolibet anno jejunando 40. diebus in pane & aqua. Secundus verò per tres annos G. verò Duran. intellexit pro ut litera magis sonat, scilicet quod primus jejunabit 40. diebus in pane, & aqua, sive continuè sive interpolatè, & per septem annos jejunabit & pœnitebit, non tamen in pane & aqua, sed ad arb trium Presbyteri. Secundus verò per tres Quadragesimas. Prima ante natalem Domini, secunda ante Pascha, tertia ante Sanctum Johannem: has enim instituit beatus Petrus, ut habetur in Chronicis. Jejunabit autem tunc in pane & aqua. Probantur hæc secundum Hosti. 22. q. 5. c. 1. 2. & 3.

Vicesimus, quòd *perjurus* 40. diebus in pane & aqua jejunet, & 7. annis sequentib. pœniteat, & semper debet esse in pœnitentia, scilicet inferiori 6. q. 1. Quicunque.

Vice-

Vicesimus primus, quòd qui compulsus conditionaliter pejerat, si liber sit, 40. diebus in pane & aqua, & hoc secundum gloss. intellige vel continuè, vel interpolatè pœniteat, & 7. annis seqq. non tamen in pane & aqua, ut dicit gloss. Si verò servus sit ejus, qui eum coëgit, tribus Quadragesimis, & legitimis feriis, scilicet 2. 4. & 6. 22. quæst. 5. Qui compulsus.

Vicesimus secundus, quòd qui pejerat in manu Episcopi vel in cruce consecrata, pœniteat tribus annis. Si verò in cruce non consecrata, uno anno. Qui verò coactus & ignorans ignorantia juris & postea cognoscit, pœniteat tribus Quadragesimis 22. q. 5. C. 2. Qui verò coactus pro vita redimenda vel qualibet causa, vel necessitate peierat (quia corpus plusquam animam dilexit) tribus Quadragesimis pœniteat ea q. C. Si quis coactus. Alij indicunt tres annos & unum ex his in pane & aqua.

Vicesimus tertius est, quòd qui falsum scienter jurat, vel alium jurare cogit, dieb. 40. pœniteat in pane & aqua. & 7. seqq. annis nunquam sint sine pœnitentia, scil. interiori. Alii etiam, si conscii fuerint, similiter pœniteant 22. q. 5. si quis convictus.

Vicesimus quartus, quod qui mensurat in falsa mensura, 30. diebus in pane & aqua jejunet. Extra. de contrahend. empt. ut mensuræ. De pœna verò falsarii literarum habetur extra. eo, ad audientiam & C. dura. & C. ad falsariorum & de verbor. signification. novimus.

Vicesimus quintus est, qui frangunt pœnitentiam solennem sive redeundo ad crimina priora vel similia, sive redeundo ad negotiationem vel malitiam secularem, quæ sibi fuerant interdicta, sola intra Ecclesiam fidelibus oratione junguntur, à communione suspenduntur, à Catholicorum conviviis separantur, & pœnitere debent 10. annis, & communicent in fine vitæ 33. quæst. 2. de his verò & de pœnit. dist. 5. Si quis verò.

Vicesimus sextus est, qui canit Missam, & non communicat, debet uno anno pœnitere, & interim Missas non cantare. de Consecr. dist. 5. relatum.

Vigesimus septimus est, quòd Presbyter, qui mortuum Clericum involvit in palla altaris, pœniteat 10. annis, & mensibus. 5. Diaconus

conus verò triennio & dimidio. de Consecrat. dist. 1. nemo per ignorantiam.

Vicesimus octavus, quòd qui *committit Sacrilegium*, Ecclesiam violando, vel chrisma sive calicem sacrum pollutis manibus accipit, vel similia sacrilegia committit, pœniteat 7. annis. Primo anno extra cœmiterium, quod violavit, consistat. Secundo anno ante fores Ecclesiæ. Tertio in Ecclesia, & in hoc triennio carnes non comedat, vinum non bibat nisi in pascha vel natali, non offerat, nec communionem accipiat. Quarto anno communicabit & in illo & in 5. & in 6. & in 7. tribus feriis, à carnibus & vino abstineat jejunando 12. q. 2. de mon. Comburens autem Ecclesiam, quindecim annis pœniteat, & eam restituat 17. quæst. 4. §. si quis, & inversi. majus. De pœna vero raptoris sive furis rei Ecclesiasticæ, & de pœna furis & effractoris tam Clerici, quàm Laici habetur eadem quæst. §. peccata & C. si quis Clericus.

Vicesimus nonus, quod si parentes frangunt, sponsalia filiorum, à communione triennio separentur. Et similiter filij, si sint in culpa, si tamen filij secundum promissionem factam, contraxerint, excusantur utique, scilicet, quo ad pœnam Ecclesiæ, sed non quoad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium, 31. q. 3. Si qui parentes ar. de pæn. dist. 1. Si cui.

Tricesimus est, quòd qui *blasphemaverit publicè Deum*, vel aliquem Sanctorum, & maximè beatam Virginem, illi debet Episcopus hanc pœnitentiam injungere, scilicet, ut 7. diebus Dominicis præ foribus Ecclesiæ in manifesto, dum Missa cantatur, existat, & ultimo illorum dierum dominicorum pallium & calceamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & 7. præcedentibus sextis feriis in pane & aqua jejunet: Ecclesiam nullatenus ingressurus, & quolibet prædictorum dierum tres pauperes, vel duos, vel saltem unum reficiat, si potest, & si non potest, hæc pœna in aliam commutetur. Quòd si renuerit agere omnia supra dicta, interdicatur sibi Ecclesia, & in morte privetur Ecclesiastica sepultura, extra. de maledi. Statuimus.

Item *blasphemus* si fuerit dives 40. alioqui 30. vel 20. & si ad hoc non sufficit, quinque solidorum usualis monetæ pœna mulctetur, nullamq; misericordiam in hoc habiturus, ut dicitur ibidem scilicet quin solvat quinque solidos, quos si non habet, currat per civitatem, vel commute-

mutetur in pænam aliam temporalem. Hæc autem pæna ſolvetur ei, qui condemnat, id eſt, poteſtati ſeculari: hanc enim pænam temporalem præcepit Papa imponi, per poteſtatem temporalem. Quòd ſi neglexerit, per Epiſcopum præcipitur cogi. Hæc Hoſti. Habet autem prædicta pæna locum ſecundum Gof. cum quis blaſphemat non ex ira vel ebrietate vel dementia, quia tunc cum eo benignius ageretur; ij. q. 3. Si quis iratus. §. notandum. Secundùm verò Hoſti hæc pæna eſt ſpecialiter inducta, contra eos, qui Deum blaſphemant ex ira. Non enim aliquis de levi blaſphemat Deum, niſi iratus: Tanta tamen poteſt eſſe iracundia, quæ æquiparetur dementiæ, & tum illud, quod dicit Gof. locum poſſet habere. Hæc Hoſti.

Quòd ſi quis juret per caput vel per ventrem vel corpus vel capillum? Reſpondet Hoſti. quod ſi fiat hoc affirmando vel jurando, non habet locum hæc pæna: ſecus eſt, ſi faciat hoc deteſtando vel vituperando licet iratus. Item ſecundum Gof. & Hoſti. hæc quæ dicuntur de pæna temporali, fiunt Judice pro tribunali ſedente. In iudicio autem animæ Presbyter diſcretus molliendo rigorem diſpenſare poterit ex cauſa circa pænam ſpiritualem ſuperiorem 25. quæſt. 6. Pænitentibus. Hæc Hoſti. Item blaſphemus Clericus maximè Presbyter cogatur ad veniam poſtulandam, quòd ſi noluerit, degradetur, Diſtinct. 46. Clericus.

Notandum verò, quod blaſphemus ſecundum leges eſt decapitandus, ut in Au. ut non luxu contra natur. circa medium colla. 6. Secundum vero canonem antiquum Clericus erat degradandus, & laicus excommunicandus 22. q. 1. Si quis per capillum. Hodiè vero laicus aget pænitentiam ſupra dictam, ſcilicet illius Canonis ſtatuimus, & hoc ſi publicè blaſphemavit. Si enim occultè, non pænitebit publicè, ut puto. Clericus verò hodie eſt corrigendus pæna arbitraria & occulta, non illa, quæ eſt publica. *Clericus enim publicè non debet pænitere.* Si autem rebellis fuerit, vel ſæpius hoc commiſerit, locum habet pæna legis, ſcilicet, ut laicus *decapitetur* in foro civili, & in canone anathematiſetur, id eſt, Eccleſiæ ingreſſus ſibi interdicatur, & in morte privetur Eccleſiaſtica ſepultura, Clericus verò degradetur. Hæc Hoſti. tit. de maledicis.

Triceſimus primus eſt de Presbytero, *qui revelat confeſſionem*, quod de jure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignomi-

niosus peregrinari, de pænit. dist. 6. Sacerdos.

Tricesimus secundus, quod qui in dicendis horis Canonicis & alijs officijs divinis discrepat à consuetudine propriæ Metropolitanæ Ecclesię, 6. mensibus privatur communione, si hoc accidat ex contemptu, 12. di. de his.

Tricesimus tertius, quod Episcopus, qui ordinat sine causa justa clericum invitum, aut reclamantem, vel penitus invitum, absolute suspenditur anno uno 74. di. c. 1.

Tricesimus quartus, quod Episcopus qui correctionem de venditione ministeriorum dissimulat, duobus mensibus, Presbyter 4. Diaconus 3. Subdiaconus & cæteri ad arbitrium Judicis pœnitere debent, 1. q. 1. Quicquid invisibilis.

Tricesimus quintus, quòd sortilegus 40. diebus pæniteat, extra. de sortile. requisisti.

Tricesimus sextus, quod qui *videt in Astrolabio*, pæniteat 2. annis extra. de sortile. Ex tuarum.

Tricesimus septimus est de stilla sangvinis altaris cadentis super terram, vel aliquid aliud propter negligentiam Presbyteri, debet Presbyter pænitere 40. diebus. Si cecidit super pallio altaris, pæniteat 4. diebus, & de Conse. dist. 2. C. si per negligentiam.

Tricesimus octavus est, quod si aliquis *evomit Eucharistiam*, propter ebrietatem vel voracitatem, si laicus, pæniteat 40. diebus; si clericus vel Monachus, vel Presbyter vel Diaconus pæniteat 70. diebus: si Episcopus pæniteat 90. diebus: Et debet *evomitura comburi*, & juxta altare collocari. Si vero causa infirmitatis evomuerit, 7. diebus pæniteat, de Conse dist. 2. Si quis propter ebrietatem.

Tricesimus nonus est, *quando mus corrodit vel comedit corpus Christi*, de pænitentia hujus casus inquire, ubi sit notata, de Consecr. dist. 2. circa finem.

Quadragesimus, quod qui domum vel arcam voluntariè succendit, sublata vel incensa omnia restituat, & tribus annis pæniteat extra. de injurijs. Si quis domum. Canon tamen dicit, quod si ex odio vel injuria hoc fecerit excommunicari debet, nec absolvi donec satisfecerit & juraverit, quod ignem de cætero non apponet. Imponitur autem sibi, ut Hierosolymam vel in Hispaniam vadat in Dei servitio, anno integro ibi moraturus. Si quis autem Archiepiscopus vel Episcopus

ſcopus hoc relaxaverit, damnum reſtituat, & ab officio Epiſcopali per annum abſtineat 23. quæſt. 8. pijſſimam. Hodie autem poſtquam ſunt denunciati, non poſſunt circa ſedem Apoſtolicam abſolvi Extra. de ſentent. excommunic. tua nos. Imò text. loquitur de incendiarijs indiſtinctè poſtquam ſunt publicati. Et Ber. hoc idem dicit expreſsè, & Gra. extra. de ſen. excommuni. Quicunque. & Goff. licet Ro contrarium dicat. Secundum autem leges quæ in civitate data opera incendium fecerit, ſi ſit humilis, ſubijcitur beſtijs. Si ſit in aliquo gradu, decapitatur, vel in Inſulam relegatur ff. de incen. rui. nav. l. fi. Qui verò alibi, ut in villis vel caſtris remiſſis ibidem ædes poſitas combuſſerit, ſi hoc dolo fecerit, comburitur. Et hoc intelligendum ſecundum Hoſti, ſi ſit humilis. Si autem hoc ex ſua negligentia contigerit, reſarciet damnum, vel ſi minus idoneus ſit, parum vel leviter caſtigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, ut ibidem dicitur l. qui ædes.

Quadrageſimus primus eſt, quod qui dederit vel acceperit communionem ab hæretico, & neſcit hoc eſſe prohibitum ab Eccleſia, & poſtea intelligit, pæniteat uno anno. Si autem ſcivit & neglexit, pœniteat 10. annis, vel ſecundum quoſdam 7. vel ſecundum alios 5. Qui verò permittit hæreticum *Miſſam celebrare in Eccleſia Catholica* per ignorantiam juris, pæniteat 40. diebus. Si pro reverentia ejus, per annum pœniteat: ſi pro damnatione Eccleſiæ Catholicæ, & pro conſvetudine Romanorum, projiciatur ab Eccleſia, ſicut hæreticus, ſi ſit impœnitens alioqui pœniteat 10. annis. Si autem relicta Eccleſia ad hæreticos tranſierit, alios ad hoc induxerit, pæniteat, 12. annis, tribus extra Eccleſiam, 7. inter audientes, duobus extra communionem, & ſic, 12. anno communionem, ſive oblationem percipiat, 24. q. 1. ſi quis dederit.

Quadrageſimus ſecundus, quod patronus, qui res Eccleſiæ dilapidat, uno anno pœniteat. 16. q. 7. C. filijs.

Quadrageſimus tertius, quod qui domum ſuam magicis & incantatoribus luſtrat, vel aliud facit, & qui ei hoc conſulit annis 5. pœniteat, 16. q. 5. qui divinatores, & C. non liceat.

Quadrageſimus quartus, quòd qui pacem cum proximo ſuo facere jurat, anno uno pœniteat, & ad pacem redeat 22. q. 2. Qui Sacramenta.

Quadrageſ. quintus, quod pro perjurio, adulterio, homicidio dantur

pro pœnitentia *regulariter VII anni*, & similiter pro fornicatione, licet non illa aspera poenitentia injungatur 22. q.1. prædicandum 33.q. 1.hoc ipsum & §.se.

Quadragesimus sextus est, quod qui scienter rebaptisatur, 7. annis poeniteat, & feria 4. & 6. in pane & aqua jejunando tres quadragesimas facit, & hoc si fecit pro hæresi introducenda. Si autem pro mundicia, id est pro salute corporis obtinenda, ut extra. de Aposta. C. 2. tribus annis pœniteat de Conse. dist. 4. qui bis. & talis qui bis baptisatur, vel confirmatur, fit de foro Ecclesiæ, & cogitur fieri irregularis, dist. 84. Dictum est. De pœna autem talium habetur de Conse. dist. 4. eos, cujus capituli sententiam prætermitto, gratia brevitatis.

Quadragesimus septimus, quod qui uxorem adulteram cognoscit, antequam pœniteat, 3 annos pœniteat 21. q.1. si quis secundo. Qui verò cognoscit eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam, pœniteat 2 annis ea q. si quis prima. Quomodo verò pœnitentia injungenda sit mulieri partum alterius supponenti, vel etiam de non suo viro concipienti, habetur extra. de pœnit & re officij

Ad regulas igitur prædictas inspiciendo potest studiosus indagator procedere ad pœnitentias pro diversis criminibus secundum canones imponendas, & ex causa consideratis circumstantijs, ut dictum est, sed moderari poterat eas. Et licet ab ipso omnes circumstantiæ sint diligenter attendendæ, principaliter tamen qualitates personæ, & præcipuè utrùm sit persona obnoxia alicui aliquo vinculo servitutis. Nam circa tales personas cavere debet pro posse Presbyter, ne talem pœnitentiam eis imponat, per quam illis, quibus sunt astrictæ, præjudicium fiat, maximè circa conjugatos. Unde si servus sit. & timore peccaverit, obediens Domino suo, in atrocioribus est mitius puniendus, 22. q. 5. & vi compulsus. Obedire tamen non tenebatur in talibus, 11. q.3. Si Dominus. Si autem voluntariè peccaverit, corpus punietur etiam acrius quam alius. 24. q 1 qui citra pacem. Nec est servo injungenda peregrinatio per quam Dominus ejus, qui non est in culpa, illius servitio defraudetur, extra. de sen. excommu. relatum. Si verò liber sit, tot pœnitentia canonis (si potest facere) debet imponi 16. q. 1. Sacerdotes pœnitentiam. Sed ex causa poterit eam Presbyter moderari. Considerandum etiam erit utrum sit persona nova in fide, quia novis in fide minor debet etiam pœnitentia imponi,

poni, extra. de pœnit. & re. Deus qui. Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circumstantiæ, de quibus ad præsens supersedeo, gratiâ brevitatis. Sciendum autem quod in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ 2.4.& 6. Dist. 81. Presbyteros de conse. dist. 5. Jejunia. Aliqui tamen, ut dicit Ro. pro 2. feria ponunt sabbatum.

Insuper notandum est, quod si pœnitentia in pane & aqua imponatur non habenti panem, potest loco panis leguminibus & pisculis vesci, & etiam alijs, si necessitas illud requirat. Extra. de p. & re in tex. & glo. alias non licet.

Notandum etiam secundum Jo. si pœnitentia sit imposita à canone liberatur quis à jejunio dando donarium vel legendo psalterium propria autoritate. Imò verò dicit, quod jejunia necessaria, ut quatuor temporum & hujusmodi, non possunt redimi, nisi subsit rationabilis causa, voluntaria verò redimi possunt, etiam sine autoritate superioris.

Ad hoc etiam nota, quod ubi imponitur pœnitentia aliquot annorum, sive Quadragesimarum, nec additur quomodo quis debet pœnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum pœnitentiæ sint arbitrariæ, ut dictum est. Ipse enim Presbyter eam per ferias legitimas faciendam, secundum Canones lib. de his Clericis, extra de homici. cap. 2. & in multis jubet. Et intelligitur illud extra. de accu. Accusasti. & despon. dilect. & similia.

# Römischer Jubel-Calender/

Das ist/

Von dem vnaußsprechlichen Ablaß der Sünden / durch alle Monat/vnd auff alle Täg deß Jahrs/

Auff die elevationem Poli

1. Veneti, so getruckt 1532.
2. Ingolstadiensis, 1596. Ertz-Bruderschafft mit der Strickgürtel.
3. Viennensis, 1629. Für die Bruderschafft deß H. Rosenkrantz.
4. Constantiensis, 1603. Der Jungfraw Mariæ Rosenkrantz.
5. Neoburgensis: 1630. Der Seelen Regenbogen.
6. Augustensis, 1630. Rosetum, oder Rosengärtlein.
7. Coloniensis, 1603. *Rosarium.*

## Vorred auff den Römischen Jubel-Calender.

Günstiger lieber Leser/ es seyn in der Welt gemeiniglich zweyerley Leut/ die von den Calendermachern urtheilen. Dann einstheils finden sich aberglaubige vnd leichtfertige Menschen/ die vermeynen/ es müß nothwendig alles geschehen/ was man in Calender setzt/ es werde gleich wahr oder nicht. Wie man schreibt/ daß ein Fürst hab eine Reiß fürgenommen/ vnd als er in Calender gesehen hab er befunden/ daß am selbigen Tag solle Regenwetter einfallen/ als er aber verreist/ sey derselbige Tag gar hell vnd schön gewesen. An einem andern Tag da der Sterngucker in den Calender schön Wetter gesetzt/ vnd der Baursman nach Acker fahren wöllen/ sey ein schröcklichs Wetter entstanden/ darauff derselbige Hertzog befohlen/ der Ackerman soll ad astra, das ist zu der wahren Mathesi befürdert/ hergegen der Astrologus, ad rastra, zur Baurs-Arbeit gezogen werden. Vnd die thun jhm zu viel.

Andere thun jhm zu wenig/ vnd meynen/ Gott hab Sonn/ Mond vnd die Sternen vmsonst an Himmel gesetzt/ verlachen vnd verachten alles.

Medio tutissimus ibis, der mittle Weg ist der beste vnd richtigste. Fast dergleichen Meynung gibt es auch im Articul von Vergebung der Sünden.

Zu viel thun jhm vnsere Widersacher im Papstthumb / die für-nemlich

nentlich in Jubel-Jahren (die sie jetzt auff 25. Jahr setzen) viel tausend mal tausend/also viel myriadas myriadum, vnd also vnzehlich vnd vnaußsprechliche Ablaß vnd Vergebung der Sünden versprechen/ vnd das thut man alles zum theil wegen deß Geitz vnd Simoney/ zum theil wie sie sagen/zu Außrottung der Ketzerey.

*- - - - venalia nobis*<br>
*Templa, sacerdotes, altaria, sacra, corona,*<br>
*Ignis, thura, preces, cœlum est venale, Deusq́.*

*omnia*, præsertim in statu Ecclesiastico, omnesq; sua quæ sunt quærere, & studere avaritiæ, atque per dispensationes super beneficiorum pluralitate, & super aliis plurimis, super quibus *nec Christus ipse dispensare posset*, per commendationes Abbatiarum & Episcopatuum, per monstrosas provisiones, regressus & retrogressus, *omnia esse venalia*, sub prætextu tamen, nescio cujus causæ rationabilis, quæ ex more nullo facto examine præteritur, & Bullis inseritur semper, multamque propterea in capitibus Ecclesiæ damnabilem esse *hypocrisin*.

Concludamus hanc oratiunculam 12. graduum fidei verbis S. Brigitæ canonizatæ (sæpè etiam est mulier Verba opportuna locuta) quæ in Extravagantibus revelationibus ita exclamat: Inquire ulterius, ait Christus cuidam Archiepiscopo, & audi, qualis est dispositio Romanæ Curiæ, quæ *sedes* mea deberet esse. Sicut enim in sede quatuor sunt columnæ, sustentantes, & medium quoddam, in quo sedens quiescit: sic in sede mea, quam summis Pontificibus reliqui, deberent esse quasi quatuor columnæ. Humilitas scilicet, Obedientia, Justitia & Misericordia, & medium scilicet, divina Sapientia cum divina charitate. Sed hæc mutata est, & assumta *nova sedes*, in qua est Superbia pro Humilitate, propria voluntas pro obedientia, amor pecuniæ pro justitia, ira & invidia pro misericordia, medium autem vocari Sapiens & magister ad mundum: *Ecce sic eversa & immutata est sedes mea.*

*Capite 51. pag. 825. Roma.*

Tantùm fatidica.

Quod eversum & immutatum est, id defecit:

Romana Catholica fides eversa & immutata est.

Ergò Romana Catholica fides defecit, & cum Sede etiam privilegia expirarunt.

## ORATIO II.

## De Ecclesiæ Romanæ Sanctitate.

QUod olim Apostolus Jacobus c. 2. Omnibus nomen Christianismi præ se ferentibus, sed facto negantibus inculcat, dicens, monstra mihi fidem tuam ex operibus tuis, & ego monstrabo tibi fidem meam ex operibus meis, id de omnibus hypocritis asseverare possumus: qui quidem notitiam & assensum mysteriorum Dei, & sic fidei Christianæ habent, fiduciam verò non habent: est enim fides eorum mortua. Et hoc

sensu

sensu concedimus, fidem solam non justificare nudam notitiam, nudum assensum nō justificare. Hypocritæ enim & Diaboli credunt, ἀλλὰ φρίσσουσι, sed contremiscunt. Pars enim principalis fidei, Fiducia meritum Christi apprehendens, sibique applicans, ipsis deest. Hinc cum pia antiquitate Hesychius super Levitici cap. 14. miseratus Deus humanum genus cum illud ad explenda Legis opera infirmatum vidisset, jam non ex operibus salvare, sed per gratiam hominem voluit. Gratia verò ex misericordia & compassione probatur, *& fide comprehenditur sola*, non ex operibus, ut Paulus dicit Ephesiis. In hunc sensum & consensum graviter Theophylactus in c. 9. Johannis: πολλοὶ γὰρ θεοσεβεῖς μέν εἰσι, τὸ θέλημα δὲ τοῦ θεοῦ οὐ ποιοῦσι. δεῖ δὲ ἀμφότερα προσεῖναι, καὶ θεοσέβειαν καὶ θελήματος, τοῦτ' ἐστι πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, κεφαλαιωδέστερον δὲ εἰπεῖν, θεωρίαν καὶ πρᾶξιν. Τότε γὰρ ζῇ ἡ πίστις ὅταν καὶ τὰ ἔργα ἔχῃ τὰ θεάρεστα, ἐξ ὧν ἡ ἀγαθὴ συνείδησις παραγίνεται, ὥσπερ ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἔργων ἡ πονηρὰ συνείδησις, καὶ πάλιν τὰ ἔργα ὅτε ζῇ, ὅτε καὶ πίστιν ἔχοιεν· χωρισθέντα δὲ ἀπ' ἀλλήλων νεκρά ἐστι, καθὼς εἴρηται, πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά, καὶ ἔργα δίχα πίστεως. Id est, multi Dei cultores quidem sunt, voluntatem autem Dei non faciunt. Oportet utraque adesse, Dei cultū & voluntatis divinæ adimpletionem, hoc est, fidem & opera, velut Paulus nominat, fidem & bonam conscientiam, vel brevius dicendo, Theoriam & Praxin. Tunc enim revera vivit fides, quando opera habet Deo placentia, è quibus bona conscientia nascitur, sicut à malis operibus mala conscientia: & rursus, opera tunc vivunt, quando fidem habuerint, separata autem ab invicē mortua sunt, sicut quando est fides sine operibus, mortua est & opera sine fide mortua sunt.

[illegible]

In prima oratione ostendimus aliquot argumentis, Romanam Ecclesiam non esse unicam illam fidem, non unicam religionem; jam dispiciamus, an eadem habeat sanctitatem, quam jactat, & plenis buccis ostentat. Benignè audite, sincerè absque affectibus judicate.

Si ex Concilio Tridentino quærimus, quinam sint Fideles & sic sancti (fides enim à sanctitate divelli aut sequestrari non potest) respondebit Seß. 6. c. 15. fideles vocari quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes, qui lethalia committunt peccata. At multi sunt solo nomine sancti, revera autem infideles, athei, polluti & simiæ, de quibus eleganter olim Gregorius Nyssenus ad Harmonium p. 425. quid nomen & professio Christianorum sibi velit: ita autem scribit: sunt quen-

quendam in urbe Alexandria circulatorem & præstigiatorem exercuisse ac docuisse *simiam*, ut agilitate quadam in formam & habitum *saltatricis* sese que componeret, eique saltatricis apposuisse personam, ac vestem circumdedisse, exercitio convenientem, & cum chorum ei adhibuisset, placuisse ac celebratum hominum sermone, in pretio fuisse propter simiam, quæ ad cantilenæ modos ac numerum se flecteret contorqueretq; ac per omnia quæ faciebat, & facere videbatur, naturam occultaret. Cum autem capti essent rei novitate spectatores, quendam cæteris astutiorem ibi fuisse, qui ludo quodam inhiantibus spectaculo ostenderit, *simiam esse simiam*. Acclamantibus enim cunctis & applaudentibus agilitati Simiæ ad cantum & modulationem, aptè se moventis & circumagentis, projecisse eum ajunt in orchestra è bellariis ea, quæ talium bestiarum ingluviem attrahunt atque incitant: illam verò nihil cunctatam, ut viderit ante chorum dispersa amygdala, oblitam & saltationis & plausuum & vestis ornamentorum, accurrisse ad ea, & manuum patinis collegisse, quæ inveniret; & ne impedimento esset, *personam ei detraxisse* celeriter, atque unguibus suis assimilatam famam corrupisse, atque dilacerasse, atque ita pro laudibus & admiratione risum abundè spectatoribus movisse, ut quæ turpis ac ridicula ex personæ reliquiis se conspiciendam præberet.

Quemadmodum igitur illi non satis sunt falsa atque assimulata adscitaque forma ad hoc ut homo existimaretur, deprehensa per ingluviem bellariorum natura: ita qui non verè ipsam naturam suam fide formaverint, facilè per Diaboli escam & ingluviem convincentur, *quod aliud sint, atq; præ se ferant* ac profiteantur. Pro caricis vel amygdalis aut hujusmodi aliquo cibo vana gloria, ambitio lucri voluptatisq; studium, & quæcunq; sunt alia hujusmodi mala, Diaboli annona, loco bellariorum, avidis hominibus proposita Simiarũ similes animos facilè produnt, qui per *fictam imitationem Christianismum simulant*, temperantiæ, mansuetudinis, aut alicujus alterius virtutis personam in tempore afflictionum & calamitatum sibi detrahentes & amoventes.

Tantùm Nyssenus.

Ficta sanctitas, nulla sanctitas, imò duplex iniquitas. Descendamus ad Ecclesiæ Romanæ Ordines, & quidem ad Pontificis Romani Sedem Petrinã, de qua ita scribit Gabriel Barleta, Ordinis Dominicani, serm. 22. fol. 52. A tempore Petri usque ad S. Silvestrum fuerunt 32. Papæ, qui per Martyrium ferè omnes transierunt, unde post Sixtum diu vacavit Papa-

*Haganoa 1514.*

tus

tus & nullus ipſum volebat duplici ratione. Primò ratione mortis, quia erant primi : ſecundò ratione paupertatis : ſed poſtquam Eccleſia eſt dives facta per Conſtantinum, nullus reperitur qui eum renuat, imò per mille vias quæritur : & pag. 194. b. ſed hodie per munera, per Simonias ingreditur ad eum.

1. *Papirius Maſſonus*, rigidus Catholicus in Julio III. pag. 401. b. Hæc narramus, quia ſic geſta ſunt. Quòd ſi Pontifices nolunt turpia aut nefaria de ſe narrari, nihil ejusmodi faciant; aut cum fecerint, non putent ea iſtâ ita latere, ut & ſciri & poſteris narrari nequeant. Quanquam *in Pontificibus nemo hodie Sanctitatem requirit*: optimi putantur, ſi vel leviter boni ſunt, vel minus mali, quam cæteri mortales eſſe ſoleant.

2. *S. Brigita* (teſtimonio Bellarmini de indulgentijs l. 1. c. 3. p. 442. Vidua ſanctiſſima, cujus revelationes diligenter examinatæ & approbatæ per viros doctiſſimos fuerunt) de ſanctitate Romana ita loquitur lib. 3. c. 27. p. 212. Omnes gradus à ſua laudabili diſpoſitione *Apoſtataverunt*, quia charitas Dei verſa eſt in cupiditatem mundi. Nunc autem verſa eſt in *ſcoriam*, & principes ejus homicidæ. O, ſi agnoſceres dies tuos, ô Roma, fleres utiq; & non gauderes: *Roma*, quippe in diebus antiquis erat quaſi tela colorata omni colore pulcherrimo & contexta nobiliſſ. filo. *NB* Terra quoque ejus erat colorata colore rubeo, id eſt ſangvine martyrum, & contexta id eſt commixta oſſibus ſanctorum. Nunc autem portæ ejus deſolatæ ſunt, quia defenſores & cuſtodes earũ inclinati ſunt ad cupiditatem: Muri ejus depreſſi ſunt, & ſine cuſtodia, quia jam *non curant animarum damna*, ſed Clerus & Populus, qui ſunt murus Dei, diſperguntur ad faciendum utilitatem carnis. Vaſa divina venduntur contemptibiliter, quia ſacramenta Dei propter pecuniam & favorem mundanum diſpenſantur. Altaria verò deſolata ſunt, quia qui celebrat, cum vaſis manus habet à charitate Dei vacuas, & oculos ad offertorium, & licet Deum *verè habeant inter manus*: cor tamẽ *vacuum eſt à Deo*, quia mundanis vanitatibus eſt repletum: ſanctum verò ſanctorum, ubi olim conſummabatur ſummum ſacrificium, ſignificat deſiderium divinæ functionis & viſionis de quo aſcendere deberet charitas ad Deum & proximum, & odor totus continentiæ & virtutis. Nunc autem ſacrificium conſumitur in anno, id eſt, in mundo, *quia ficta divina charitas verſa eſt* ad incontinentiam & mundi vanitatem. *Talis eſt Roma corporaliter*, ſicut vidiſti: nam altaria plura deſolata ſunt, offertorium expenditur in tabernis: offerentes

plus vacant mundo quàm Deo, veruntamen sciat, quod à tempore Petri humilis, usque dum Bonifacius ascendit sedem superbiæ, innumerabiles animæ ascenderunt in cœlum.

Lib.4. c.33.p.273. Igitur Domini, non miremini, si nominavi Romam, urbem infelicem pro talibus abusionibus, & multis alijs Ecclesiasticis statutis graviter contrarijs : *quare timendum est catholicam fidem in brevi deperire, nisi talis venerit, qui Deum supra omnia* & proximum suum sicut seipsum *diligat, fide non ficta, omnes abusiones abolendo.*

NB.

Lib.4.c.57.p.292. Mater loquitur. Roma est quasi ager, super quem Zizania excrevit: ideò prius debet mundari cum *acuto ferro*, inde *igne purgari*, postea arari in jugo boum.

Lib.4. c.132 .p.398. Sic sacerdotes non loquuntur mirabilia mea, nevè docent doctrinam meam, sed mundi amorem, suam voluptatem prædicant, & nihil esse imputant, quod pro eis feci. Secundo *perdiderunt clavem, qua miseris deberent aperire cœlum: illam autem, qua aperitur infernus, diligunt, & reconditam habent in sindone munda.* Tertio de justo faciunt iniquum, de simplice Diabolum, de sano sauciatum: quia omnis qui accedit ad eos cum tribus vulneribus, ab eis habebit quartum: si cum quatuor venerit ad eos, recedit ab eis cum quinque, quando viso exemplo pravo sanctorum, peccator fiduciam peccandi sumit, & incipit de peccato, quod prius reputabat erubescibile, gloriari: ideo ipsis erit amplior maledictio præ alijs, quia se ita sua perdunt, & alios exemplo suo lædunt. Quartò quia me sanctificare deberent, *ore suo vendunt me.* Ipsi sunt *deteriores Iuda*: Judas enim peccatum suum recognovit, & pœnituit, licet infructuosè: *isti se justos dicunt & ostendunt.* Judas retulit pecuniam ad emtores: isti autem observant suis usibus. Judas vendidit me, antequam redemissem mundum, isti postquam redemi mundum, & non compatiuntur super sangvine meo, qui plus clamat vindictā, quàm sangvis Abel Judas vendidit me pro solis denarijs : isti autem omni mercimonio, quia non accedunt ad me, nisi sperent sibi fructum.

NB.

Lib.4.c.133.pag.401. Christus inquit, constitui sacerdotes, ut starent ante me, quasi in 7. Ordinibus; deberent enim esse patientes, quasi oves, stabiles q. murus boni fundamenti, animosi q. milites, sapientes q. serpentes, pudici q. Virgo, mundi q. angelus, ardentes amore q. sponsa ad cubile viri sui. Nunc autē averterunt se pessimè: sunt feri q. Lupi rapaces, qui in fame & cupiditate sua nihil edunt, *nulli deferunt honorem*, nihil cru-

erubeſcunt. Secundò inſtabiles quaſi lapis in muro infirmo, quia diffiduns de fundamento, id eſt Deo, quod non poſſit eis dare neceſſaria, vel non velit ſuſtentare eos. Tertiò ſunt in tenebris quaſi fures, ambulantes in tenebris vitiorum, nec ſunt audaces quaſi milites ad pugnandum pro honore Dei, vel ad aggrediendũ opus virile. Quarto ſunt quaſi *aſinus*, qui caput inclinat ad terram; ſic ipſi ſtolidi & inſipientes ſemper terrena meditantur, & præſentia, nunquã futura. Quinto impudici ſunt *ſicut meretrices*, procedunt ad me in habitu meretricio, omnia membra habent ad luxuriandum. Sexto ſunt quaſi pice deformiter maculati: omnes qui accedunt ad eos, deturpantur. Septimo ſunt abominabiles quaſi Vomitus, & levius & melius eſſet mihi accedere ad vomitum, quàm ad dilectionem habendam cum eis; ita abominabiles ſunt, ut omnis exercitus cœli abominetur eos.

Lib. 4. c. 142. p. 411. Audi *Gregori*, Papa. XI. verba quæ ego loquor tecũ, & diligenter attende ad ea, quæ dico tibi. Cur tantum odis me, quare tanta eſt audacia tua & præſumptio tua contra me. Nam curia tua mundana, deprædatur cœleſtem curiam meã. Tu vero ſuperbè ſpolias me ovibus meis, bona quoq; Eccleſiaſtica, quę mea propria ſunt & bona ſubditorũ Eccleſiæ meæ indebitè extorques, & ſurripis, & das illa amicis meis temporalib. &c. Poſtquam ſic veneris, extirpa, evelle & diſſipa omnia vitia de curia tua. Remove etiam à te conſilia carnalium & mundanorum amicorũ. Aggredere ergò & noli timere, conſurge viriliter & induere fortitudinem confidenter, *incipe renovare Eccleſiam meã*, quam ego acquiſivi meo proprio ſangvine, *& renovetur, & ſpiritualiter reducatur ad priſtinum ſtatum ſuum ſanctũ, quia jam nunc magis veneratur lupanar, quam ſancta mater Eccleſia.* NB.

Lib. 7. c. 7. p. 632. Multi ſummi Pontifices fuerunt ante Papam Johannem *qui ſunt in inferno &c.* (Quorum fides defecit, illi non ſunt ſucceſſores Petri. Quorundam pontificum Romanorum fides defecit. Ergo quidam Pontifices Romani non ſunt ſucceſſores Petri)

## Contra Monachos Benedictinos.

*Sancta Brigita* lib. 4. cap. 127. pag. 389. Nunc Patres tui quærunt veſtes, quæ excitant luxuriam & abominantur aſperitatem, quærunt indumenta, quæ placent hominibus, & quæ carnem excitant ad carnale.

Lib. 7. c. 31. p. 675. *O Roma mea, o Roma mea*, Papa contemnit te & non attendit ad verba mea, *ſed recepit dubia pro certis*.

Lib. 6.

Lib.6.c.96.p.603. ipſe clamabat, venite & videte me, in pompa & ambitione, plus quam Salomonem, Venite ad Curiam meam *& exhaurite burſas veſtras et invenietis perditionem animarum veſtrarum.*

Lib.4.c.133.p. 402. Audite inſuper, amici mei, qualem dignitatem contuli Sacerdotibus, præ omnibus angelis & hominibus. Ego dedi eis quinque. Primò poteſtatē ligandi & ſolvendi, in cœlo & in terra. Secundò dedi eis, ut de inimico peſſimo facerent amicum, de Diabolo angelum meum. Tertiò dedi eis poteſtatem prædicandi verba mea. Quartò conſecrandi & ſanctificandi corpus meum. *Quod nullus angelus facere poteſt.* Quintò tractare corpus meum, quod nullus veſtrum, ſi jacerem ante vos, auderet contingere. Nunc conqueror ſuper te quinque. Primo, *quod infernum aperiunt, & claudunt cœlum ingredientibus.* Secundò de amico faciunt inimicum, & eum, qui accedit ad eos, cum uno vulnere vulnerant duobus, quia videns vitam confiſam ſacerdotū, cogitat ſecum: ſi ipſe facit, magis ego faciam. Tertiò verba mea annihilant; & mendacium ſuum affirmant, veritatem meam negant. Quartò *vendunt me ore ſuo*, quem ſanctificare deberent. Quintò corpus meum amariùs crucifigunt, quàm Judæi.

Lib.4. c.33.p. 271. *Spiritualiter infelix eſt urbs iſta* (Roma) quia multæ Conſtitutiones, quas ſancti Papæ, ex infuſione Spiritus ſancti ad Dei laudem & animarum ſalutem in Eccleſia ſtatuerunt, *jam deleta ſunt.*

Lib.1.c.56.p.91. *Clerici* hujus temporis receperunt decem mandata mea, & compoſuerunt in unum verbum. Quid eſt hoc unum verbum? *porrige manum & da pecuniam*; hæc eſt ſapientia eorum, *loqui pulcrè, & agere malè.*

Lib.4.c.49.p.286 In pavimento ſignificantur Epiſcopi & Clerici ſeculares, *quorum cupiditas nullum habet fundum*, de quorum ſuperbia & vita luxurioſa procedit fumus, ob quem abominantur eos omnes angeli in cœlis, & amici Dei in terris.

Tantum S. Brigita.

*Venet.1566* 3. Audiamus teſtimonium *Iſidori Clarij* Epiſcopi Fulginatis oratione quinta, in ſermonem Domini ſecundum Matthæum p.14. jam vero *nundinæ illæ Eccleſiaſticæ*, quæ Eccleſiæ faciem ita deturpaverunt, ut nulla in ea reliqua ſit ſpecies neque decor, quam aliam ob cauſam, niſi *avaritiæ gratia* Chriſtianum Orbem invaſêre? Quid dicam nunc, cum Epiſcopatum, cum

bene

ipatuum, cùm beneficiorũ Ecclesiasticorum mentio fit, quid, inquam, cogitatur aliud, quàm proventus, quàm pecuniæ, ut is Episcopatus exiguus sit, qui tenues fructus reddat, quamvis alioqui decies centena hominum millia regenda habeat. Contra verò is magnus, qui ingentes reditus possideat, tametsi neminem habeat hominem, quem regat: ita pecuniæ obediunt omnia.

Oratione 26. jubentur Christiani viri assiduè incumbere precationibus, psalmis, hymnis, canticis spiritualibus, & plerique vestrum ab istis ipsis prorsus sunt alieni. Sacra lectio tam à multis vestri Ordinis ignoratur, ut nemo ferè è vobis sit, qui *sacra Biblia*, aut saltem Novum apud se habeat Testamentum, qui cùm solus sit spiritus atque animi cibus, & unicum interioris hominis præsidiũ ac robur, atq; ille à Paulo appellatus *Gladius Spiritus*, quo inprimis utendum est adversus principatus, adversus potestates, adversus mundi Dominos, Rectores tenebrarũ seculi hujus, adversus spirituales astutias in Cœlestibus, quo præcipuè carnis vitia coërcentur; ego sanè non admodum miror, si qui ex vobis in eadem vitia delabantur, cum remedia, quibus ei caveri possunt, negligatis. p. 100.

Orat. 27. p. 202. b. Verum quod primum admonendi estis, illud est, me in *hac visitatione*, non eos vos recepisse, qui esse deberetis, pastores videlicet ac doctores, ut *plerosque vestrum negotiatores potius quàm sacerdotes deprehenderim*.

Orat. 29. p. 112. b. Circumfertis sententiam quandam, quam Augustini esse dicitis, quod scilicet, *si non castè, saltem cautè agendum sit*, cum quid minus sit honestè, & non veremini tantam notam tanto viro inurere, quem vultis scelera permittere, modo occultè fiant.

Orat. 56. p. 139. b. & 140. quæ res indicio est his sceleribus Deum vehementissimè irritari, quæ cogitatio multum me sollicitum reddit, quid tandem hac civitate sit faciendum, cum cerno illam ita carnis lasciviæ deditam; *ut infinitum pene meretricum alat numerum*, ut nullus in ea vicus liber ab his sordibus videatur, &c. Auferte, obsecro, tam ingentem vestræ civitatis ignominiam, & has sordes, hoc cœnum meretricum extrudite. Quod si indigenas meretrices, ne pudore afficiatur earum cognatio, quanquam id minimè probo, ferre omninò vultis, quam habetis excusationem, *Cum alienigenas toleretis?*

Idem *Isidorus Clarius* volumine primo Orationum, quas extraordinarias appellavit, ad Pium V. oratione 65. p. 322. b. Multos habemus sacerdotes, & qui ministri Domini vocentur, sed paucos admodum in

veniat, qui idonei sint sese opponere ne Deus dissipet terram. Et hæc vestra inprimis civium culpa est, qui filios ac nepotes vestros curatis ad Ecclesiasticos gradus provehi, non ut sint sacerdotes Dei ac ministri Christi, sed ut Ecclesiasticis fructibus in profanos usus abutamini.

P.323. Nunc vero nulla reperitur gens tam perditis moribus, quàm ij, *qui cognomen à Christo acceptum* in ipsius Christi injuriam circumferunt, & hoc propterea usu venit, quòd in factis nostris divini honoris rationem habemus, quem dum contemnimus, meritò repetitis castigationibus continuò premimur.

NB.

Orat.28.p.120.b. Nostro seculo *nihil ferè de fide sanctorum* populo proponitur, sed *multa miraculorum fit mentio*, quæ *interdum finguntur*, vel talia sunt, ut de eorum auctore meritò dubitaveris: atque hujus erroris causa est *lucri cupiditas*, ob quam *scelerati sacerdotes multa mentiri quotidie deprehenduntur*, interdum stultus vulgi error in causa est, qui si videant e.g. lanuginem ex parietis humiditate apparere in imagine, & eam imaginem consecrant posteritati, ut taceam eos, qui arte quadā prodire aquam faciūt ex alicujus imaginis oculis, ut lachrymari videantur, *& ex hoc mentito miraculo*, lucri plurimum faciunt. Longum esset recensere, quæ scelesti *Impostores quodidie fingunt*. Sic expositę sunt passim *reliquia ad quæstum*, ex quo multi occasionem acceperunt, *Magis sanctorum ossibus fidendi, quàm Deo vivo.* Corrigendus est ergo *hic abusus*, ne harum superstitionum introductione *religio corrumpatur*.

Orat.45.p.211. Qui mores reperiri possunt vitiosiores ijs, qui nunc in omnibus viris & fœminis esse deprehenduntur, ubi major habendi cupiditas, aut potius rabies & furor, ubi major ambitio? ubi in victu & cultu luxuria intemperantior? apud quos ethnicos graviores inimicitiæ, odia, dissensiones unquam reperta sunt? & tamen Christianos appellare nos audemus? &c.

P.236. non intelligimus *nos solo nomine esse Christianos*?

Orat.44.p.317.b. Hæc autem omnia ex eo proficisci, quod *nulla nunc fides est*, facilè intelligetis, si cogitationem referatis ad ea tempora, quibus viva erat hæc Fides, atque in Christianorum pectoribus vigescebat.

Orat.28.p.119.b. nunc instituuntur *exorcistæ*, ijs prȩditi morib⁹, qui opus habeant ipsi potius, ut Dæmones, quorum operibus pleni sunt, ab

eis

eis eijciantur, quàm ut expellere ab aliis Dæmones possint: nunc pro sacris illis verbis ac signis introducti sunt *superstitiosissimi exorcismi, & sacrilegæ adjurationes*, quibus verba peregrina & commentitia, ignoti etiam characteres & figuræ adhibentur ac permiscentur, quin hos characteres & figuras ac ignotas literas stultis hominibus *divendunt*, persuadentes illis, quod dum ejuscemodi characteres secum portaverint, securi à periculis sint futuri; quod lex divina damnat, & Ecclesia pronunciat, esse fidei Christianæ & baptismi prævaricatores, ethnicos, apostatas & Dei inimicos effectos.

Orat.15.p.67.b. Quibus rebus significatio fit, Christianos nos nimium esse prolapsos, cum & mala tam vehementer creverint, *veræ pœnitentiæ*, quæ pro scelerum magnitudine intendi magis ac magis debuerat, *nulla pene existant vestigia.*

Orat.36.p.155. neque minus huic peccato obnoxij sunt *Ecclesiastici præsules*, qui indignos, accepta pecunia, ad Ecclesiarum gubernacula admovent, & furto addunt sacrilegium; an non furari est, vendere ea, quæ Gratis fuerant danda?

## Volumine Secundo.

Orat.105.fol. 239.b. Qua in re habeo, quod multum de plerisque vestrum querar, qui non contenti suis uxoribus, atque adeo illis spretis, alienis adhærescunt, *pellices habent, meretrices sectantur.* Ex quibus quidã non juvenes, sed jam canis aspersi, caput; à meretricibus tamen nesciunt abstinere, nec cogitant, quàm turpe sit, senem lascivire? Si paulus ad Urbem vestram venerit, quid ageretis, qui ob unum scortatorem tam severus in Chorinthios fuit? *si in hac urbe cerneret, plures penè esse meretrices & pellices quàm honestas mulieres*, profectò non agnosceret Urbem Christianam.

Orat.97. p.186. *sed nunc optimi quique mores ab Ecclesia tolluntur.* Et tantum Isidorus Clarius.

4. *Iunior Ludovicus Parisetus* Regiensis ad Pium IV. Pontificem Maximum epistola 7. p.16. quam deformiter & nocuè cadat in Pontificem Affectus improbitas atque impotentia, præter aperta rationis & justitiæ argumenta probare etiam possunt abundè facta superiorum, exemplaque Pontificum, qui cognationis & suorum extollendo-

*Bononiæ* 1560.

rum ſtudio affecti, tantum tulerunt in ſacram Eccefiam dedecoris atque nocumenti, ut nihil propemodum fuerit prętermiſſum, quod non corruperint, & quod tam rerum quàm perſonarum cauſa nō depravarint. Tantum pravis delatum fuit affectibus; & tam indulgenti ſtudio peccatum fuit in deferendis, ſine delectu, meritorum muneribus atque facultatibus, ut nihil penè relictum ſit ſuperſtes in Dei Eccleſia formæ ejus atque integritatis, quæ ex ipſa inſtitutione capitiſque ipſius conditione requiratur.

Epiſtola 13. p. 29. Temporibus noſtris nonnulli fuêre Pontifices, qui prætenta hac ſumma poteſtate, divinoque hoc jure, eò ducti ſunt licentiæ atque audaciæ, ut impotenter affecti, & temeritate acti, atque avaritia, non ſolùm civilis juſtitiæ humaniq; juris præſcripta temerarint, ſed ſacras etiā leges diviniq; juris majeſtatem violârint. Quo factum fuit, ut, dum ſibi vendicarent plus quā liceret, & pietati conveniret Chriſtianæ, amitterent, quòd juſtè deberetur, & in cauſa eſſent, ut gentes rebellarent, & tumultu graviter concitato recederent ab officio.

Epiſtola 23. p. 52. Pontifices etiam ipſi, licet Concilium indicerent, viderique vellent favere Concilio faciendo: tamen obices quærere, & impedimenta adijcere deprehenſi ſunt, & quantum fieri potuit, furtim procurarunt, *ne quid concluderetur in cauſa morum*, aut aliquid adminiſtrationis ſacræ rectificandæ gratia expediretur.

Epiſtola 28. p. 64. quoſdam aliquando abuſus rationis, licentiaque effrenis adegit pontifices, ut in deferendis curandi paſcendique gregis muneribus nihil minus expenderint, quàm gregis ipſius utilitatem atque ſalutem, ſed duntaxat ſtudio ditandi ſuffarciendique ſuos moti, peculium luxui, Veneriq; dotem ex ſacris paſtorei muneris curarint conſtituendam.

Epiſtola 34. p. 82. Fuerunt noſtra ætate, quorum memoria infamis ſuperſit adeò & damnata propter Pontificiæ abuſum poteſtatis, ut eorū conditioni miſerrimam quamq; hominis fortunā rear anteferendam. Eò licentiæ atq; impudentiæ ſe provehi ſiverunt, ut nulla neq; Dei neq; hominum æſtimatione habita, tam ſacris abuſi ſint opibus quàm poteſtatis ipſius uſum nefarijs commercijs profanarint.

Epiſt. 48. p. 120. quin admirer mirificè, eò perverſitatis & impudentiæ interdum ab aliquibus Pontificibus deventum fuiſſe, ut non ſolùm non erubeſcerent cōmittere, quę toto cœlo aberrarent ab inſtitutis,

vita-

vitaque Christi, sed perfricta etiam fronte sibi tantò magis placere palpareque viderentur, quantò pejora, Christoque magis & pietati contraria committerent. Eam in opinionem quandoque veni, ut crederem eos vel intellectu omninò stupidos esse, *vel nihil eorum credere*, quæ religionis dogmate assererentur, & ad animorum immortalitatem, vitæque futuræ rationem pertinentia Christi traditione atque documentis continerentur.

*NB.*

Epist.55.p.140. Quanto cum detrimento atque dedecore careant hac virtute, qui principatus agant, & sacro præcipuè dominandi jure polleant, testari potest superiorum recens Pontificum memoria, qui sic ira furentes se præbuere aliquando, ut nihil ab insania differentes, ea cõmiserint, quæ non minus indignitatis atque insaniæ, quàm dedecoris atque damni præferre viderentur. In quas iracundi rerum ineptias irruerint, & quas in Ecclesia Tragœdias ira insanientes excitarint, tantò melius tu nosti, quantò propius inspexisti. Tantum Ludovicus Parisetus.

5. *Nicolaus Cusanus* Tom.2.Exerc.l.2.p.29.b.Si res consecratæ ad alium, quàm proprium usum applicentur, *est superstitio*, ut aqua benedicta quæ bibitur contra infirmitatem, vel spargitur ad fertilitatem, & datur aliquando brutis. Et de lumine cerei paschalis, aquæ baptismalis. Abstinentia à capite in honorem sanctę Apollonię vel Blasij luminis consecrati. Crux facta de lignis palmarum, balnea in vigilia Nativitatis & Carnisprivij contra febres & dentium dolorem, non comedere carnes in die Natalis Domini contra febres, vel ad honorandum sanctum Nicolaum, pro divitijs acquirendis, petendo eleemosynam, eundo ad sanctum Valentinum contra morbum caducum, ponderando puerum cum siligine vel cera, portare crucem circumquaque per campum in vere contra tempestates, in certis oblatis super altare, sicut lapidibus in die S. Stephani & sagittis Sancti Sebastiani.

6. Audiamus quæ Consilia *Clementi* VIII. Pontifici Maximo *Bellarminus Cardinalis* dederit. Videntur mihi sex quædam res esse, quæ *reformatione indigent*, nec sine periculo negligantur. Prima res est diuturna vacatio Ecclesiarum.

*In vita Bellarm. lib.3. cap.5 p.252*

Pag. 253. Pontifex ad hæc, in hac prima re, inquit, sive in hoc primo capite *fatemur nos peccasse & peccare.*

Rursus Bellarminus: secunda res est, inquit promotio minus utilium Prælatorum.

Tertia res est absentia Pastorum ab Ecclesiis.

Pontifex ad ista: in hoc fatemur, *nos peccasse*, quia nimis facilè indulsimus Episcopis, ut possint venire Romam.

Quarta res est Polygamia spiritualis, cum videlicet uni personæ plures Ecclesiæ committuntur.

Quinta res est facilis translatio Episcoporum de una Ecclesia ad aliam.

Sexta res est Episcopatuum resignatio sine legitima causa.

Quid Clemens VIII. Bellarmino respondit?

Hæc paucula, inquit p. 259. ita cursim diximus, non ad excusandas excusationes in peccatis, sed ut ipsa potius misereatur difficultatibus, quibus impliciti in has ærumnas incidimus. *Fatemur* enim nedum in istis, sed in aliis multis *imò in omnibus peccasse, & in nulla re muneri nostro satisfecisse, nec satisfacere.*

Inde sic argumentamur: Qui in omnibus peccat, in nulla re muneri suo satisfacit, ille indiget correctione & Reformatione.

Pontifex Romanus Clemens VIII. in omnibus peccavit, & in nulla re muneri suo satisfecit. Ergò Pontifex Romanus, Clemens VIII. indiguit correctione, & Reformatione, & per consequens Ecclesia Romana non est sancta: quod erat ex autoribus Catholicis demonstrandum.

## ORATIO III.

## An Ecclesia Catholica ita semper fuerit, sit & futura visibilis, vel visibilitas sit de essentia Ecclesiæ Catholicæ?

*Tomo III.* VERè & graviter olim *S.* Augustinus de Trinitate l. 4. c. 6. contra rationem, inquit, nemo sobrius: contra Scripturam nemo Christianus: contra Ecclesiam nemo pacificus senserit. Contra rectam enim rationem insurgens, sensus & experientiam tollere videtur. Sacram Scripturam autem negans, divinam majestatem violat, & principium religionis Christianæ annihilat. Inde verè & severè S. Chrysostomus homilia 49.

lia 49. ex cap. 24. Matthæi, fol. 952. Et quare jubet hoc tempore omnes Christianos conferre se ad scripturas? Quia in tempore hoc, ex quo obtinuit hæresis illas Ecclesias, nulla probatio potest esse veræ Christianitatis neque refugium potest esse Christianorum aliud, volentium cognoscere fidei veritatem, nisi Scripturæ divinæ. Antea multis modis ostendebatur, quæ esset Ecclesia Christi, & quæ gentilitas: nunc autem nullo modo cognoscitur volentibus cognoscere *nisi tantummodo per scripturas.* Quare? quia omnia hæc quæ sunt propriè Christi in veritate, habent & hæreses illæ in schismate: similiter Ecclesias, similiter & ipsas Scripturas divinas, similiter Episcopos, cæterosque Ordines Clericorum, similiter baptismum, similiter Eucharistiam, & cætera omnia, denique ipsum Christum.

Volens ergò quis cognoscere, quæ sit vera Ecclesia Christi, unde cognoscat in tantæ confusione similitudinis, nisi *tantummodo per Scripturas.*

Causa est notior natura suo effectu.

Scriptura tanquam semen est causa Ecclesiæ (ex semine enim nascitur Ecclesia)

Ergò Scriptura est notior Ecclesia suo effectu.

Videamus ergò an Ecclesia Catholica semper fuerit, sit & futura visibilis, numque visibilitas sit de essentia Ecclesiæ Catholicæ?

## AVDITE ET IVDICATE.

*Bellarminus* de Ecclesia militante. l. 3. c. 12. nomine *Ecclesia semper visibilis congregatio significatur, nunquam tribuitur congregationi invisibili.*

Audito nomine Ecclesiæ, hostis expalluit, inquit Edmundus Campianus in rationibus Ecclesiæ Anglicanæ oblatis.

Ecclesiam nos veluti Matrem observamus, honoramus, sed non cultu religioso adoramus: non enim *in Ecclesiam* credimus, veluti quidam per ἀκυρολογίαν defendere videantur.

Nomine autem Ecclesiæ Catholicæ non sequimur Gretserum scribentem: nos per Ecclesiam intelligimus Pontificem Romanum, sed *Cyrillum Alexandrinum*, Glaphyr. l. 1. p. 114. Cum audis nominari Ecclesiam, *sanctam credentium multitudinem existima:* Ἐκκλησίαν ὅταν ἀκούσῃς, τὴν τῶν πιστευόντων ἁγίαν πληθὺν ἴσθι τοι λέγων.

*Tom. 1. defens. Bell. p. 1450.*

Cui

Cui adstipulatur D. Jacobus Keller Tom. 1. p. 444. Die Kirch ist nichts anders als ein Gemein der Glaubigen.

S. Augustinus de civitate Dei l. 18. c. ult. p. 634. Nos ergò, qui sumus, vocamurque Christiani, *non in Petrum credimus, sed in quem credidit Petrus.* Quod sanctorum cœtus, ex recta fide atque optima vivendi ratione collectus, Ecclesia sit, inter eos constat, qui sapientiam degustarunt, teste Isidoro Pelusiota l. 2. epist. 246. Sicut unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus Pater omnium, id est una Catholica, electorum omnium multitudo, *per omnia & mundi loca & tempora seculi*, eidem uni DEO subjecta, monente Beda Tom. 4. in Cant. lib. 5. p. 798.

Hesychius in Levit. l. 4. p. 320. Universalis Ecclesia Hierusalem, est civitas Dei vivi, quæ continet Ecclesiam primitivorum, conscriptam in cœlis.

Chrysostomus in opere imperfecto homil. 6. p. 798. *Ubi est Fides, illic est Ecclesia: ubi Ecclesia, ibi Sacerdos: ubi Sacerdos, ibi Baptisma: ubi Baptisma, ibi Christianus.*

*Bruno Carthusianus* de novis in Ecclesia c. 2. p. 52. Totus mundus cœlo concluditur, tota Ecclesia Catholica intra Apostolicæ fidei & doctrinæ terminos continetur. Quicunque extra hos terminos est, profanus & infidelis est.

*S. Athanasius* tom. 2. quæst. 36. p. 329. Ecclesia siquidem dicitur propterea, quòd evocantur omnes: Catholica verò propterea, *quòd per totum mundum diffusa sit.*

Chrysostomus in Psalmum 44. fol. 778. Vide enim Ecclesiam esse, quod dicebam, siquidem Sponsa est aliquando, nonnunquam Filia, quandoque Virgo, quandoque ancilla, interdum regina, interdum sterilis est, interdum mons, sed & hortus est, interdum fœcunda, interdum lilium, interdum fons est, denique omnia est. Quocirca cum hæc exaudieris, te hortor, ne existimes, *corporalia esse*, ἀλλὰ σύντεινόν σου τὴν διάνοιαν, τὰ γὰρ σωματικὰ τοιαῦτα εἶναι οὐ δύναται: mentem tuam potius intende ad scopum: neque enim hæc corporalia esse possunt. Exempli gratia sit, quod dico, mons virgo non est, virgo non est sponsa, regina ancilla non est. Omnia Ecclesia est. Cur ita? quia hæc non in corpore, sed in anima sunt. Hæc etenim in corpore, loco angustiore stricta fuerint, in animo autem nullam capacitatem obtinent, instar pelagi.

His

His ornamentis, ait Cyrillus Alexandrinus de adoratione l. 1. p. 3. *Ecclesia insignis admodum est, cum ornatum habeat spiritualem, qui non carnis oculis spectatur, sed intra animum & in corde positus est.*

Isidorus Pelusiota l. 2. epist. 246. Certò cognoscat, aliud Ecclesiam, aliud templum esse (nam ea ex immaculatis animis constat, hoc autem ex lapidibus & lignis ædificatur) &c: Apostolorum tempore *nulla erant templa*, &c.

Ego verò, si mihi optio daretur, temporibus illis fuisse mallem, in quibus templa quidem non perinde ornata erant, *Ecclesia* autem divinis ac cœlestibus gratiis undique cincta & redimita erat, quàm his nostris, in quibus templa quidem omnis generis marmoribus cohonestata sunt, Ecclesia autem spiritualibus illis gratiis, *nuda ac vacua est*, ἡ δὲ ἐκκλησία τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἐκείνων ἐρήμη, καὶ καὶ γυμνὴ καθέστηκε.

Concilium Ephesinum tom. 3. p. 235. Piam religionem non multitudo sed veritas ostendit.

Hieronymus Tom. 6. in cap. 5. ad Galat. p. 147. Ecclesia Christi non de Academia, & Lyceo, sed de vili plebecula congregata est.

Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 408. Quod florente Ecclesia, & nondum morbo laborante divinæ gratiæ circum eam, velut chorum agerent sancto videlicet spiritu res administrante, atque antistitum unumquemque incitante, ac Ecclesiam in cœlum convertente, omnibus notum & perspicuum est. Quod autem postea quam ea morbo affecta est, ac seditione laboravit, omnia illa avolarint, atque non gratiæ duntaxat (neque enim ita gravis res esset, si hoc solum mali esset) sed etiam *vita & virtus abscesserint*, id quod nemini obscurum est. Ut enim alia omittam, una re cætera etiam significabo. Etenim pacis quidem nomen ubique est, res autem ipsa nusquam. Verùm Ecclesia fœminæ cuidam, *quæ ex antiqua felicitate excidit, ac signa tantum habet, similis est.*

## Ad argumenta P. Georgii Schereri ita respondemus.

*Tom. 2. de notis Ecclesiæ.*

1. Arca Noë jam visibilis non est.
   Ecclesia Catholica & universalis est arca Noë.
   Ergò Ecclesia Catholica & universalis jam visibilis non est.
2. Domus illa, in qua pascha celebrabatur, jam visibilis non est.
   Ecclesia universalis est domus illa, in qua pascha celebrabatur.

Ergò Ecclesia universalis jam visibilis non est.

3. Mons ille, ad quem omnes gentes confluere debent, jam visibilis non est.

Ecclesia universalis est mons ille, ad quem omnes gentes confluere debent.

Ergò Ecclesia universalis jam visibilis non est.

4. Turris David, ex qua mille clypei pendent, jam visibilis non est.

Ecclesia universalis est turris David ex qua mille clypei pendent.

Ergò Universalis jam visibilis non est.

5. Regnum Messiæ non est visibile.

Ecclesia universalis est regnum Messiæ.

Ergò Ecclesia universalis non est visibilis.

6. Domus illa, in qua lucerna Evangelii in candelabro posita, splendet, jam non est visibilis.

Ecclesia universalis est domus illa, in qua lucerna Evangelii in candelabro posita, splendet.

Ergò Ecclesia universalis non est visibilis.

7. Navis illa, in qua Christus cum Apostolis, fluctibus marinis fuit jactatus, jam non est visibilis.

Ecclesia universalis est navis illa, in qua Christus cum Apostolis, fluctibus marinis fuit jactatus.

Ergò Ecclesia universalis jam non est visibilis.

8. Diversorium illud, in quod is delatus fuit, qui incidit inter latrones, jam non est visibile.

Ecclesia universalis est diversorium illud, in quod is delatus fuit, qui incidit inter latrones.

Ergò Ecclesia universalis jam non est visibilis.

9. Ovile, in quo oves Christi tutæ sunt à lupis, jam non est visibile.

Ecclesia universalis est Ovile, in quo oves Christi tutæ sunt à lupis.

Ergò Ecclesia universalis jam non est visibilis.

10. Corpus Christi, cujus membra esse volumus & cupimus, non est visibile.

Ecclesia universalis est Corpus Christi, cujus membra esse volumus & cupimus.

Ergò Ecclesia universalis non est visibilis.

Hinc D. Augustinus tom. 2. epist. 50. pag. 148. Ecclesia Catholica sola

ſola eſt Chriſti Corpus, cujus ille caput eſt Salvator corporis ſui. Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus Sanctus.

Chryſoſtomus in opere imperfecto homil. 47. p. 945. templum hominum eſt ædificatio lapidum, pulchrè compoſita: templum autem Dei eſt *congregatio Electorum, religioſe converſantium.*

11. Schola Spiritus S. non eſt viſibilis.

Eccleſia univerſalis eſt Schola Spiritus S.

Ergò Eccleſia univerſalis non eſt viſibilis.

12. Mater ſpiritualis non eſt viſibilis.

Eccleſia Catholica, univerſalis eſt mater ſpiritualis.

Ergò Eccleſia Catholica, univerſalis non eſt viſibilis.

Concedimus ergò, Eccleſias Topicas & particulares, Hieroſolymitanam, Antiochenam, Romanam, Alexandrinam, eſſe viſibiles. Catholicam autem Univerſalem, non eſſe viſibilem. *Τὸ γὰρ καθόλου ἀόρατον*, univerſale non eſt viſibile.

Itaque ex me quærens, ſi quis paganus & infidelis, exempli gratia, Imperator Turcarum, Rex Perſarum, aut Tartarorum, fidem Chriſtianam amplecti vellet, ad quam Eccleſiam particularem eſſet amandandus?

Reſpondeo ex S. Chryſoſtomo, ad eam Eccleſiam Topicam, in qua cognoverit fidei veritatem: fidei autem veritas tam eſt in Eccleſia Alexandrina quàm Romana. Atqui Eccleſia Alexandrina, Antiochena, Græcam, id eſt Schiſmaticam, imò Hæreticam ſectantur Eccleſiam: ubi autem hæreſis vel ſchiſma eſt, Veritas locum habere non poteſt.

Diſtinguendum hic cum Propheta Jeremia, inter pretioſum & vile, *τίμιον ἀπὸ ἀναξίου*: pretioſa ſunt in Græca Eccleſia, Decalogus, ſymbolum Apoſtolicum, oratio Dominica, poteſtas Clavium, Baptiſmus & Euchariſtia, rejectio Supremacy Papæ Romani, certitudo in articulo juſtificationis, Euchariſtia ſub utraque ſpecie. *Vilia ſunt Miſſa, Purgatorium*, oratio pro defunctis, proceſſio filii à ſolo Patre. C. 15 v. 19.

Deinde corruptum duobus dicitur modis, aut *ἁπλῶς ſimpliciter*, aut *κατά τι ſecundum quid.* Eccleſiæ orientales non abſolutè ſunt corruptæ, ſed tantùm ſecundum quid: jam verò concludere velle à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, eſt paralogiſmum committere.

Aliam obvertunt prolepſin adverſarii noſtri, & à nobis monſtrari cupiunt unicam provinciam, unicam civitatem, unicum pagum, imò

unicum Doctorem Theologum, qui per omnia cum Augustana Confessione idem crediderit, idem docuerit? Distinguo inter quæstionem facti & Juris, inter quæstionem historicam & dogmaticam.

Quæstionem facti facilè largimur, neque enim fides ullius hominis oculis externis conspicitur, quæstio Juris autem alia est. Si qui enim in quibusdam articulis fidei aut ceremoniis, in se indifferentibus, aliam fidem, aliosque mores arripuerunt, quàm S. Scriptura præscripsit, causam nostram non lædit: imò Innocentius IV. in Concilio Lugdunensi ita decrevit *Sexto Decretalium l.2. titulo 14. p. 373.* de sententia & re judicata: Judicium Dei, inquit, innititur veritati, quæ nec fallit, nec fallitur: judicium hominis opinioni, quæ fallit & fallitur.

Imò κατὰ τὸ βίαιον, argumentum in adversarios nostros hoc pacto retorquemus, cupimus nobis monstrari unicam provinciam, unicum pagum, imò unicum Doctorem Theologum, unicum Patrem Latinum aut Græcum, qui per omnia & in omnibus cum Concilio Tridentino crediderit, idem docuerit, & nihil amplius, & manus dabimus.

Hic verò nodum statim solvimus, & Romanam Ecclesiam priscam cum moderna multis parasangis differre, in plurimis dissentire, experientia docti, intrepidè testamur.

Legimus Urbanum V. Pontificem Maximum misisse ad Imperatorem Græcorum tres Agnus Dei, cum hisce versibus.

*Balsamus & munda cera cum Chrismatis unda*
*Conficiunt Agnum, quod munus do tibi magnum,*
*Fonte velut natum per mystica sanctificatum,*
*Fulgura desursum depellit, omne malignum*
*Peccatum frangit* ut Christi sanguis: *& angit;*
*Prægnans servatur, simul & partus liberatur,*
*Dona refert dignis,* virtutem destruit ignis;
*Portatus mundè de fluctibus eripit undæ.*

De sacris ceremoniis Romanæ Ecclesiæ lib. 1. sect. 7. fol. 39. Venetiis Anno 1516.

Eandem Idololatriam Fridericus Fornerus l. 1. c. 38. fol. 386. in Palma triumphali repetiit ex Andrea Frusio.

*Postulat imprimis sacrati aspectus ut* Agni
*Agnum ad cœlestem concita corda levet.*

*Vtque salutiferæ memores vitæque necisq;*
*Criminis & vitij noxia vincla terant.*
*Hostis ut insidias stigij ac certamina vincant,*
*Decipulas mundi, carnis & illecebras.*
*Corporeos nobis morbos, casusque repelli*
*Præsertim horriferos, mortiferosque petit.*

Cæterùm Elias Propheta V. T. oculis externis aspicere non potuit, sed ingemuit, se solum esse relictum: non ergò mirum, tempore persecutionum Ecclesiam N. T. non semper esse visibilem, & extrinsecus speciosam. Taceo Ecclesiæ magnam, triumphantem in cœlis, nobis esse inconspicuam, imò ipsum Salvatorem Joh.16. modicum non videri. Inde Bernhard. t.1.p.237. Quid est ergò, nisi ego abiero, paracletus non veniet, nisi carnis præsentia vestris subtrahatur aspectibus, spiritualis gratiæ plenitudinem occupata mens non admittit, non recipit animus, non capit affectus.

D. Keller tom.1.p.448. Von keiner vnsichtbahren Kirchen weiß man nichts.

Pag.480. Diese Kirch hat nie können vnsichtbahr seyn.

Pag.481 Die wahre Kirch Christi muß allezeit sichtbahr seyn.

Idem tom.1.p.482. Wann mir die Prædicanten nur ein einigen Ort auß der Schrifft brächten / daß die Kirch einmahl solte verborgen vnd vnsichtbahr seyn / wolte ich anders mit mir lassen reden / ꝛc. Weise Heilbronner nur einen Patrem auff / der sage / die Kirch sey nicht allezeit sichtbahr.

Audiant ergò D. Kelleri jam defuncti manes, quid sancti Patres hac de re senserint: ita autem loquitur *S. Justinus* Martyr in epistola ad Diognetum p.497. Invisibilis anima invisibili corpore tanquam in præsidio constituta est. Sic & Christiani cognoscuntur, dum in mundo commorantur *sed invisibilis manet eorum cultus divinus.*

*Interpres omisit verbum manet*

Ἀόρατος ἡ ψυχὴ ἐν ὁρατῷ φρουρεῖται τῷ σώματι, καὶ χριστιανοὶ γινώσκονται μὲν ὄντες ἐν τῷ κόσμῳ ἀόρατος δ' αὐτῶν ἡ θεοσέβεια μένει.

Cujus cultus divinus invisibilis manet, id quoq; est invisibile.

Ecclesiæ universalis cultus divinus invisibilis *manet*, ex Justino.

Ergò Ecclesia universalis est invisibilis.

Ita scribit Cyrillus Alexandrinus, præses quondam Oecumenici Concilij Ephesini, de adoratione in spiritu & veritate l.1.p.3. His orna-

mentis Ecclesia insignis admodum est, cum *ornatum habeat spiritualem, qui non carnis oculis spectatur, sed intra animum, & in corde positus est.*

Inde inferimus: Cujus ornatus est spiritualis, id est invisibile.

Ecclesiæ Catholicæ ornatus est spiritualis.

Ergò Ecclesia Catholica est invisibilis.

Ad eundem sensum loqvuntur Patres Latini, inprimis B. Ambrosius in Hexaem l. 4. c. 2 p. 48. Ecclesia tempora sua habet persecutionis & pacis. Nam videtur sicut Luna deficere, sed non deficit; obumbrari potest, deficere non potest; quia aliquorum quidem in persecutionibus discessione minuitur, ut martyrum confessionibus impleatur, & effusi pro Christo sanguinis clarificata victorijs, majus devotionis suæ & fidei toto orbe lumen effundat.

Idem l. 4. c. 8. p. 56. Fulget enim Ecclesia non suo, sed Christi lumine, & splendorem sibi arcessit de Sole justitiæ.

*Tom. 8.* S. Augustinus in Psal. 10. p. 46. 47. Luna, inquit, significat Ecclesiam, quod ex parte spirituali lucet Ecclesia, ex parte autem carnali *obscura est.*

Idem epist. 48. p. 117. Ipsa est, quæ *aliquando obscuratur* & tanquam obnubilatur multitudine scandalorum, quando peccatores intendunt arcum, ut sagittent in obscura luna rectos corde, sed etiam tunc in suis formossimis eminet.

*Fasciculus temporum* ad annum Christi 1104. f. 75 Ecclesia rectissimè comparatur Lunæ, quæ crescit & decrescit, & quasi deficere videtur, sed tamen ad plenum revertitur propter illuminationem Solis æterni, qui est Christus Dominus sponsus ejus.

Denique, quod credimus, id non videmus.

Ecclesiam Catholicam credimus.

Ergò Ecclesiam Catholicam non videmus,

Hinc Vincentius Lerinensis contra prophanas novitates c. 3. id verè propriéque Catholicum, quod ubique, quod semper, quod ab *omnibus creditum est*, inquit, *non visum.*

*Tom. 8.* Ideò Ecclesia teste Augustino super psal. 145. p. 1162. Vidua *quasi, absente sponso, absente viro.*

Qui itaque eandem fidei doctrinam profitetur teste Gregorio Nazianzeno orat. 21. p. 377. ejusdem quoque throni socius est: qui autem con-

contrariam ſententiam tuetur, adverſarius quoque in throno cenſeri debet.

Spondanus ad annum Chriſti 476. fol. 499. Univerſus Chriſtianus Orbis *ſub hæreticorum principum dominio conſtitutus, nullum penitus Catholicum regem* alicui ſaltem exiguæ provinciæ dominantem habuit. Etenim Italiam (ut dictum eſt) Rex Arianus (Odoacer) dominio occupavit: Gallias itidem Principes Burgundiones & Gothi, ijdemq; Ariani, & Franci adhuc gentiles partiti ſunt: Hiſpaniæ pariter Gothos Arianos Dominos patiebantur. Africa Wandalos æquè Arianos, & univerſum Orientale Imperium Zenonem Eutychianum.

Baronius in præfatione ad Clementem VIII. cum illa deploratiſſima tempora repræſentet, quibus inter alia illud etiam accidit infeliciſſimū, *quod nullus omnino, toto orbe Chriſtiano Cath. princeps extaret, ſed cuncti Reges & Imperatores hæreſibus tenerentur implicati*, & cum Italia *ipſa Roma*, Romanaq; Eccleſia ſub Gothico & Ariano gladio ingemiſcerent.

Tom. 6.

Ubi tum fuit Eccleſiæ viſibilitas? cum in toto orbe Chriſtiano nullus Catholicus princeps extaret?

Hieronymus in Dialog. Orthodoxi & Luciferiani: periclitabatur ait, navicula Apoſtolorum, urgebant venti, fluctibus latera tundebantur, nihil iam ſupererat ſpei, Dominus excitatur, imperat tempeſtatibus, *beſtia moritur* (Conſtantius Imperator) *tranquillitas rediit*.

Tom. 2. Baſil. p. 143.

Tunc triumphatorem ſuum Athanaſium Ægyptus excepit: tunc ad reditum Euſebij lugubres veſtes Italia mutavit.

Ne verò nimium rigidi erga univerſales Chriſtianos, Catholicos videamur, concedemus illis aliquid, itaque concludemus.

Quorum conſcientia & ſcientia eſt inviſibilis, illorum entia ſunt viſibilia.

Catholicorum Monachorum, utpote Franciſcanorum &c. conſcientia & ſcientia eſt inviſibilis.

Ergò Catholicorum Monachorum utpote Franciſcanorum *entia* ſunt viſibilia. ὅπερ ἔδει δεῖξαι

Major ſua luce lucet: Conſcientia enim & ſcientia ſunt interna: τὰ ὄντα verò *entia in individuis*, quandoq; ſenſibilia & viſibilia.

Minorem probat (apud Petrum Rudolphum Toſſinian. hiſtor. Seraph. relig l. 2. p. 244. Venetiis in folio apud Franciſcum de Franciſcis 1586. Sixto V.) *Franciſcus Sanſon* Generalis fratrum Franciſcanorum, admo-

admonens fratres ad regulæ obſervantiam, ad componendam vitam & mores inſtituendos: Fratres, inquit, mei dilectiſſimi, à primordio Religionis noſtræ floruit *conſcientia*, ſed paulatim ſublato decore, ablata eſt prima ſyllaba, & remanſit *ſcientia*: nunc verò, noſtris culpis exigentibus, ablata etiam prima ſyllaba, remanſimus *puræentia*, & *ſtipites & ſtatuæ*.

Talia *entia*, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ut plurimùm in Catholica Eccleſia fuere conſpicua & viſibilia, de quibus Faſciculus Temporum ad annum Chriſti 1414. fol. 87. b. ita loquitur: Conſcientia pura ſecundum timorem Dei olim in Prælatis vigens Eccleſiam Chriſti laudabiliter vita & exemplo rexit & provexit. Dehinc ſucceſſu temporis cum jam Eccleſia temporalibus abundare cepiſſet, oblita quodammodo CON de *conſcientia*, SCIENTIA, quæ inflare ſolet, multos in Eccleſia præſidere fecit, qui ſacram ſcripturam diverſis verſutijs palliantes, juſtitias Domini rectas, quæ cor lætificare conſveverunt, propter delicias carnis falſificare non timebant, multas hæreſes & ſectas ſeminabant, & plura beneficia pinguia, per Papam diſpenſando, cumulabant. Veruntamen aliqui, licet pauci CON cum SCIENTIA retinentes, *cõſcientia* pura, & ſcientia ſancta illuminati, multos ad juſtitiam erudierunt, qui jam quaſi ſplendor firmamenti in æterna felicitate rutilare creduntur, ſed heu nefandis his temporibus CON cum SCI de Conſcientia abraſis ſolùm ENTIA, *ſponſam Chriſti* gubernare *videmus*, perſonas videlicet, Conſcientia, ſcientiaque carentes, & velut *entia inſenſibilia* DEUM, nec ſanctos ejus verentes, beneficia ſuper beneficia ſibi uſurpare.

S. Athanaſius in Pſal. 44. v. 14. in quo LXX. πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν.

*Omnis gratia Eccleſiæ eſt in occulto cordis*, donis concinnatis pretioſis & varijs æccleſia eſt veſtita.

## ORATIO IV.

## Romanam Eccleſiam non eſſe Apoſtolicam.

*L. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Catholica, ex edicto ad populũ urbis Conſtantin.*

AUguſtiſſimi quondam Imperatores, Gratianus, Valentinianus & Theodoſius decreverunt, cunctos populos, quos clementiæ noſtræ regit imperium, in tali volumus religione verſari, quã D. Petrum Apoſto-

lum

lum tradidisse Romanis usque adhuc ab ipso insinuata declarat, quamque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis, hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam Evangelicamque doctrinam Patris & Filij & Spiritus sancti unam Deitatem, sub pari Majestate, & sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum *Catholicorum* nomen jubemus amplecti.

Basilius Magnus consentit scribens: omnis qui de divinis pro decoro edisserit, sic ut nusquã deerret aut excidat à recta notione, quæ de Patre tenenda est, de divinitate Unigeniti, & de Spiritus S. majestate, sanè hic affert Domino gloriam & honorem. *Super Psal. 28. fol. 57.*

*Catholicum* itaque & *Christianum idem omninò est*, testimonio Ludovici Granatensis, Ordinis S. Dominici in præfatione libri, qui inscribitur *Dux peccatorum*: Omne Catholicum est Christianum, & vicissim, omne Christianum est quoque Catholicum. *Colon. 1594.*

Oratione prima ostendimus Romanam Ecclesiam non esse *unam*, altera, non esse *sanctã*, tertia Romanam Ecclesiam non esse Apostolicam. Jam flagrat undique Troja. Spiritus S. per experientiam nos ducat in omnem veritatem. Non semper feriet quodcunque minabitur arcus.

## *AVDITE ET IVDICATE.*

Manipulus exemplorum R. P. Johannis Faij Abbatis S. Bavonis: Clericus quidam, inquit, in synodo Episcoporum prædicare compulsus angustiabatur, quidnam dignè posset coram tot Prælatis Ecclesiæ prædicare. Cum autem oraret, venit Diabolus & dixit ei: quid tristaris? Dicas eis istud & non aliud: *Principes inferni salutant principes Ecclesiæ.* Læti omnes nos gratias eis referimus, quia cum ipsis Prælatis eorum subditi simul omnes offeruntur, & per eorum negligentiam ad nos ferè devolvitur *totus mundus*. Invitus quidem tibi dico, sed per Deum coactus. Respondit Clericus: mihi, si narravero, non credetur. At ille tangens maxillam ejus: Ecce, inquit, signũ *nigredo insolita faciei tuæ*, hanc antequam prædices, non tangas, post prædicationem aqua benedicta delebis. Processit ille prędicaturus, & mirantibus cunctis cum signo indito faciei, quę jussa sibi fuerant, recitavit, & omnium corda ad horrorem maximũ commovit. Hæc acta sunt Parisijs ab Incarnatione Domini 1248. quæ cum nobilis adolescens *Thomas de Aquino* vereretur, Ordinem intravit *Prædicatorum Bononiæ, Cantipratanus de apibus l. 1. c. 20.* *Duaci 1614. p. 408.*

Graviſſimis notorijſque criminibus, teſte Epiſtola Concilij Piſani ad Imperatorem Maximilianum Primum fol. 61. ad ſcandalum uſque manifeſtiſſimum miſella Eccleſia opprimitur, ut niſi protinus occurratur, *naufragium factura* proculdubio videatur, ſpreto Conſtantienſis Conſtitutionis præcepto, ſpreto ſolenni voto & juramento univerſalis Eccleſiæ *reformationem* tamdiu tanto cum diſcrimine tum prætermittere, aut potius contemnere, tum præterea eos qui pietatis intuitu & promiſſionis Religioni, Spiritu S. duce, opem ferre ſtudeant, uti rebelles, hoſtesque & infideles inſequi, quaſi jam palam facere quærat ſummus Pontifex, nihil magis cordi ſibi eſſe, quàm ut olim de ſublatis hoſtibus *triumphum Iulius Cæſar retulit*: ita ſe de ſubacta dirutaque Eccleſia Dei, id eſt de bonis illis membris (quod abſit) aliquando triumphare!

D. Piſtorius im Wegweiſer cap. 14. pag. 666. vnd hat nie kein Bapſt ichtwas glaubt / was nit alle vorige fromme Bäpſt geglaubt haben.

D. Henrich Lamparter wider D. Reihing tom. 1. pag. 231. Auß allen Römiſchen Biſchoffen kan keiner genent werden / welcher die Kirch verführt / vnd von ihrem alten glauben abwendig haben gemacht.

*Maugnum Specul. exempl. to. 2. p. 100.*

*Benedictus* IX. qui ſimoniacè Papatum invaſerat, poſt ejus mortem cuidam æquo inſidenti apparuit, in ſpecie monſtroſi animalis, cujus *aures & caudæ aſini erant*, cætera urſi: Cumque ille præ timore fugeret, clamavit: noli o vir, expaveſcere. Scito me hominem, ſicut tu es, *quia beſtialiter vixi, poſt mortem præferre ſpeciem beſtiæ merui.* Ego ille ſolo nomine Benedictus fui, qui nuper Apoſtolicam Sedem indignus obtinui: Ad quem ille: Quid habes retributionis nunc? inquit, uſque ad diem judicij per dumoſa & ſqualentia & ſulphurea loca & fœtida rapiar: poſt extremum verò judicium, corpus meum & animam irrevocabilis olla ſuſcipiet. Poſt hæc verba diſparuit. Petrus Damianus l. 1. epiſt. 9. Vincent. l. 26. cap. 21.

Beſtialiter vivens & moriens damnatur.

Benedictus IX. beſtialiter vixit & mortuus eſt.

Ergò Benedictus IX. damnatus eſt.

Cujus caput eſt damnatum, illius membra quoque ſunt damnata.

Bene-

Benedictus 9. caput Ecclesiæ visibilis, est damnatus.

Ergo visibilis Ecclesiæ membra sunt quoque damnata: & per consequens, Benedicto mortuo omnes Christiani illius temporis ad orcum descenderunt.

Quia verò Symbolum Apostolicum tribus articulis comprehenditur, agite, videamus, *an Romana Ecclesia sit Apostolica?*

Primus articulus Symboli Apostolici ita nos docet confiteri, credo in unum Deum Patrem Omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

I. *Romani habent unum Deum & unam Deam.*

Deum esse, & omnipotentem esse, sunt ἀντιστρέφοντα convertibilia, & simplicem, ut Logici docent, conversionem admittunt. Verus Deus est omnipotens: & vicissim, qui est omnipotens, est Deus. Inde sic ratiocinamur.

Qui est Omnipotens, Deus est.
Sancti sunt Omnipotentes.
Ergò sancti Dij sunt.

Major est ex priori Syllogismo deducta, tanquam consequens ex suo antecedente.

Assumtionem probare conatus est Jeremias Drexelius in epistolari Velitatione cum *Elia Ethingero* fol. 326.

Cuicunque omnia sunt possibilia, is est omnipotens.
Sed credenti omnia sunt possibilia.
Ergò credens est omnipotens.

In Praxi quotidiana divini amoris *Petri Francisci Chiffletij* pag. 272. A sanctis Patribus & Doctoribus condisco, Te tanquam Reginam mundi ac Moderatricem manifestè in verbo dispicere conditarum omnium rerum naturas, affectiones & operationes, atque *ita ubique locorum adesse* per præsentiam (ut loquuntur) quemadmodum & per potentiam.

Pag. 285. O Dei Parens beatissima, tu secundum Christum Jesum, Filium tuum, Dominum nostrum, spes nostra es potissima: tu nostra apud ipsum Internuncia *& mediatrix, tu omnipotens per gratiam*, sicut Deus per naturam atque essentiam.

Quicunque noverunt gemitus & cogitationes nostras ij sunt omniscij.

Sancti noverunt gemitus & cogitationes nostras.

Ergò ſancti ſunt omniſcij.

Major eſt ex ſacra Scriptura αὐτόπιστος.

München 1631.

Minorem probare conatur *Georgius* Witweiler Soc. Jeſ. im Catholiſchen Hausbuch p.281. Sonſten gemeiniglich werden dieſe Weiß oder Form zuſchwehren / bey den Heiligen alſo verſtanden / daß in denen fürnehmblich GOtt zum Zeugen angeruffen wird / die Heiligen aber ſecundariò, als Nachgeſetzte / **welche vnſere Gedancken auch erkennen.**

P.701. Daß aber die Catholiſche Kirch auch die Heiligen darinnen nennet / gibt ſie hiermit zuverſtehen / vnd zweifelet nicht / **die Heiligen erkennen vnſer Gebet / Beicht vnd Anruffen.**

Bellarminus concione 4. de beatitudine cœleſti p. 471. Proinde non modo *potentes*, ſed planè *omnipotentes eſſe illos*, quis jure inficiari poteſt?

*Henricus Sedulius* in Apologetico p.240. Jure Sancti vocantur *Omnipotentes.*

Auguſtinus Steuchius lib 2. de Donatione Conſtantini pag.230. Pontificem (Silveſtrum) conſtat à pio Principe Conſtantino DEUM *appellatum, &c.*

Sacerdotem eſſe creatorem Creatoris ſui, docuit Diſcipulus de Tempore ſerm.3. Gabriel Biel lect.4. ſuper Canonem Miſſæ p. 21.

D. Heinrich Lamparter to.2. contra D. Reihing fol.153. Daß vnd was Geſtalt die Prieſter in einem Vncatholiſchen Büchlein *Stella Clericorum* genent / *Creatores Creatoris* genent werden / ob es nun nit viel zu bedeuten / jedoch iſt auch ſolche Weiß zu reden / ſo gar vnartig nicht.

II. Secundus articulus eſt de Redemptione generis humani per Chriſtum θεάνθρωπον. Eccleſiæ Romanæ Pontificem illum non ſemper defendere ſequenti ratione evincam.

Arianus non eſt Apoſtolicus.

Liberius fuit Arianus.

Ergò Liberius non fuit Apoſtolicus.

Minorem nobis exhibet Faſciculus Temporum ad annum Chriſti 354. fol. 48. b. *Iſte Liberius* primò Catholicus fervidè contra Arianos proceſſit, ob hoc Conſtantius Arianus cum in exilium miſit, & clerus de conſenſu ejuſdem Liberij Felicem Presbyterum in Papam ordinavit, qui am-

amplius Arianos expugnavit in tantum, ut Ariani ipsi Constantium rogarent, ut Liberius restitueretur, tanquã eis *magis faverabilis*: & sic Liberius revocatus fuit & Felix dejectus. Sed quia Liberius Arianis favebat, idem Felix cum Catholicis eum admonitum & contumacem, tanquam hæreticum de Ecclesia ejecerunt. Et tunc schisma factum fuit & persecutio magna fidelium. Et nota quod primum Romana Ecclesia, circa hæc tempora, *infamem Papam habuit*, quia omnes antecessores hujus Liberij fuerunt sancti & exemplares, ut patet per annos 350. &c.

S. Athanasius testis veracissimus ita scribit to. 1. p. 647. ὁ δὲ Λιβέριος ἐξορισθεὶς, ὕστερον μετὰ διετῆ χρόνον, ὤκλασε, καὶ φοβηθεὶς τὸν ἀπειλούμενον θάνατον, ὑπέγραψε. Liberius post exactum in exilio biennium inflexus est, minisque mortis ad subscriptionem inductus est.

De hoc Liberio Janus Vitalis ita canit:

*Arte mala exilium vertit Liberius, hoc est*
*Difficili pejus carcere & exilio.*

D. Henricus Canisius antiq. lection. tom. 6. p. 731. probat ex Martyrologio Rabani, Liberiũ fuisse Arianum hisce verbis. XIX. Cal. Septemb. natale S. Eusebij & confessoris, qui sub Constantio Imperatore Ariano, machinante Liberio Præsule similiter hæretico, confessionem suam implevit. Nam prædictus Constantius sub rogatu Liberij includit Eusebium Presbyterum in quoddam cubiculum domus suæ. &c.

## Martyrologium Notkeri.

XVIII. Cal. Septemb. Romæ depositio sancti Eusebij Episcopi & Confessoris, qui præsente Constantio Imperatore Ariano, cum fidem Catholicam constantissimè defenderet, & Liberium Papam *perfidiæ consensisse doleret. &c.* P. 902.

Præterea Nestorianus non est Apostolicus.

Anastasius fuit Nestorianus.

Ergo Anastasius non fuit Apostolicus.

Minorem iterum Fasciculus Temporum suppeditat ad annum CHRISTI 484. fol. 53. *Iste Anastasius* primò bonus fuit, sed postea seductus ab Achatio & communicavit ei, ab hoc *clerus separavit se ab eo.* Et quia voluit restituere Achatium occultè, licet non potuit, *divino judicio percussus intestina eijciendo. Decima nona*

*Di-*

*Distinct. Anastasius.* Et hic videtur *secundus infamis Papa*, de toto catalogo Pontificum usque huc, quia primus scilicet Liberius favebat Arianis, iste Nestorianis, utrobique concurrente Vesania Imperatorum.

De hoc Anastasio II. Janus Vitalis ad Papam Julium III.

*Dum malè Anastasi, per devia perditus erras,*
*Exeris ex adytis viscera trita tuis.*

Bellarminus hoc factum dicit esse fictum, sed non est mirum cœcos opinari, Solem in meridie non lucere: si negare, est controversias decidere, tum Arcesilas erit optimus Controversiarum interpres, statuit enim, *nihil sciri posse.*

In Legatione Manuelis Comneni ad Armenios p. 63. Theorianus Orthodoxus. Ergò Christus naturas duas habebat, unam sic comparatam, ut pateretur, alteram, ut non pateretur.

Inde sic ratiocinor: Qui asserit, naturas in Christo ita fuisse comparatas, ut una pateretur, altera non pateretur, is facit duas naturas separatas, duas personas, duos Christos & duos filios.

Heterodoxi cum Nestorio asserunt, naturas in Christo ita fuisse comparatas, ut una pateretur, altera non pateretur.

Ergò heterodoxi cum Nestorio faciunt duas naturas separatas, duas personas, duos Christos, & duos filios.

*S. Gregorius Nyssenus* contra Apollinarium apud D. Henricum Canisium, antiq. lectio. tom. 5. fol. 165. διὰ τὴν ἀκριβῆ ἑνότητα τῆς τε προσληφθείσης σαρκὸς, καὶ τῆς προσλαβομένης θεότητος, ἀντιμεθίστανται τὰ ὀνόματα, ὥστε καὶ τὸ ἀνθρώπινον τῷ θείῳ, καὶ τὸ θεῖον τῷ ἀνθρωπίνῳ κατονομάζεσθαι. Propter perfectam & summam Unionem Carnis assumtæ, & divinitatis assumentis commutantur nomina, ut, quod humanum est, divino nomine, & quod divinum, humano appelletur.

*Arethas* in Apocalypsin pag. 683. ἀντιδιδόασι, γὰρ ἀλλήλοις ὑπὲρ καλ. ἀλήψεως ἀνθρωπίνης, οἰκειωτικῶς τὰ θεῖα τοῖς ἀνθρωπίνοις, καὶ τὰ ἀνθρώπινα τοῖς θείοις ἰδιώμασι. Familiariter namque sibi mutuò reddit ob humanitatis assumtionem divina humanis, & ad humana divinis idiomatis.

*Rusticus ad Sedatum* apud D. Henricum Canisium Tom. 5. antiq. lection. p. 507. Dum imago invisibilis Dei forma sit servi, *ut possit impassibilis pati, incomprehensibilis pati, immortalis mori*, qui mortem occumbendo perimeret, ut vitam resurgendo repararet.

In

In Vindiciis Areopagiticis Martini del Rio ſequentia verba leguntur c.15.fol.64. Temporibus Honorii & Johannis Papæ p.1111. Pontificum Romanorum, vixit quidam *Sophronius Hieroſolymitanus*, qui primus ferè ſe Monothelitis oppoſuit, *auctor Prati ſpiritualis*, circa annum Domini 638. hic in epiſtola ad Sergium Conſtantinopolitanum Patriarcham ſic ſcribit: καὶ τὸ λοιπὸν οὐ κατὰ Θεὸν τὰ θεῖα δράσας, οὐδὲ ἀνθρώπεια, κατ' ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀνθρωπισθέντος Θεοῦ, καινήν τινα τὴν θεανδρικὴν ἐνέργειαν ἡμῖν πεπολιτευμένος. Quod reliquum eſt, neque ſecundum Deum (ſenſibile tantùm) divina perficiens, neque humana ſecundum hominem, ſed *Deo homine facto, novam quandam Deivirilem operationem*, nobiſcum converſatus oſtendens.

Patrum veſtigia hac in re premit *Leonardus Leſſius* Societ. Jeſu de perfectionibus divinis l.12.c.5.p.223. Utroque igitur errore damnato, certiſſima fide tenēdum, in Domino noſtro eſſe duas integras, inviolatas, omnibusque ſuis naturalibus proprietatibus & conditionibus abſolutas naturas, humanam & divinam, easque ita in unam coaluiſſe perſonam, ut unus idemque ſit verus Deus, & verus homo, habeatque omnia, quæ ſunt divinitatis, & omnia quæ ſunt humanitatis, & omnia quæ Filio Dei, vero Deo conveniunt, conveniunt *& huic Homini, & quæ huic Homini conveniunt, tribuantur quoque Deo.*

NB.

*Eſt enim iſte homo Filius Dei*, eſt ab æterno genitus ex Patre, eſt unà cum Patre principium Spiritus Sancti, eſt ſapientia Patris, eſt omnium opifex: rurſus: Deus factus eſt homo paſſibilis & mortalis, Deus natus eſt ex Virgine, Deus paſſus eſt, crucifixus, mortuus, ſepultus. Hoc modo in Chriſto eſt *Idiomatum utriusque naturæ perfecta communicatio*, cum Humana natura *omnia ſua* communicet verbo, & divina natura ſua omnia communicet huic Homini.

Ad hunc ſenſum & conſenſum loquitur Caleca, Patriarcha Conſtantinopolitanus, ante exaltationem Crucis. Quapropter Paulus ait, qui deſcendit, ipſe eſt, qui & aſcendit ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia. Nam divinitate etiam antea cuncta complebat, utpote tanquam ubique præſens, & omnia penetrans.

*Gretſer. to. 2. de Cruce p. 1366.*

*S. Epiphanius* in feſto Palmarum fol 123. Sanè (ajunt nobis creatoris divini pueri) etiam Chriſtus inſidet quidem pullo viſibili, veruntamen à ſinu paterno nunquam ſeparatur, aſini pullo vehitur, & à ſanctorum Cherubim throno, minimè deſeritur: ἀλλ' αὐτὸς ὁ κάτω μετὰ σαρκὸς βροτεῖς

τοῖς ἀνθρώποις, αὐτὸς ὄντως καὶ ἄνω μετὰ πατρὸς ἀψευδής: Veruntamen ſicut ipſe infra & habitu mortalium conſortis aſſiduè præſens eſt, ſic & ſupra unà cum Patre Deus, qui mentiri non poteſt, & verax adeſt idem Omnipopotens ac mundi moderator & gentium rector, & verus Deus & Coryphæus, & frugum auctor, & itineris dux, & cunctorum Salvator.

Piæ huic antiquitati reſiſtit & contradicit *Adamus Contzen* Soc. Jeſu in epiſt. ad Rom. pag. 35. ſcribens: Homo namque non eſt factus Deus, neque ſecundum naturam, neque ſecundum hypoſtaſin.

Si Pater hic legiſſet Patres, inveniſſet à Gregorio Nazianzeno vocari Humanitatem Chriſti ὁμόθεον in Paſcha II. orat. fol. 681.

*Ferdinandus Velloſillus* Epiſcopus Lucenſis in advertentiis excuſis 1604. Venetiis p. 316. Ex hoc infertur primò, hanc eſſe *veriſſimam & propriam, Deus homo factus eſt,* quod eſt contra omnes neotericos Theologos, qui hanc propoſitionem negant. Ratio eorum eſt, quia *factus* appellat ſupra materiale hominis, & ideò tantundem eſt ac dicere, Deus factus eſt homo, quia materiale hominis eſſet verbum divinum. Nos tamen oppoſitum tenemus, nempè iſtam ſimpliciter eſſe concedendam, *Deus homo factus eſt,* ex illo Johannis I. Verbum caro factum eſt, & Symbolo: & homo factus eſt. Unde notanda eſt regula omnium Doctorum antiquorum, Alexandri Alenſis, Bonaventuræ & aliorum, quæ eſt, quod ſemper in his prædicationibus, *Verbum caro factum eſt,* Deus homo factus eſt, *ſubjectum ſe habet materialiter, prædicatum formaliter,* ſive factus ponatur antea, ſive poſt. Unde ſicut iſta eſt vera, Deus factus eſt homo, ita etiam hæc, Deus homo factus eſt, quia eundem ſenſum omninò efficit, ſicut præcedens: nam *factus* appellat formale prædicati, ſcilicet, humanitatem ex tempore competere ſubjecto, qui eſt Deus.

Secundum corollarium eſt, hæc prædicatio eſt hæretica, *Homo factus eſt Deus,* quia ſubjectum ſtat materialiter, & prædicatū formaliter, & ſubjectum ſupponit pro Verbo divino, quod eſt materiale hujus termini, Homo: & ſic idem eſt, quod dicere, Verbum divinum factum eſt Deus, cum tamen ſuppoſitum illud ab æterno ſit Deus, Johan. 8. Antequam Abraham fieret, ego ſum, & in hoc Doctores omnes ſcholaſtici conveniunt.

Deinde ſi Filius hominis non eſt factus Dei Filius, ſequitur Beatam Virginem non peperiſſe Deum, & ſic non θεοτόκον, Deiparam appellandam.

Hic

Hic est apertus & manifestus Nestorianismus, quem Romano-Catholici ἀχνύμενοι τις in sinu fovent. Proinde manes tuos, Adame Contzen, qui socius Jesu audire voluisti, ita alloquor ex Nazianzeno oratione 36. fol. 576. ἢ τὸ πᾶν τίμησον, ἢ τὸ ὅλον ἀτίμασον, ἵνα ἀκόλουθος νοῦς σαυτῷ συγχάνῃς· ὃ δὲ χωλεύει τὸ ἐξ ἡμισείας εὐσεβὲς, ὅλον εὐσεβῆ μὲν εἶναί σε βούλομαι, ἀλλὰ καὶ θέλω βούλομαι, συγγνώμη τῷ πάθει. Aut totum honora, aut totum contemne, ut saltem tibi ipsi constet. Dimidiatam istam pietatem improbo. Totum quidem te pium esse volo: ignosce affectui.

Mariale part. 2. p. 135. de nativ. Mariæ serm. 5. *Lac B. Virginis* non fuisse à natura productum, sed de cœlo ministratum. Et Lucas Brugensis orat. 3. p. 42. *Lac non de terra, sed de cœlo.*

Quale lac, tale corpus.
Christi lac non de terra, sed de cœlo fuit.

Ergò Christi corpus non de terra, sed de cœlo fuit. Annon hoc est negare veram & nobis consubstantialem humanitatem?

Præterea, Romano-Catholici non credunt Filium Dei Patri pro genere humano & redemtione nostri, obedientiam præstitisse: nec inter Patrem & nos Mediatorem esse *secundum utramque naturam*, nec pro nobis passum & sepultum, sed id soli tribuunt *humanitati*, atque Deum esse exclusum. Docent *enim purum & merum hominem* pro nobis obedivisse, legem implevisse, & patiendo, peccata expiasse. Ad hæc, ut hominem solum esse mediatorem inter Deum & hominem, non ut Deum: ut hominem, tanquam summum Sacerdotem Patri sacrificasse, neque ut Deum: ut hominem mortem vicisse, non autem ut Deum: ut hominem, infernum expugnasse, & hostes nostros vicisse, non autem ut Deum: hæc omnia Deum nihil attinuisse.

Item hominem Jesum, B. Mariæ Filium, secundum humanam naturam, per unionem personalem non accepisse omnipotentiam, infinitam scientiam, aut quòd præsens omnibus creaturis imperare possit, esse enim non solum horrendam blasphemiam, creaturæ divinam majestatem attribuere, sed & inutilem, cum talis majestatis nulla creatura capax sit, nec ullo modo esse possit. Et cum dicitur, Hic homo Jesus, B. Virginis Filius, *est Deus*, hanc propositionem esse falsam, si intelligatur, uti verba sonant, nempe hominem verum & naturalem. Nam uti leo non est aquila, multò minus hominem esse Deum: sed ita intelligendam esse

propositionem: hic homo est Deus, id est *Filius Dei est Deus*, qui hunc hominem gestat.

III. In articulo tertio, de Spiritu S. fatemur remissionem peccatorum, cujus exemplum mirabile recitat *Magnum Speculum exemplorum* tom. I. fol. 429. hisce verbis. Refert D. Jacobus de Paradiso Carthus. in libro de peccatis mortalibus. *Romanus quidam Pontifex* fini vitæ appropinquans, Capellano suo Autoritatem Apostolicam contulit se absolvendi, sub plenaria remissione, ut fieri solet, in anno Jubilæo. Finita confessione beneficium absolutionis obtinuit, obiit. Non multò post apparuit eidem Capellano vultu mœstissimo & veste lugubri; requisitus, *an ipse esset Papa defunctus*? respondit, quòd sic. Requirit Capellanus: quare tam tristis apparet? respondit: *Quoniam æternæ morti adjudicatus sum*. Quare, inquit Capellanus? Cum tamen beneficium absolutionis plenariæ tibi confessione facta, impensum sit? Respondit defunctus: *Quoniam supremus Iudex absolutionem illam ratam non habuit*. Quibus dictis disparuit.

Quicquid Viri Apostolici in terra ligarunt & solverunt, id etiam fuit ligatum & solutum in cœlo.

Sed hic Papa hoc non habuit.

Ergò hic Papa non fuit vir apostolicus.

Ecclesia Apostolica jam non regitur Enthusiasmis, visionibus & somniis.

Sed Romana Ecclesia regitur Enthusiasmis, visionibus & somniis.

Ergò Ecclesia Romana non est Apostolica.

Majorem suggerit Hieronymus Tom. 4. in cap. 23. Jeremiæ p. 281. Sunt hodie, inquit, quoque somniantes in Ecclesia, & maximè *in nostro grege*, qui errores suos, Domini jactant prophetiam, & crebrò ingerunt, *sommiavi, sommavi*. Quos corripit Dominus, dicens, usquequò istud est in corde Prophetarum vaticinantium mendacium & prophetantium seductiones cordis sui.

In vita *Theresæ de Iesu*, Bruxellæ edita anno 1610. p. 10. habuit etiam alias visiones particulares, præsertim tamen die quadam spiritus ejus raptus & elevatus in cœlum fuit, magnaque & arcana Dei vidit, & aliquoties hoc beneficium cum à Domino reciperet, tam miranda & ineffabilia secreta manifestabantur, ut impossibile foret ea vel scire, vel explicare.

Pag.

Pag. 25. Statim verò ac Dei famula ad novum Monasterium pervenit, & templum ingressa est, ut oraret, exstasin patiens, Christum vidit, magno illam amore recipientem, eique *coronam imponentem*, quasi præmium magni laboris & operis egregii, quod pro ejus matre patraverat.

Pag. 82. Ejus oratio erat divina & eminentissima in ipsa, altissimas *revelationes, locutiones, visiones, illustrationes*, (ut supra dictum est) patiebatur, &c.

Pag. 97. Habuit etiam gratiam discretionis spirituum, cognoscebat statum & dispositionem, & ea, quæ intrinsecus in animo habebant, ac si intus esset in corde eorum, cum quibus agebat. Præcognovit etiam *controversias magnas futuras inter religiones B. Dominici, & Societatis Jesu.*

P. 102. Moniales non habent pediculos, quod est miraculum, quod multa continet miracula: quia *quot sunt Moniales, tot sunt miracula.*

In vita *S. Franciscæ Romanæ* p. 64. Quotidianæ mensæ expiationi, quæ per sacras preces fieri solet, cum daret operam aliquando, sociarum turba astante, præsenteque, genu demisso, manibus junctis, abstracta à corpore semel diu permansit: altera die, eodem loco, eadem ex prece, quotidianum cibum auspicata visa omnibus tanquam ex Solis nitidissimis radiis inflammata splendescere, oculis in adversam triclinii fenestram affixis atque suspensis, pro spectaculo attonitis sociis, ab eaque postmodum quid res id fuisset, sciscitantibus, fuisse respondit, Deiparam magnam matrem & B. Johannem Baptistam, Christi Servatoris cœlestem prodromum, &c.

In festo *B. Catharinæ Senensis* apud Ludovicum Granatensem pag. 379 Hujus rei complures fuêre testes, qui ibidem affuêre, idemque ipsa virgo testata est, animam videlicet à corpore disjunctam fuisse, vidisseque secreta Dei, quæ nullis possint verbis enarrari, vidisse gloriam sanctorum & pœnas peccatorum, tam apud inferos, quàm in locis Purgatoriis, prorsus inexplicabiles, &c. duravit hæc animæ à corpore separatio ad horas quatuor.

Apostolica Ecclesia in Symbolo Apostolico non agnovit Purgatorium.

Romana Ecclesia agnovit Purgatorium.

Ergò Romana Ecclesia non est Apostolica Ecclesia.

Major sua luce lucet.

Minor probatur teſtimonio Heterodoxorum, in primis Johannis Buddii **in der Wallfahrt ins Fegfewr**/p.113. Darum beweiſt Gott noch in der Höllen Barmhertzigkeit.

Pag.86. Ich (S. Maria) bin auch aller deren Mutter/ die in dem Fegfewr ſeyn.

*In Legenda Sanctorum*, im Winterthcil p.148. Im Fegfewr iſt Frewd und Trawren / und ich ſahe viel Menſchen in Frewden/reichen Betthen/mit Gold und Reichheit/ die hatten jhre Ruh und ſahe etliche ob Tiſch ſitzen und eſſen.

P.149. **Das Fegfewr iſt kalt und warm.**

P.150. Wer vollkomne Rew an ſeinem End hat der komt in kein Fegfewr.

Bellarminus moriturus voluit ire in Patriam.

Bellarminus moriturus voluit ire in Purgatorium.

Ergò aliquis volens ire in Purgatorium, vult ire in patriam, & per conſequens Purgatorium eſt patria.

Cæterùm ignis infernalis, neminem purgat, mundat aut lavat, Gennadius p.86.87.

Ignis Purgatorius eſt ignis infernalis. Ergò ignis purgatorius neminem purgat, mundat, nec lavat.

Atqui Johannes Buddius in der Wallfahrt ins Fegfewr p.140. **Im Fegfewr iſt kein Pein/ſondern nur ein Verlangen nach Gott.**

P.50. Der Richter antwortet/ dir wird gebotten/ du Teuffel **daß du ſie ſolt fegen/biß ſie rein werden.**

Iacobus de Voragine in aurea Legenda, in commemoratione omnium fidelium defunctorum, p.131. b. circa ſecundum, *per quos ſcilicet purgantur?* Sciendum, quòd illa purgatio & punitio fit *per malos Angelos, & non per bonos.*

S. Hieronymus Tom.4. in Ezech. c.30. p.426. Neque enim boni ſed mali angeli tormentis præpoſiti ſunt.

Deniq; Eccleſia Apoſtol. credit vitã æternam aut gehennã æternam.

Magna pars Catholicorum non credit vitam æternam, aut gehennam æternam.

Ergò magna pars Catholicorum non eſt Eccleſia Apoſtolica.

Aſſumtum eſt Ieremiæ Drexelii de vita æterna, pag. 319. ſcriben-

ſcribentis: magna Chriſtianorum, etiam Catholicorum gehennæ & cœli æternitatem eſſe, non credunt.

Johannes XXIII. Diabolus incarnatus dictus (ex Concilio Conſtantienſi p.382.& 388.b.) ſæpè & ſæpius coram diverſis Prælatis, & alijs honeſtis & probis viris *pertinaciter, Diabolo ſuadente* dixit, aſſeruit, dogmatizavit & aſtruxit; Vitam æternam non eſſe, neque aliam poſt hanc: quin imò dixit, & *pertinaciter credidit*, animam hominis cum corpore humano mori & extingui, adinſtar animalium brutorum.

De Bonifacio VIII. dicitur, intravit ut Vulpes, regnavit ut Leo, mortuus eſt ut Canis.

De eodem Janus Vitalis.

*Dum reges premit Octavus Bonifacius, ipſe*
*Cogitur in manicis compedibusque mori.*

## De Reformatione Eccleſiæ Romanæ.

*Bellarminus* parte altera Chronologiæ pag. 93. His temporibus (1024.) quibus Pontifices Romani *à pietate Veterum degeneraverant*, Principes ſeculi ſanctitate florebant. &c.

*Adamus Contzen.* Polit. l.2.c.18.p.106. Clericorum, Clericorum, inquã Clericorum ſed malorum vita turpis hæreſes fecit, auxit, conſervat.

P.107. Si inter ſe diſſimulent Prælati, nec corrigant ſuorum vitia, *liberam reformandi poteſtatem* Regibus & Principibus Chriſti Vicarius concedat, quod nuper magno provinciæ bono Sereniſſimo cuidam Principi commiſit.

*Turnerus* in Orationibus p.232. Benè ille: Clericum eſſe aut ſanctum, aut Diabolum.

A Unito nomine Eccleſiæ, hoſtis expalluit, ita loquitur Edmundus Campianus in rationibus Theologis Anglicanis oblatis. Si loquitur Jeſuita de antiqua Apoſtolica Eccleſia Romana, ambabus manibus amplectimur acroama. Eam Prudentius jure meritoq; laudans, ait:

*Vera fides vigeat, priſco qua condita templo eſt,*
*Quam Paulus retinet, quamq; cathedra Petri.*

Et S. Chryſoſtomus homil. 32. ad Romanos, ego, inquit, propterea diligo, tametſi & aliunde queam illam laudare nempeà magnificentia, ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine, à potentatu, à divitijs, & à *Pariſ. p.281.*

rebus in bellis fortiter gestis: Sed relictis istis omnibus, ob id illam beatam deprædico, quod erga illos Paulus dum viveret, adeò fuit benevolus, adeò illos amavit, coram disseruit, & postremò vitam apud eos finivit. Unde & civitas ista hinc facta est insignis, plus quàm à reliquis omnibus: Et quemadmodum corpus magnum ac validum, duos habet oculos illustres, sanctorum videlicet illorum corpora: non ita cœlum splendescit quando radios suos Sol ex sese demittit, quemadmodum Romanorum urbs, duas illas lampadas ubiq; terrarum effundens. Hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Considerate & horrete, quale spectaculum visura sit Roma: Paulum videlicet repentè ex theca illa cum Petro resurgentem in occursum Domini sursum ferri.

Et Fulgentius de incarnatione & gratia Christi c.11. p.396. Quod duorum magnorum luminarium, Petri scilicet Pauliq; verbis, tanquam splendentibus radiis illustrata, eorumq; decorata corporibus Romana (quæ mundi cacumen est) tenet & docet Ecclesia, totusq; cum ea Christianus orbis, & ad justitiam nihil hæsitans credit, & ad salutem non dubitat confiteri.

Antiqua ergò & Apostolica Ecclesia potest suo modo dici *Dei Regia in terris*.

*Iohan. Baptista Ferrarius in orat.*

*Princeps generis humani arx, Roma.*

Pontificiæ Majestatis *terrenum cœlum*, & Ludovico Cellotio, Roma terrestre Dei domicilium, *arx fidei, caput religionis*. Omnibus quidem modis Jesuitæ contendunt probare, se antiquam sequi Ecclesiam Romanam; Johan. Baptista Gallus in suis notationibus in Thuanum p.17. Nos certè, inquit, Roma sumus, hoc est, antiquæ fidei depositum, à beatis Apostolis Petro & Paulo, Ecclesiæ Romanæ commissum custodimus: & Jacobi Silvani Philippica p.61. Die Catholische haben die alte briefliche Vrkund / die alte Marckstein / die alte Satzungen der alten allgemeinen Religion defendirt.

Pag. 46. Den alten Glauben / den alten Gottesdienst / die alte Gebräuch vnd Ceremonien halten / ja defendirn vnd handhaben / so wol mündlich / als durch offentliche Schrifften vnd Bücher.

*Pag. 38. Patavii 1579.*

*Verba quidem elegantia, sed facta atrocia*: Fuimus Troes: viguit aliquando Roma, sed testimonio Hieronymi *Nigri* Patricij Veneti, ad Jacobum Sadoletum, Roma sentina omnium rerum atrocium & pudendarum.

Pro-

Proinde evidentibus testimonijs probaturus sum, Ecclesiam Romanam non amplius esse Romanam, id est, piam, sanctam, Apostolicam, sed defecisse in doctrina & moribus, itaque magna *reformatione* opus habere, quàm Imperatores, Reges, Principes, & Status Imperij, imò Concilia sæpius petierunt, sed impetrare non potuerunt, aut in quibusdam causis ægerrimè.

1. *Timepore Carolomanni*, in epistolis Bonifacij Archiepiscopi Moguntini legimus: notum similiter sit paternitati vestræ, quod Carolomannus, dux Francorũ me accersitum ad se rogavit, ut in parte regni Francorum, quæ in sua est potestate, Synodum facerem congregari, & promisit se de Ecclesiastica religione, quæ jam longo tempore id est, non minus quàm per 60. vel 70. annos *calcata & dissipata fuit*, aliquid corrigere & emendare velle.

p.181.S.Bonifacius.

Pag. 217. In parte Francorum &c. Omnis Ecclesiastica regula sive disciplina ab eadem provincia *funditùs abolita est*.

2. In vita *S. Erhardi* Episcopi Ratisbonensis. Eo tempore beatus Wolfgangus sancti viri tumultũ frequentare cepit, secretiori semper accedens tempore, superni civis congaudendo gloriæ. Sed cum nocte quâdam secretius post matutinarum solennia multis & lachrymis & precibus sanctũ virum juxta sepulcrum ejus orans alloqueretur, *beatus illi astitit Erhardus* & ait: secretum cordis mei tibi denuncio, quod te advertere fraternè jubeo. Tua quidem opera Deo placita sunt, *teque correctorem* pastoremque verus pastor Christus Jesus huic loco gregique præposuit. Ideoque si diligenter & prudenter officium tuum, ut cœpisti, peregeris, æternum laboris tui recipies præmium. Scito autem frater, quomodo Monasterium hoc, (im vntern Münster) quod Deus omnipotens meæ requiei præstitit, *multis contaminetur sceleribus*, & inhabitantium Monalium peccatum multis reclamat meis precibus, quas pro earum negligentijs multimodis effundo sæpiùs. Dudum jam *ipsarum lachrymis* commotus fudi preces ad Dominũ, sed quia carnalibus *non parcunt fœditatibus*, jam in judicium delati sunt earum gemitus. Et ego frater, non minima conficior hac pro re tristitia, qui quidem victus sim tot scelerum reclamatione, ne possim eis prodesse supplicatione. Quoties ego tremendi judicis procumbo pedibus, quoties emendatione vitam promitto pro peccantibus, quoties duram vindicis distuli sententiam, quoties fratres nos adduxi in preces, *temptata sunt omnia, omnia facta sunt*. Et quid mise-

S. Erhardus

miseræ ego Congregationi faciam amplius, aut quibus precibus agam ante tremendum Omnipotentis Judicis vultum pro tot luxuriantium fœditatibus. Sed quæso te, ut præstita tibi divinitùs utaris prudentia, *omnemque hanc destruas congregationem*, & Monasticam ibi instituas professionem, quam si aliqua harum, quæ nunc inest, velis profiteri, sin autem, quæ ibi sunt, destrue: nec ultra contaminari locum istum patere. Tunc temporis quippe Canonicarum erat in eodem loco professio, ac carnalis petulantiæ non minima fiebat confusio admodum, ut cum arctiorem vitam cogerentur, aliquæ ipsarum Monasterium reliquerint, & fornicatoribus prioribus adhæserint.

*Æneas Silvius.*

3. *Æneas Silvius* Epist. 383. pag. 467. Fatemur insuper aliquando in Romana curia, jam regunt homines, aliqua fieri, quæ essent digna emendatione, nec dubitamus, ipsos Romanæ urbis præsules etiam, in quantum homines, falli, errare, labi ac decipi posse.

Idem l. 1. de gestis Concilij Basiliensis pag. 9. de Romanis verè Pontificibus liceret exempla admodum multa referre, si tempus sineret, quoniam aut hæretici, aut alijs imbuti vitijs sunt reperti. Epistola 166. fol. 307. sciebat vir sanctus (Martinus) quia pupillorum & viduarum causa ad Principes non egrediuntur: quia nunquam apud Reges causa pauperum defenditur: quia *venalis est omnis justitia*, quia impudicus est omnis sermo, quia nulla misericordia, nullus religionis Zelus, *nulla charitas*, sed invidia & ambitio tantummodò dominatur.

Epistola 413. p. 587. Sed dignè patimur pro nostris iniquitatibus: nulla intra nos concordia, nulla obedientia est, neque spirituali, neque temporali paremus capiti. Jacet spreta religio, justitiæ nullus honos, fides penè incognita, sed Rex quisque aut Pontifex esse videtur, quod capita tot sententiæ. Scinditur incertum studia in contraria vulgus, &c.

*Concilium Pisanum.*

4. *Epistola Concilij Pisani* ad Maximilianum I. Imp. f. 61. Gravissimis notorijsque criminibus ad scandalum usque manifestissimis misella Ecclesia opprimitur, ut nisi protinus occurratur, naufragium factura procul dubio videatur, spreto Constantiensis constitutionis præcepto, solenni voto & juramento universalis Ecclesiæ Reformationem tamdiu tanto cum discrimine tum prætermittere, aut potius contemnere: tum præterea eos, qui pietatis intuitu & promissionis religione, Spiritu S.

duce

duce, opem ferre ſtudeant, uti rebelles hoſtesque, & infideles inſequi, q. jam palam facere quærat ſummus Pontifex, nihil magis cordi ſibi eſſe, quam ut olim, de ſubactis hoſtibus triumphum Julius Cæſar retulit: ita ſe de ſub[illegible] dirutaque Eccleſia, id eſt, de bonis illis membris (quod abſit) aliquando triumphare.

In Apologia Concilij Piſani pag. 28. Indictio Romani Concilij notorio Loci vitio laborat: Romæ enim, ut latius ſuo loco proſequemur, nec nos, nec innumerabiles alij *tutum* eſſe locum conſulendi ſtatuendique vera & neceſſaria pro Eccleſia hodie arbitramur.

5. Omnes ſtatus eſſe corruptos queritur *Fridericus Nauſea* Epiſcopus Viennenſis homilia ſecunda p. 3. b. ubi nunc virtuti locus? ubi integritas, quæ nulli prorſus eſt curæ? Charitas omninò mortua, veritas prorſus perdita, pax ad ſummum ægrotat, juſtitiam nunquam reperies, lex pariformiter obcæcata. Honor planè in nullo non loco evaneſcit. Quis modò ex animo Rempub. curat? cum quiſq; ſuum, non quod alterius eſt, quærit. Ecquid? Principes ac Rectores non parum multi puereſcunt, Epiſcopi per tranſennam conſpiciunt, Conſules & Prælati populo plerique duces ſunt ad vitia quæq; peſſima, cùm verbo & facto eſſe exemplo debuerint; *Religioſis*, quos appellant, *nihil penè irreligioſius*, Monialibus quoque nihil *irregularius*. Nobiles plerique rapinis ſtudent magis quàm rebus benè gerendis. Inter mercatores & artifices *nulla plane fides*. Paſtores deglubunt, non paſcunt: oviũ nulla neque obedientia, neque de mulctis cura. *Clerici* vita & habitu Laici eſſe volunt, & hi diverſo Clerici; Canonici, atque id genus *Sacerdotes* die noctuque nepotantur, voluptuanturque. *Simoniæ* obnoxij Judices, non jure ſed favore & affectu judicant. Nequitia nunc prudentiæ nomen uſurpat, ſcelere plus contaminantur, quos inde ſupplicium ſumere oportuit.

*Colonia 1532. Fridericus Nauſea.*

Nec eſt in Communitate Concordia, fierique inde adſolet, ut peſſum ſit itura ubique Reſpub. *Adulterium opprobrio non vertitur*: uſura nusquam non impunè adcreſcit. A ſuperbia nemo alienus, libido inter vitia ne æſtimatur quidem, gula toto æſtuat orbe & crapula, *fides omninò defuncta jacet*, falſitas palam protrita, vide pag. 80. & 81.

6. *Thomas Stapletonus* contra Simoniacos. Perpendant hoc noſtri *Simoniaci*. Nam illi hæc planè omnia humana putant & pro-

*Tom. 1. pag. 224. Thom. Stapletonus.*

profana: ideo emunt & vendunt Sacerdotij ordinem, Pastoratus, Canonicatus, Decanatus officium ac munus, ut dignitates ambiunt, ut beneficia conquirunt, non quibus Deo & Ecclesiæ serviant, sed quibus commodè & splendidè vivant. O rem detestandam! Tom.1. de boni Sacerdotis officio p.249. Utinam hæc hodie vera essent. Utinam *plerique nostrûm*, qui ad Ordinem sacerdotalem aspiramus, aut cum jam adepti sumus, non id magis spectaremus, ut commodè & honorificè vivamus, ut privilegijs & immunitatibus gaudeamus, ut in otio & tranquillitate agamus, quàm ut legitimè ministremus, ut opere & sermone alios ædificemus, ut oremus, obsecremus, postulemus. &c.

Tom.1.p.124. Præclarum celebratur illud S. Francisci dictum, qui cum latronem ad publica supplicia ductũ à socio suo valdè deplorari vel accusari potius cerneret, quod tanta mala perpetrasset, ut jam laqueum mereretur, respondit: Imò nostram potius vicem ac sortem deploramus, frater, quod tantis à Deo gratiæ suæ beneficijs accepti[s], plura & excellentiora pietatis opera non facimus. Qui scis enim, an hic latro à Domino gratias accepisset, quas nos accepimus, multò nobis sanctior & Deo gratior fuisset?

*Romæ 1606. S. Brigita.*

7. *S. Brigita* Revelationum lib.1. cap. 41. fol.65. Nunc ergò conqueror te *caput* Ecclesiæ meæ, qui sedes in sede mea, quam Petro & successorib' ejus tradidi ad sedendum in ea tripliti dignitate & autoritate. Primò ut potestatẽ haberent ligandi animos & solvendi à peccato. Secundò ut aperirent cœlũ pœnitentibus. Tertiò ut clauderent cœlum maledictis & contemnentibus. Sed tu qui deberes solvere animas & ad me præsentare, tu verè es animarum *interfector*. Ego enim institui Petrum Pastorem & servatorem ovium mearum, tu autem es dispersor & lacerator earum. Tu autem pejor es *Lucifero*: ipse enim habebat ad me invidiam, & nullum concupivit occidere, nisi me, ut pro me dominaretur: tu autem tantò deterior es, quòd nõ solum occidis me removendo me à te per mala opera tua, sed & animas occidis per malum exemplum tuum. Ego redemi eas sangvine meo, & commisi tibi tanquam amico fideli: tu autem tradis eas iterato inimico, à quo redemi eas. Tu es injustior *Pilato*, qui nullum judicabat ad mortem nisi me. Tu autem non solùm judicas me, quasi nullius dominatorem & nullius boni dignum, imò & animas innocentes condemnas, & nocentes dimittis. Tu

es immitior *Iuda*, qui me solum vendidit: tu autem non solum me vendis sed & animas electorum meorum pro turpi lucro tuo & vano nomine. Tu es abominabilior Judæis: Ipsi crucifixerunt corpus meum solum, tu autem crucifigis & punis animas electorum meorum, quibus malitia tua & transgressio amarior est omni gladio. Et *ideo, quia tu similis es Lucifero, injustior Pilato, immitior Iuda, abominabilior Iudæis*, meritò conqueror super te.

Hæc quanquam sunt verissima, & Romæ anno 1606. apud Stephanum Paulinum Superiorum autoritate excusa, tamen Jacobus Gretserus in ..... Salmuriensi fol. 490. exprèssè negat, scribens: Horribilia contra Papam quasi ex Brigita recenset Illyricus, & ex hoc Plessæus. At imprimis non notat ullum aut librum, aut locum Revelationum, sed generatim ajunt Brigitam hoc vel illud de Papa pronunciâsse. Sat grandis codex est, Revelationum ille liber, nec cuilibet vacat, ut ob cujuslibet Sectarij criminationes totum volumen evolvat. Cur, si fidem sibi suisq; dictis haberi volunt, loca fideliter non annotant? Ubi S. Brigita de Pontificibus agit, Flacciana illa encomia *haud invenies*: animarum interfectorem, ovium Christi dispersorem & laceratorem, abominabiliorem Judæis, immitiorem Juda, injustiorem Pilato, pejorem & deteriorem ipso Lucifero &c. *Hæc & similia convitia non a Brigita, sed ab Illyrico & Plessæo sunt.*

Eadem B. Brigita Revelationum lib. 6. cap. 33. fol. 519. Pater loquitur ad filium. Sed *verè sponsa tua nunc facta est adultera*, fores thalami sunt clausæ, & in loco sponsæ jacet adultera pessima, quæ cogitat sic apud se, quando vir meus dormiet, & nudus jacuerit, tunc producam eum gladium acutum, & interficiam eum, quia non placet mihi.

8. *Bellarminus Cardinalis* in concionibus pag. 612. Sed quoniam ijdem sumus, qui semper fuimus, *merum emendationem* vel exiguam vel nullam videmus, *ego quidem vehementer metuo*, ne gravibus istis incommodis quæ hactenus passi sumus, etiam graviora succedant.

*Colonia. Bellarmin.*

Idem in concionibus p. 136. Ego sanè vehementèr timeo, ne, si pergamus, sicut aliàs solemus *Bacchanalia celebrare*, & DEUM ad iracundiam flagitijs provocare, compleatur tandem nostra malitia, compleatur & ira Domini, & disperdat nos DEUS, sicut alijs multis regnis accidisse videmus.

Concione 6.fol.50. Iidem sumus, qui semper fuimus, nulla est emendatio morum, nullus Zelus honoris Dei, omnes quærunt quæ sua sunt: Idcircò vehementer formidandum est, ne sint posteriora pejora prioribus. Sanè non placabitur Deus simplici confessione peccatorum, sed requirit seriam pœnitentiam, verum dolorem peccatorum, vitæ mutationem, & nisi hoc fiat, *desperandum est de sanitate harum regionum*: &: O quantum absumus à religione & fervore Sanctorum Patrum, majorum nostrorum, pag.55. de Concionatoribus. Plus destruunt Ecclesiam Christi vocibus morum, quàm ædificent vocibus verborum.

NB.

Pag. 61. Nec enim esset hodie tanta facilitas peccandi, si non etiam tanta facilitas absolvendi.

Pag. 92. Existimo multos reperiri eorum, qui heri ad pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta accesserunt, qui hodie rursum sunt in suo pristino cœno, & quomodo potest aliter fieri? Confessi sunt solùm ex consuetudine, ut facerent, sicut alij faciunt: non quod vitam mutare vellent, hoc propositum non habebant, vel si habebant, in ore, non in corde habebant.

Pag. 210. Atque ut aliquid majus & tamen verum dicamus: Videmus interdum aliquos homines religiosos & non paucos Sacerdotes, qui officio & vestibus sanctimoniam profitentur, neque hoc solùm, sed legunt assiduè divinas literas, frequenter, si non quotidie, rem divinam celebrant, neque uxores aut liberos habent, sed sunt ipsi liberi ab omnibus curis & sollicitudinibus, quæ eos à studijs rerum divinarum avocare vel impedire potuissent, & tamen ita sunt aridi, ita sine spiritu, ita frigidi in amore Domini, ita ferventes in amore seculi, ita saccum plenum habent ira, invidentia, cupiditate, ut nihil à secularibus differre videantur: horum omnium illa una est causa, quod non intrant in cor, neq; curant aliud, quàm hominem externum.

Pag. 216. Hæc profectò est causa, cur illi (*Sancti*) plus una concione, quàm nos decem concionibus proficiamus, quod illi divites humiles erant; nos sumus pauperes superbi: Illi spem suam ponebant in DEO, nos sæpè in nostra Sapientia vel eloquentia ponimus.

Dominica Lætare pag. 235. Annis aliquot antequam Lutherana & Calviniana hæresis oriretur, nulla fermè erat, ut ii testantur, qui etiam tunc vivebant, nulla (inquam) propè erat in judicijs Ecclesiasticis seve-

ſeveritas, *nulla in moribus diſciplina*, nulla in ſacris literis eruditio, nulla in rebus divinis reverentia, nulla propemodum jam erat *Religio*. Eximius ille Cleri & ſacri Ordinis decor *perierat*, viliſſimo cuiq; ludibrio erant Sacerdotes, à populo contemnebantur, deſpiciebantur, gravi diuturnaque laborabant infamia. Et unde nam hæc omnia? Nonne ex eo, quòd *Paſtores* ordine præpoſtero, non præcipuè gloriam Chriſti & ovium ſuarum ſalutem, ſed panes & piſces, hoc eſt, reditus & proventus potiſſimum in Eccleſiaſticis muneribus quærebant?

Pag. 238. ad Confeſſionem accedimus quidem, ſed ſine dolore, ſine propoſito emendationis.

Concione XLI. pag. 390. Inſpicite nunc, auditores, inſpicite loculos veſtros. O quàm multi ſunt, qui ſe divites putant, & auro ſeabundarè credunt, & interim tamen nihil niſi aurichalcum habent, vel folia quædam, quæ colorem auri & ſonitum quendam habent, ſed pondus & æſtimationem auri non habent. Iſti ſunt, qui diligunt verbo & lingua, non opere & veritate: ô quàm multi reperiuntur hoc tempore, qui ſi verba ſpectes, & domum, & ſeipſos offerunt, & amicis dicunt: quicquid eſt meum, pariter eſt & tuum: utere, fruere bonis meis, non ſecus ac tuis, operam meam in nullo, ſive loco ſive tempore deſiderabis. At ubi reipſa aliquid ab eis petitur, nihil habent, nihil valent, nihil poſſunt, pecunias fures rapuerunt: veſtes tineæ comederunt: frumentum totum eſt conſumptum. Ah miſer, charitas iſta, charitas aulicorum eſt, non charitas Chriſtianorum eſt. Siccine aurichalcum venditis pro auro, & judicium Dei non timetis?

Concione XLII. pag. 401. Quis non videt, quàm graviter affligetur corpus Eccleſiæ? quàm atroci & quàm diuturno morbo laboret? quàm debilitatem & laſſitudinem membra omnia præ ſe ferant? Et hoc unde, niſi quia *Stomachus* calorem ad cibos concoquendos non habet? Si Clerici, qui duces aliorum & matres, & nutrices eſſe debent, lac non habent, perfectionem ignorant, quomodo cæteros alere, docere ac ducere poſſunt?

## De Clemente VIII.

In vita *Bellarmini*, Clemens VIII. aliquando dicitur Bellarminum rogâſſe, ut *modum Reformationis* urbis & Eccleſiæ Romanæ doceret, in hæc verba reſpondit: Videntur mihi ſex quædam res eſſe, quæ Reforma-

*Lib. 3. p. 252.*

tione indigeant, nec ſine periculo negligantur. Prima res eſt diuturna vacatio Eccleſiarum, de qua re extat epiſtola S. Leonis ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem, in qua jubet ſine mora provideri Eccleſiis, ne gregi Domini diu deſit cura Paſtoris. Extant quoque plurimæ apud S. Gregorium epiſtolæ, in quibus admonentur ii, ad quos ſpectat electio, quàm citiſſimè paſtorem ut eligant. Et ſi fortè neceſſaria fuiſſet aliqua mora, conſueverat idem Pontifex vacantem Eccleſiam commendare vicino Epiſcopo, non ad fructus percipiendos, ſed ad ſollicitudinem ejus Eccleſiæ interim gerendam. Itaque ſtudebant ſanctiſſimi illi prudentiſſimique Pontifices continuò vacantibus Eccleſiis providere ne rei efficerentur animarum, quas ob defectum Paſtoris perire contingeret. Difficile enim eſſet, paucis explicare, quantum detrimenti capiant Eccleſiæ viduatæ, in quæ vitiorum abrupta ſe grex præcipitet, dum caret Paſtore, quantum ſilveſcat vinea Domini, dum caret agricola.

Pontifex ad hæc, in hac prima re, inquit, ſive in hoc primo capite *fatemur nos peccaſſe & peccare.* Sed plerumque in cauſa eſt difficultas inveniendi viros idoneos. Et quamvis ſæpè multi nobis proponantur, cum per nos ipſi nequeamus ſumere informationes, & cum aliquando experti ſimus illos, quibus hanc curam demandavimus, nos decepiſſe, vel ipſos ab aliis deceptos fuiſſe, tutius interdum putavimus, memores ſententiæ S. Pauli, manus citò nemini impoſueris, differre, ne deciperemur. Tamen recordamur, tempore Magni Gregorii fuiſſe Eccleſias, quæ diu vacabant, & hac de cauſa ſolitum fuiſſe uni Epiſcopo aliam Eccleſiam, non ſuam commendare, ut interim curam illius haberet.

Secunda res eſt promotio minus utilium Prælatorum: deberet enim provideri Eccleſiæ de bonis perſonis, non autem perſonæ de bonis Eccleſiis. Fateor tamen, optimam illam eſſe proviſionem, cum utrumque ſimul fieri poteſt, ut & perſonæ benemerenti, & Eccleſiæ vacanti utiliter provideatur. At ut alia nunc præteream, Concilium Tridentinum affirmat, peccare mortaliter eos omnes, ad quos quocunque modo ſpectat Epiſcoporum promotio, niſi eos præficiendos curaverint, quos Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint: quæ eſt communis Doctorum ſententia. S. Gregorius rectum ordinem eſſe dicit, ut quærantur homines ad Epiſcopatum, non ut quærant homines Epiſcopatum; & S. Bernardus, qui pro ſe rogat, inquit, jam judicatus eſt, & infra; cunctantes & renuentes compelle intrare.

Sub-

Subjungit Pontifex: ſcimus hoc, & quantum in nobis eſt, ſemper præ oculis habemus providere Eccleſiis, non autem perſonis, niſi quando & Eccleſiæ & perſonæ æquè nos providere putamus. Sed prima & maxima ratio Eccleſiæ habenda eſt. Sententia quam affert, vera eſt: ſed ſi de dignioribus eſt eligendum, nunquam providebitur Eccleſiæ, quia neſcimus modum quem tenere poſſimus, ut ſciamus, quis dignior ſit. Quoad ipſos Epiſcopos, hoc etiam nos torquet, quia ſi nos nolimus dare Epiſcopatus petentibus, vel his qui nobis ab aliis proponuntur, neſcimus quomodo poterimus Eccleſiis providere, præſertim Eccleſiis non ita magnis & modici reditus, si Dominatio veſtra ſcit aliquem modum, libenter audiremus & amplecteremur. Multa enim poſſunt & quidem verè dici; ſed cum ad praxin devenimus, in magnas incidimus difficultates.

Tertia res, inquit, eſt abſentia Paſtorum ab Eccleſiis: quid enim prodeſt idoneum eligi, ſi non reſideat? nam oves ſuas agnoſcere, easque sacramentorum administratione ac bonorũ operũ exemplo paſcere non poſſunt, qui gregi ſuo non aſſiſtunt, ut per ſe notum eſt. Inter hoc numerantur Epiſcopi, qui Nuncios Apoſtolicos agunt, quorum aliqui per annos multos Eccleſias ſuas non viderunt. Nonnulli relicto miniſterio paſcendi animas ſibi creditas magiſtratum politicum gerunt. Multi, relictis opibus ſuis, Romæ iis in rebus occupantur, quæ per alios commodè fieri poſſent. Fateor quidem aliquos Epiſcopos à reſidentia per obedientiam excuſari, neque illud inficior, ſummum Pontificem certis de cauſis atque ad tempus Epiſcopos aliquos à reſidentia eximere, ſed neſcio an Deo placeat, ut tantus numerus Epiſcoporum tàm longo tempore, cum tanto animarum detrimento à propriis Eccleſiis abſit, quos certè ſuo muneri ſatisfacere non poſſe, perſpicuum eſt.

Pontex ad iſta: *In hoc fatemur*, inquit, *nos peccaſſe*, quia nimis facilè indulſimus Epiſcopis, ut poſſint Romam venire, & difficilè Româ dimittuntur. Antea, ſi Dominatio veſtra velit recordari, longè pauciores reſidebant. Quoad Nuncios, putamus decentiſſimum eſſe, ut Nuncii ſint Epiſcopi, qui Epiſcopis imperant, & majoris autoritatis ſunt quam Principes & populus: & niſi tanta hominum penuria laboraremus, citius eos maturaremus. Quoad eos qui Politicos Magiſtratus gerunt, non eſt hoc tempore in ſtatu Eccleſiaſtico niſi unus aut alter, & tàm propè ad ſuum Epiſcopatum, ut quovis die, ne dum quavis hebdomadâ poſſit eſſe.

esse in sua Ecclesia, & ferè quavis hora in sua diœcesi. Revera nos non nisi Nuncios diu absentes retinemus, quorum mutatio ob magna & periculosa negotia facilè fieri non potest.

Quarta res est, inquit, Polygamia spiritualis, cum videlicet uni personæ plures Ecclesiæ committuntur. S. Bernardus in epistola ad Comitem Theobaldum rem totam tribus verbis absolvit, cum ait, id non esse licitum, nisi dispensatoriè ob magnam Ecclesiæ necessitatem. S. Thomas scribit beneficiorum præsertim Curatorum multiplicitatem non solùm contrariam esse Juri Canonico, sed etiam Juri naturæ: non quòd ita sit intrinsecè mala ut nullo modo honestari possit, qualia sunt adulteria, mendacia & similia, sed quod absolutè mala sit, possit tamen ob certas circumstantias honestari, atque ob Ecclesiæ necessitatem. Ex quo colligit idem S. Thomas, eum qui ex dispensatione duas Ecclesias habet, non esse tutum in conscientia nisi causa illa adsit, nempe Ecclesiæ necessitatis vel certè majoris utilitatis, quoniam dispensatio non tollit, nisi vinculum juris positivi: & hanc S. Thomæ doctrinam omnes Theologi probant. Quare timendum est, ne fortè non sint in Conscientia tuti, qui aliquando duas Ecclesias habent, unam Cardinalitiam, alteram non Cardinalitiam. Causa enim cur Episcopis Cardinalibus duæ permittantur Ecclesiæ, non videtur esse necessitas vel utilitas Ecclesiæ, sed major personæ dignitas vel commoditas. Denuò Pontifex: Quoad istam πολυγαμίαν, inquit, ea interdum est solùm in istis sex Episcopatibus Cardinalitiis, circa quod nihil mutandum duximus, cum à Prædecessoribus nostris, etiam post Concilium Tridentinum, res hæc examinata fuerit, & ita constituta. Et turbare ordinem collegii & redarguere facta Prædecessorum nostrorum & tot Cardinalium non visa fuit nobis res, quæ sine scandalo fieri possit.

Quinta res est facilis translatio Episcoporum de una Ecclesia ad aliam. Translatio enim Episcoporum, secundum Canones, atque usum veteris Ecclesiæ non debet fieri, nisi ob Ecclesiæ necessitatem vel majorem utilitatem. Neque enim institutæ sunt Ecclesiæ propter Episcopos, sed Episcopi propter Ecclesias. Nunc autem quotidie translationes fieri videmus, ea solùm de causa, ut Episcopi vel honore vel opibus augeantur. Propterea notum est ex capite. Inter corporalia de translatione Episcoporum, vinculum matrimonii spiritualis esse aliquo modo majus, quàm vinculum matrimonii corporalis, & ideò non posse solvi, nisi

nisi à Deo sive à Vicario Dei declarante voluntatem Domini sui. Quis autem credat velle Deum, ut ob solum temporale lucrum vel honorem, vinculum hujus sancti conjugii dissolvatur? Præsertim cum id sine detrimento animarum fieri nequeat, ut experimentum ipsum docet. Neque enim ipsi Episcopi Ecclesias diligunt, quas brevi se deserturos sperant, ut ad alias commodiores transeant. Nos inquit præterea Pontifex, cum difficultate transferimus, & non defuimus monere Principes per Nos, & Nuncios nostros.

Sexta res est, subdit ultimo capite Bellarminus, Episcopatuum resignatio sine legitima causa. Nam si tàm est arctum ac penè insolubile vinculum inter Episcopum & Ecclesiam, ut canones docent, unde fit, ut tàm facile vinculum istud quotidie resolvi videamus? Alii retentis fructibus Ecclesiam resignant, ac si quis uxorem repudiet ac dotem retineat. Alii divites ex reditibus Ecclesiæ effecti, renunciant Episcopatui, ut ad majora sibi viam aperiant. Alii nepotibus sedem renunciant, ut specie renunciationis possideant sanctuarium Dei. Alii malunt in Romana curia Referendarii esse vel Clerici, quàm extra curiam sacerdotes magni. Denique alii causantur aëris salubritatem, alii proventus exiguos, alii populi protervlam. Sed Deus novit, an istæ justæ sint causæ resignationis, & utrùm ejusmodi Episcopi quærant quæ sua sunt, an quæ Jesu Christi?

VI.

Nos ultimò, inquit Pontifex, resignationes difficillimè admittimus, non nisi examinatis causis in congregatione rerum Consistorialium, & aliquando admittimus ob ineptitudinem resignantium.

Demum addit in fine Bellarminus, Hæc sunt Beatissime Pater, quæ mihi hoc tempore suggerenda Sanctitati vestræ esse videbantur, ut conscientiam meam hac in parte exonerarem. Quæ sicut à me sincero animo scripta sunt, ita benigno cultu à Beatitudine vestra legantur cum omni reverentia & demissione etiam atque etiam precor.

Post hæc Clemens etiam ipse in verba desinens, quibus videtur è majestate descendens ad Christianam ac Pontifice dignam humilitatem: hæc paucula inquit, ita cursim diximus, non ad excusandas excusationes in peccatis, sed ut ipsi potius misereatur difficultatibus, quibus implicit in has ærumnas incidimus. *Fatemur enim, ne dum in istis, sed in aliis multis, immò in omnibus peccasse, & in nulla re munere nostro satisfecisse, nec satisfacere.* Roget igitur Deum omnipotentem, vel ut sua divina &

efficacissima gratia nobis opituletur, vel, quod magis optamus, ut nos ab hoc mortali vinculo absolvat, aliumque subroget, qui omnibus numeris officium sibi injunctum absolvat.

In vita Bellarmini lib.4.pag.349. Rationem quoque ineundam relegandi ex urbe tot prostratæ pudicitiæ mulierculas: quod pariter egit S. Ludovicus Rex Lutetiæ Parisiorum: cum sit indecens in sancta civitate ita esse incontinentibus semper paratam voluptatem. Atrocia in Deum & in sanctos dicta, thori maritalis violationes, præposteras libidines puniri oportere suppliciis gravissimis, juxta præscripta V. Testamenti: ne pudor sit, Christianos homines non perinde atque Hebræos olim, istiusmodi facinorum vindices haberi. Interdicenda quoque Hebræis ipsis in urbe fœnora tàm aliena, quibus nec inest æquitas, nec adest modus.

Quod si ita Clemens VIII. ingenuè fassus est, se nedum in istis sex, sed in aliis multis, *immò in omnibus peccasse, & in nulla re muneri suo satisfecisse, nec satisfacere:* peccatum igitur grande commisit.

*Æneas Silvius* epist.104.p.135. In Jure Civili non desunt ineptiæ: nam & eorum libri ajunt, Legem quanquam duram, esse servandam. In Jure Pontificio dietim mutationes ferunt, ut sæpè, quod justum est hodie, cras fiat injustum.

P.461. 9. Necessariam fuisse Ecclesiæ Romanæ Reformationem suo suffragio comprobat D. Lutherus, qui tom.1. Latino Jenensi ad Leonem X. ita scribit: Sedem autem tuam, quæ Curia Romana dicitur, quàm neque tu, neque ullus hominum potest negare, *corruptiorem esse* quavis Babylone & Sodome, & quantum ego capio, prorsus deploratæ, desperatæ atque conclamatæ impietatis, sanè detestatus sum, indigneque tuli, sub tuo nomine & prætextu Romanæ Ecclesiæ, ludi Christi populum, atque ita restiti, resistamque dum Spiritus fidei in me vixerit.

Pag.461.b. Luce hac omnibus clariora sunt, & facta est è Romana Ecclesia, quondam *omnium sanctissima*, spelunca Latronum licentiosissima, lupanar omnium impudentissimum, regnum peccati, mortis & inferni, &c.

Pag.462. Incomparabiliter Turcarum vincit impietatem, ut revera, quæ olim erat janua cœli, nunc sit patens quoddam os inferni, &c.

P.288. b. *Tomo II. Latino Ienensi de Civitate Babylonica:* Tyrannis Papalis jam à multis seculis fidem extinxit, Sacramenta obscuravit, Evangelium oppressit:

oppreſſit: ſuas autem non modò impias & ſacrilegas, verùm etiam barbaras & indoctiſſimas Leges imperavit, & ſine fine multiplicavit.

*Aurea laudantur priſca domicilia Romæ,*
*Priſca ſuas nimium gloria tollit opes.*
*Sit ſanè veteri ſua magnificentia Romæ,*
*Saxoniam debent ſecula noſtra loqui.*

# HISTORICA DEDUCTIO.

## Pontifices Romanos nec in moribus eſſe ἀναμαρτήτους, impeccabiles.

### Ex unico PAPIRIO MASSONO, Hiſtorico Catholico, Gallo, collecta.

S. Bernardus, Eugenii Pontificis Romani excellentiam & majeſtatem commendans, de conſideratione l. 2. ſcribit: Age indagemus adhuc diligentius *qui ſis*, quam geras videlicet pro tempore perſonam in Eccleſia Dei? *Quis es?* Sacerdos magnus, ſummus Pontifex. Tu Princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, autoritate Moſes, judicatu Samuel, poteſtate Petrus, *unctione Chriſtus.* Tu es, cui claves traditæ, cui oves creditæ ſunt. Sunt quidem & alii Cœli janitores, & gregum Paſtores, ſed tu tantò glorioſius, quantò & differentius utrumq; præ cæteris nomen hæreditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges ſingulis ſingulos tibi univerſi crediti, uni unus. Nec, modò ovium, ſed & paſtorum tu unus omnium paſtor. Unde id probem, quæris? Ex verbo Domini. Cui enim, non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum, ſic abſolutè & indiſertè totæ commiſſæ ſunt oves: Si me amas, Petre, paſce oves meas. Quas? Illius vel illius populus civitatis, aut regionis, aut certi regni? Oves meas, inquit. Cui non planum, non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes. Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil. *Pag. 1531.*

Idem tamen Bernardus ad Innocentium Papam ſcribit epiſtola 177. *Dico tamen, jus, fas, honeſtas, religio, in noſtris Epiſcopatibus perierunt.* *Pag. 1361.*

Pererius in Danielem lib. 10. Etiam Vicarius Chriſti, ſummus Pontifex *Pag. 475.*

Pontifex Romanus, qui ipsum repræsentat in terris, omnes mortales dignitate potestateq; præcellens, non tantum Sanctus sed etiam Sanctissimus & Sanctitas appellatur.

P.401.b. Verum enim verò potius Catholico Historico assentimur Papirio Massono in Julio II. scribenti: In Pontificibus nemo hodie sanctitatem requirit: optimi putantur, si vel leviter boni sunt, vel minus mali, quàm cæteri mortales esse soleant.

P.439. Apud Gobellinum in Commentariis Pii II. Rex Bohemiæ ad Fantinum Apostolicum Legatum ait: In Apostolica sede plures sederunt Apostatæ Viri & nequam. Sanctam appellant sedem, nos non probamus In unione fidelium sancta sedes existit, quam Romæ quærere non oportet.

Non cuivis historico credendum, teste Papirio Massono in Gregorio VII. sed iis solùm, qui remoto omni odio, omniq́ue perturbatione animi & corruptela scripsêre.

Edisserat ergò nobis Papirius Massonus Catholicus, Gallus Historicus, Baronii ore commendatus in Martyrologio ad diem 25. Augusti, Pontifices Romanos in *moribus* non fuisse ἀναμαρτήτους, impeccabiles.

## I. Gregorius IV.

P.135.b. DE GREGORIO IV. ita scribit: In summa pace tunc vivebat Ludovicus regum piissimus, sed Lotharii filii conjuratione bellum in parentem exortum, atque ingens rerum perturbatio secuta est, capto genitore, & in custodiam convicto. Is conatus perfidi filii in pium parentem nefarius fuit, neque eum diu Superi tulere. Ac mihi liceat, jure enim licet, Gregorium accusare participem conjurationis hujus. Sic enim Vitaldus de eo loquitur, qui Francorum reges sanguinis jure contingebat, Gregorium, inquam, Romanæ, summæ sedis Pontificem Proceres, ut sua autoritate liberius, quod cupiebant, perficere possent, sub eadem specie magnis precibus in supplementum suæ voluntatis assumunt. Quamobrem Imperator cum omni, quod habebat imperio, tres Reges, filiiq; ejus adversus eum cum ingenti exercitu, insuper Papa Gregorius cum omni comitatu Romano, juxtaque montem Sigivaldi castra ponunt, ac variis afflictionibus populum, ut à Patre deficeret, filii compellunt: novissimè quibusdam fuga lapsis cum perpaucis Pater capitur, uxor ab eo demta in Longobardiam exilio mittitur, ac Carolus unà cum Patre,

Vr. conjectt.

magna

magna custodia servatur. Gregorius siquidem Papa itineris pœnitudine correptus tardius, quam vellet, Romam revertitur. Itaque probabile est, Gregorium non ausum ab Ludovico stare, veritum ne procurante Lothario qui Italiæ imperabat, dignitate exueretur, quod ille juvenis hic senex esset. Plures enim Orientem solem adorant, quam occidentem.

## II. Sergius III.

TU Luitprande, expone nobis, cujus impurus parens fuerit, tertius ille Sergius, Romanæ Urbis Episcopus, qui tertium quoq; Anastasium antecessit. Theodora, inquis, Scortum impudens hujus Alberici, qui nuper hominem exuit avia (quod dictu etiam fœdissimum est.) Romanæ civitatis non inviriliter Monarchiam obtinebat. Quæ diras habuit natas, Maroziam atq; Theodoram sibi non solum coæquales, verum etiam Veneris exortivo promotiores. Harum una Marozia ex Papa Sergio Johannem, qui post Johannis Ravennatis obitum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio. Ex Alberto autem Marchione Albericum, qui nostro post tempore Romanæ Urbis principatum usurpavit. Hæc quidem Luitprandus libro secundo refert. O Roma, urbs antiqua, quàm dispari domino dominaris? Olim obedire regibus vel Consulibus Clarissimis Viris vel Imperatoribus parere solita, nunc servire cogeris impudenti scorto, ne quid acerbius dicam. Theodora enim Romæ servientis domina, non ut lupa lac præbet Romulo & Remo, sed ut vile scortum & lena producit Sergio Maroziam filiam, ex eoq; meretrix Johannem gignit.

P.154. b. / Ir. duas.

## III. Johannes XX. vulgò XXI.

ERat Johannes cognomento Romanus frater illius Benedicti, cui in Episcopatum successerat, & largitione pecuniæ ex laicali ordine neophytus constitutus est præsul. Itaq; pravis artibus Pontificatum adeptus, quid boni in eo gerendo facere potuit, nisi fortè ad sanitatem animi reversum, nefarij illum facti pœnituit piguitq; : nec mirum debet videri, quòd ambitione & corruptela Pontificatum appetierit. Quid est enim Romano Episcopatu aut sublimius aut illustrius? magna autem appetere probis atq; improbis commune est, ut Solem aspicere: sed illi bonis artibus consequi cupiunt, quod optant, isti pravis tantùm nituntur, & feli-

P.173. b.

ciores sunt plerumque in obtinendo, quàm boni, quod Deus & fata sic prospexerint.

## IV. Gregorius VI.

p.175. Cum domum reversus esset Gregorius, Pontificatu exutus est, sed restitui pristinæ auctoritati cupiens, levem exercitum instruit, Clementemque urbe pellit, prædia Ecclesiæ & jura occupat, cum Cæsare denique bellum gerit, nec ab illo vincitur. Quod ejus factum multi non probant. Pontifices enim debent omnes bellū odisse. Nam etsi justum: at minimè est. Cæterum eventus docuit, ne id quidem Deo displicuisse. Nam cum humanum sangvinem etsi justissima de causa fundi mandasset, prædonesque & grassatores militarium viarum, ut Reipub. pestes extinxisset moriens in Basilica Apostoli Petri se sepeliri optavit. At Presbyteri Cardinales, qui suprema ejus verba audierant, indignum esse dicebant ejusmodi sepultura virum, qui sangvinarius fuisset: saltem, inquit, cadaver meum pro foribus basilicæ ponite, foresq; ipsas claudi jubete, & fiet, quod Deus jusserit. Id cum ita factum esset, adaperta repentini turbinis impetu ostia patuêre. Ex quo intellectum est, pœnitentiam antea-ctarum rerum à Gregorio actam, & exequiæ illi magnificæ sunt peractæ. Hæc de Gregorio Leo narrat.

## V. Gregorius VII.

p.185.b. Unde Pontifex animum ejus (Henrici Imperatoris) inquietum cernens, quendam Mathildis servum in Germaniam mittit, mandans, ut coronam Jmperij Rodolpho Saxonum Duci, viro magnanimo offerret, suaderetq; ut in Henricum pia adversus impium arma caperet, uti cæpit, conflixeruntque anno millesimo octogesimo primo. Quo in prælio fortuna initio visa est favere Rodolpho, ejusque exercitui, & mox mutata in deterius facie eum ejusque omnes copias miserè trucidari passa est. Quæ victoria Episcopos urbis Romæ monere debet, ne vindictæ suæ, etsi justissimæ causâ, Principes in mutuam perniciem arma sumere jubeant. Sæpè enim aut quia Deus res humanas geri sinit, aut quia improbi audaciores sunt bonis, hi ab illis vincuntur, etsi justam belli gerendi causam habuerunt. Cæsar itaque Victor novum exercitum instruit, memorque acceptæ à Gregorio recentis injuriæ, Romam obsidere, ipsum capere decreverit. Sed Romanorum pro Pontificis

tificis causa invictus animus fortissimè restitit, sic ut re infecta discedere ab obsidione sit coactus.

## VI Clemens IX.

CLemens cætera quidem laudandus est, at nescio laudem ne ejus, quod vituprari certè non potest, studium erga agnatos ejus, quos in Italiam in conspectum suum venire vetuit, & quibus de Ecclesiæ fructibus nihil largitus est, præter exiguam pecuniæ quantitatem. p.247.

## VII. Nicolaus III.

HIc Nicolaus juvenis quamdiu fuit, & quamdiu Cardinalis, sic vitam instituit, ut studiosissimus laudabilium rerum esse videretur: sed ubi Pontificatum attigit, magna mutatio in eo deprehensa est: nec eum puduit agnatorum causa simoniam exercere. Ob quod crimen apud inferos collocatus à Dante, cantu decimo nono. p.252.

## VIII. Bonifacius VIII.

CReatus est Neapoli pervigilijs natalis Christi & año tunc insequenti Romæ coronatus, neque enim Neapoli voluit: Vir quidem magnanimus & invictus, jurisque civilis scientia instructissimus, cæterùm avarus & rapax, ut Victorianis Annalibus ijsdem prorsus verbis, quibus usi sumus, continetur. p.262.b.

## IX. Clemens V.

VItam ejus Villaneus libro octavo & nono Florentinæ historiæ tradit, ac de morte ejus ita scribit, decessisse duodecimo Calend. Maij, anno trecentesimo decimo quarto, Pontificemque illum pecuniæ cupidissimũ & Simoniæ amantem, quique venalia omnia haberet, libidini quoque deditum, & qui unicè diligeret miræ pulchritudinis fœminam Comitem Petragoriorum. Homina sunt illa & mortalium vitia, quibus infectum maximum Episcoporum minimè oportuit, atque adeo in vita ejus non prætermittenda ab Historico Veritatis amanti. p.276.

## X. Bonifacius IX.

UT autem pessimo exemplo beneficia Ecclesiastica pluris licitantibus vendiderit & fructus annales singulorum suos esse voluerit, atque ma- p.323.

maternis fraternisque direptionibus sedem Petri infamem fieri passus sit, copiosè exponitur à Theodorico Niemo, optimo illius temporis Scriptore. Itaque nihil amplius dicam, nisi quod in avaritiæ vitio natus, in eodem usque ad obitum mansit: quin adijciam elegantem Poggij facetiam in numerosam fratrum & agnatorum turbam, hunc Pontificem assectantium, Bonifacius, ait, Pontifex 9. natione fuit Neapolitan. ex familia Tomacellorũ: appellantur autem vulgari sermone Tomacelli, cibi facti ex jecore suillo, admodum contrito, atque in modum pili involuto interiore pinguedine porci. Contulit Bonifacius se Perutium secundo sui Pontificatus anno: aderant autem secum fratres & affines ex ea domo permulti, qui ad eum (ut fit) confluxerant, bonorum ac lucri cupiditate: ingresso Bonifacio urbem sequebatur turba primorum, inter quos fratres erant, & cæteri ex ea familia: quidam cupidiores noscendorum hominum quærebant, quinam essent, qui sequerentur? Dicebat unus, tem alter: hic est Andreas Tomacellus], deinde hic Johannes Tomacellus; tum plures deinde Tomacellus nominatim recensendo. Tum quidam facetus, Hohe, permagnum fuit jecur istud, (inquit) ex quo tot Tomacelli prodierunt, & tam ingentes.

## XI. Johannes XXIII.

p. 339.

Rogatus Johannes Sponte renuncians summo Sacerdotio Pontificioq; muneri, si ex usu Reipub. Christianæ id facturus videretur, cum postea ex eadem Constantia homo non plenè sibi constans, mutata veste profugisset, citatus peremtorijs edictis non comparuit, damnatusque est, & magistratu illo dejectus. Sententia verò Synodi contra eũ lata causas cõplectitur, ob quas ea dignitate exutus est. Fulgosius magni nominis juris consultus ad Barbarius Philippus. ff. de officio Prætoris, de Johanne deque se ipso ita breviter scribit: memini cum essem in Concilio Constantiensi quia hoc specialiter imputabatur Johanni vigesimo tertio, quod erat Simoniacus, de hoc esse aliquoties disputatum, & circa hoc aliqua arguebam, licet non sim Theologus. Hactenus Fulgosius, Baldi Juris consulti, & socius & amicus, ut ipse Baldus ait Consilio 108. Addendum eodem est Joannis Gersonis Theologi grave testimonium, cum enim de Johanne XXIII. loqueretur, ait, accusatus inter cætera fuit & convictus, quod fuerat notoriè Simoniacus.

XII. Alex.

# XII. Alexander VI.

GAllis Jtalia exactis Jubileum publicari jubet, ingensq; hominum numerus pietatis causa Romam confluxit, amplasque opes attulit. Meminit Jubilæi Actius, cum ait:

*Pollicitus cœlum Romanus & astra Sacerdos,*
*Per scelera & cædes ad Styga pandit iter.*

Duos præterea filios naturales habebat, Candianum & Cæsarem ex Vanotia Meretrice Romana. Verum Cæsar jugulato projectoque in Tyberim fratre, abdicata purpura se tutum ad arma transtulit. Actius tametsi iniquior & successoribus ejus, casum illum Candiani in Tyberim projecti acutè exhibet sequenti disticho:

*Piscatorem hominum ne te non Sexte putemus,*
*Piscaris natum retibus ecce tuum.*

Nec plura dicam de Cæsare, contentus indicasse vitam ejus à Jovio elegantissimè descriptam. Cum autem in Vaticana villa Alexander cœnaret, medicata lagæna vini parata ad exitium nonnullis Cardinalibus convivis, Pincernæ errore factum est, ut senex Pontifex venenum hauriret, nec diu vim illius ferre posset. At Cæsar qui dilutius bibisset, atrocissimo quidem, sed non lethali morbo correptus est: providentia DEI quis hoc factum neget, ut Pincernæ errore, qui alijs exitium parabant, ipsi hilariter venenum biberent? Cæsar autem morbo illo exemtus, in Hispania glande trajectus, postea occubuit. Per hunc modum Alexander vitâ defunctus est, anno Christi millesimo quingentesimo tertio, cum elogio nequaquam Pij Pontificis.

Constat enim eum largitionibus ad illam dignitatem pervenisse: Pecuniam enim propter se magnifaciendam negabat: sed quòd ea mortalium mentes facilè caperentur, ut ab eo quidem corruptæ sunt, vel cæcatæ potius, nullique rei intentus fuit, nisi ut perpetuò mortales deciperet. Hæc quidam Florentini Historici de eo memoriæ mandarunt. Quæ cum repeto, etiam illud constantissimè affirmare possum, *si Pontifices omnes verè pij essent, nos Rempub. Christianam nimiùm felicē habituros.*

## XIII. Leo X.

P.384. QUòd si Leo voluptatibus deditus fuit, fuisse autem cives etiam sui testantur, dandum est aliquid ætati nondum planè maturæ, & Pontificatus iterum senectuti tribuendus est, &c.

P.384.b. Revertor ad indulgentias, ut illud verissimè dicam, Romanos Pontifices adhuc nimium indulgentes fuisse. Obiit autem Leo, quarto Idus Septemb. millesimo quingentesimo vicesimo primo, & qui Poëtica ingenia plurimi semper fecerat, vitare tamen Sanazarij mordaces versus non potuit,

*Sacra sub extrema si fortè requiritis hora*
*Cur Leo non potuit sumere? vendiderat.*

P.158.b. In Johanne X. vulgò XI. nemo existimet, Pontificiæ sedis odio hæc à nobis & similia narrari. Utinam enim vitiosi Pontifices nulli unquam fuissent, id enim optandum esset: sed cum fuerint, & res vitiosas gerere eos non puduit, quid est, quòd Historicum pudeat, illas, ut evenerunt, narrare, imitariq; pictores, qui effingere rem propositam solent tanta industria; ut quæri non possit ab iis aliquid omissum.

## ORATIO
### De Anno seculari
### ECCLESIÆ RATISBONENSIS,
### habita, 1642.

## De Reformatione Ecclesiæ Romanæ.

Eusebius Histor. Eccles. l.5.c.19.p.139. Perpetuò DEI juvante gratia, ingenuè & exquisitè recordatione renovo, atq; coram certè jam Deum contestari possum, illum beatum & Apostolicum Presbyterum *Polycarpum*, si ejusmodi dogmata fortè audivisset, continuò exclamaturum, & aures obturaturum, ac de more suo dicturum fuisse, ὦ καλὲ Θεὲ, εἰς οὓς με καιροὺς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι. O bone Deus, in quæ me tempora reservasti, ut ista patiar.

*CUjus ab æterno divina potentia nota est,*
*Tu, qui fine cares principioq́; Deus.*

*Auditu patuit nobis Patrumque relatu*
*Quando ævo fuerint edita signa suo.*
*Quando illos docuit tua dextera cadere gentes,*
*Dilectoque dedit rura habitanda tuo.*
*Quando alienigenas statuisti perdere, ut horum*
*Subijceres populo regna tenenda tuo.*
*Non tamen hanc hominum gladij tenuere salutem,*
*Tumq; suo victor robore nemo fuit.*

Ita regius propheta David Psalmum 44. auspicatur *auditores*: nos pariter magna cum gratiarum actione pro beneficio, divinitus in nos collato, finito anno seculari, exclamamus, Deus, auribus nostris audivimus, Patres nostri annunciaverunt nobis &c.

Quid audiverunt Patres nostri? quid annunciarunt? Quid nos hodie audivimus? in Ecclesia Romana variam & multiplicem Idololatriam. Ne autem insignem injuriam in omnes Catholicos redundantem, illis inferamus, vos auditores omnium Ordinum præstantissimos maximopere oro, ut sine præjudicio benignè me audiatis, & pro candore vestro de veritate judicetis.

Et primò magnam exerceri Idololatriam in Papatu per *Agnum Dei* novimus è sacrarum ceremoniarum libro primo, sectione septima de consecratione Agnus Dei cap.7. pag.39. Legimus Urbanum V. Pontificem Maximum misisse ad Imperatorem Græcorum tres Agnus Dei cum versibus scriptis.

*Venetijs 1516.*

*Balsamus & munda cera cum Chrismatis unda,*
*Conficiunt Agnum, quod munus do tibi magnum.*
*Fonte velut natum per mystica sanctificatum.*
*Fulgura de sursum depellit omne malignum.*
*Peccatum frangit ut* Christi sangvis, *& angit.*
*Prægnans servatur, simul & partus liberatur.*
*Dona defert dignis, virtutem destruit ignis.*
*Portatus munde de fluctibus eripit unda.*

Idololatriam Romana Ecclesia defendit in oratione devotissima de *sudario* sacratissimi vultus Domini nostri Jesu Christi vel *Veronica*, in libro qui inscribitur Mirabilia urbis Romæ nova recognita, emendata atque in verum sensum redacta, anno Jubilæi M. D. L.

*Romæ 1550. apud Antonium Bladum Ajulanum.*

*Salve sancta facies nostri Redemtoris*
*In qua nitet species divini splendoris*
*Impressa panniculo nivei candoris,*
*Dataq; Veronicæ signum ob amoris.*
*Salve vultus Domini, imago beata*
*Ex æterno munere mirè decorata*
*Lumen funde cordibus exinde tibi data*
*Et ex nostris sensibus tollere colligata.*
*Salve splendor gloriæ salus peccatorum,*
*Repræsentans propriè Regem Angelorum,*
Restauratrix gratiæ, *Speculum Sanctorum*
*Te quærunt respicere Spiritus cœlorum.*
*Salve* robur fidei *nostræ Christianæ*
*Destruens hæreticos, qui sunt vitæ sanæ,*
*Horum auge meritum, qui te credunt sanæ,*
*Illius effigiem, qui* Rex fit ex pane.
*Salve nostra gloria, in hac vita dura.*
*Labili, & fragili citò transitura,*
*Nos perduc ad Patriam, ô felix figura,*
*Ad videndum faciem, quæ est Christi pura.*
*Salve ô sudarium nobile jocale*
*Et nostrum solatium & memoriale*
*Ejus qui corpusculum assumsit mortale.*
*Nostrum verum gaudium & bonum finale.*
*Salve jubar seculi, stella matutina*
*In conspectu populi fulget lux divina*
*Quæ est cura languidi, vita, medicina:*
*Nos à mundo labili lues à ruina.*
*Salve gemma nobilis, vera margarita*
*Cœlicis virtutibus perfectè munita.*
*Non depicta manibus, sculpta, nec polita:*
*Hoc scit munus artifex, qui te fecit ita*
*Ille color cœlicus, qui in te splendescit:*
*In eodem permanet statu, nec decrescit:*
*Diuturno tempore minimè pallescit,*
*Fecit te Rex gloriæ, qui fallere nescit.*

*Ne-*

*Nescience putredinem, servans incorruptum*
*Quod est Christicolis coram te deductum*
*Tu vertes in gaudium, gemitum & luctum*
*Confert salutiferum te videntes fructum.*
*Salve decus seculi, speculum Sanctorum*
*Te videre cupiunt Spiritus cœlorum*
*Nos ab omni macula purga vitiorum*
*Atq; nos consortio junge beatorum.*
*Esto nobis quæsumus tutum adjuvamen,*
*Dulce refrigerium atq; consolamen,*
*Ut nobis non noceat hostile gravamen,*
*Sed fruamur requie cum beatis, Amen.*

Hæc oratio edita est per Dn. Johannem Papam XII. qui concessit omnibus eam devotè dicentibus, inspiciendo faciem Christi, decem millia dierum Indulgentiarum: at si qvis eam ignoraverit, dicat 5. Pater noster, inspiciendo Veronicam; ex Antidotario animæ excuso 1494. Norimbergæ per Casparum Hochfeder.

*S. Franciscus* (in quibusdam alter Christus, in Speculo B. Francisci & sociorum ejus, excuso Venetiis 1504. p. 96.) his prærogativis decoratur, quas Dominus fecit in loco S. Mariæ capitulo 87. p. 70. b.

*Sanctus Franciscus. Sanctus Sanctorum*
*Vere locus iste saccorum*
*Digne, majorum nescetur dignus honorum,*
*Felix agnomen felicius est tibi nomen*
*Et modo cognomen, sortitur numerus omen.*
*Angelicum numen hic tunc infundere lumen,*
*Hic pernoctare, solet hymnos voce sonare.*
*Postquam toto ruit, Franciscus eam reparavit,*
*Ex tribus una fuit, quas ipse Pater revelavit.*
*Hanc Pater elegit, cum membra sacco subegit.*
*Hic corpus fregit, mentique subesse coegit*
*Hoc intra templum genitus fuit Ordo Minorum*
*Dum Patris exemplum, sectatur turba virorum.*
*Clara Dei sponsa fuit hæc major tonsa*
*Pompis exuta mundi, Christumque secuta*

*Sic partum clarum, fratrum ſimul & Dominarum*
*Sacra parens fudit, Chriſtum quibus orbem refudit:*
*Hic fuit artata veteris mundi via lata,*
*Et dilatata. Virtus in gente vocata,*
*Regula pro conſciata, paupertas ſancta renata,*
*Gloria proſtrata, crux in medio revelata,*
*Sic ubi turbatur Franciſcus & accidiatur*
*Hic tranquillatur, illic ſua mens renovatur.*
*Hic demonſtratur verum, de quo dubitatur,*
*Imò donatur, quicquid pater ipſi precatur.*

Quàm hæc ſint ἀσύστατα in Grammatica, Dialectica, & Theologia, ipſi videtis, & Papiſtarum cœcitatem meritò ridetis.

Jam me ad ipſum Pontificem Romanum converto, & ex libro tertio ſacrarum ceremoniarum cap. 9. p. 140. de Mitris & Tiara cum triplici corona, quibus Papa utitur, bona fide deſcribo, an ſit Papa *alter Petrus*, uti S. Franciſcus alter Chriſtus.

*Venetiis 1516.*

Romani Pontifices, inquit autor, tribus mitris pro temporis exigentia, ſecundum antiquas ceremonias utebantur. Prima & pretioſior erat cum unionibus & gemmis, & habebat auriphrygium in circulo & titulo, id eſt per medium à circulo ad ſummitatem, & hac utebantur in ſolennitatibus. Per circulum deſignant, ut ajunt, coronam poteſtatis, per auriphrygium quod ad ſummum aſcendit, contemplativæ vitæ diſcurſum. Secunda etiam erat cum unionibus auriphrygiumque tantummodò habebat in circulo, & hac utebantur in Conſiſtoriis tam publicis quàm privatis, per quam ſignificabatur Regia poteſtas. Tertia erat alba ex Damaſceno ſericeo ſive unionibus ſive auro, aut aliquo ornamento, & hac utebantur in dominicis Adventus, & Quadrageſimæ diebus ferialibus, & in officiis defunctorum.

Eſt præterea tiara triplici corona ornata, quod regnum appellatur, per quam ſignificatur *Sacerdotalis & Imperialis ſumma dignitas* atque *poteſtas*: hac tiara utitur Pontifex in maximis ſolennitatibus eundo ad Eccleſiam & redeundo, ſed nunquam illa utitur in divinis. Cum pervenerit ad altare, deponit tiaram, orat, & aſſumta mitra vadit ad ſedem & cum iſta proſequitur divinum officium, ſive in Veſperis, ſive in Miſſa, tiara autem interim reponitur ſuper altare. Finito officio cum Papa re-

vertitur

vertitur ad palatium, rursus illi imponitur tiara, cum hac coronatur in die suæ benedictionis & coronationis.

In eodem libro sacrarum Ceremoniarum, l.1.sectione 12. c.1 describitur Ordo, quomodo Papa equitet in Pontificalibus p.50. Si Romanus Pontifex Romæ vel alibi moram trahens velit de loco ad locum in solenni pompa (id est Pontificalibus) equitare, hic ordo servetur. Primi equitabunt Valisarii dominorum Cardinalium, & aliorum Prælatorum, mixtim incedentium, ut eis placuerit, qui tamen longis vestibus utuntur, clerici Pontificem non præcedunt cum istis, sed sequuntur. Tum per Ordinem isti sequuntur tonsor & sartor Papæ cum Valisiis rubeis, in quibus sunt vestes pontificis. familiares & scutiferi Papæ Nobiles & Barones minores cum attinentibus Cardinalium. Scala Papæ panno rubro cooperta, quam equus albus phaleratus portat, equum aliquis ex parafrenariis. Papæ freno ducit: scala ipsa lignea, quæ gradus tres continet, equo Pontificis apponitur, per quam equum suum ascendit, si equitat, deinde reponitur super, & ad locum suum reducitur; post scalam equitant duodecim cursores Papæ, cum duodecim vexillis rubris, inde vexilliferi viri Nobiles cum vexillis civitatis, Papæ, Ecclesiæ & sanctæ crucis, ornati ut in coronatione pontificis diximus, & ordine ibi declarato. Si plura erunt vexilla pro dignitate illorum disponentur, digniora erunt ultima. Deinde equi duodecim albi phalerati, freno ducentur sine sessoribus, tum quatuor nobiles portantes quatuor pileos ex cramesino supra baculos quosdam ad mensuram trium vel quatuor palmarum, hi scutiferi honoris vocantur. Inducunt post hos procuratores Regum & Principum: Procurator fiscalis, Advocati & Secretarii mixti, ut alias dictum est, & post cubicularii cum caputiis supra collum, & circa pectus inversis, Secretarii & Advocati, Cubicularii autem circa pectus tantum: hos sequuntur acolythi, Clerici Cameræ & auditores Rotæ cum rochettis & cappis, inde Proceres & Barones majores, & oratores regum & principum simul cum conservatoribus urbis, inter omnes senator præcipuum locum habebit, ceditque tantum Oratori Cæsaris, deinde si quis aderit magnus Princeps aut præfectus urbis, sive aliquis insignis qui tamen non sedeant in scamno Cardinalium, Subdiaconi Apostolici postea equitabunt cum rochettis & cappis: & ille qui fert crucem Papalem pileum in capite gestabit ab extra nigro panno, ab intus serico cum cordulis & mappulis cærulei coloris, ante crucem duo magistri ostiarii cum suis virgis sericeis.

ceis. Immediatè incedent post crucem duodecim pedites Clerici, vel laici, accensa funalia deferent, & juxta eos equitabunt duo clerici capellæ, laternas duas argenteas præferentes, in quibus candelæ perpetuò lucent, ducetur post hos equus albus phaleratus, mansuetus, & pulcher, cum tintinnabulo ad callum bene sonante: qui capsulam vehit cum sacratissimo Christi corpore, supra quod cives nobiles portabunt baldachinum, funalia condecenter deferentur per clericos cum superpelliciis. Sic tempore Pauli II. aliquando fieri vidimus: nam tunc beneficiati sancti Petri ea portarunt. Post Sacramentum sacrista Apostolici palatii cum suo habitu & baculo in manu equitabit, & post eum si quis aderit Princeps, qui in scamno Cardinalium sedeat. Nam inter Sacramentum & Papam, & quando Sacramantum non adest inter crucem & Papam nemo omninò incedere debet nisi Cardinales, & qui cum eis sedent, procedunt deinde Domini Cardinales Diaconi, presbyteri, duo tantum antiquiores Diaconi Pontificii semper assistunt, & ante eum immediatè incedunt: senior ferulam manu gestat ex officio, ut prior Decanorum, & ad quem spectat ordinare processiones, & ita omnes libri antiqui ceremoniarum continent, & servatum vidi tempore Pii II. cum Prosper Columen erat prior Diaconorum & tempore Pauli, cum Rodericus Boria, qui nunc est Episcopus Portuensis, erat prior. Camerarius autem si est Cardinalis, non debet portare ferulam, sed ejus vice Camerarius, quia non ut Cardinalis, sed ut Camerarius portat ille qui potest esse non Cardinalis secundum observationes superiorum temporum. Nostro tamen tempore & Latinus Ursinus, & qui nunc Cameriatum tenet Raphael S. Georgii Cardinales ferulam portare, & processionem ordinare consueverunt, Cardinale Senensi priore Diaconorum id non modo adæquo animo ferente, sed libentissimè permittente: procedit deinde Pontifex cum pluviali & mitra pretiosa, sive cum regno, id est tiara triplici corona ornata vectus equo albo sive sella sub baldachino, equum freno ducent primùm majores Principes; deinde alii inferiores sellam humeris etiã à principio Principes & alii, ut in processione coronationis diximus, portabunt, post Pontificem Cubicularii duo secreti, & inter eos Decanus rotæ, qui servit de mitra cum habitibus suis sequuntur, deinde duo Medici cum Secretario Papæ, si non est Prælatus, consuevit inter hos equitare Eleemosynarius Papæ, & aliquando cum videt pressuram circa Pontificem spargere pecunias, deinde

serviens

ſerviens armorum firmatus omnibus armis præter galeam portans umbellam crocei rubeique coloris: aliorum autem ſervientium armorum cum ſuis argenteis baculis pars equitat ante crucem: alii verò diſcurrunt per pompam ſurſum & deorſum, inſtantes & curantes ut pompa ſuo ordine procedat, parafrenarii cum ſuis martellis, curſores cum virgis & baculis argenteis coriaceis vento ſive ſtuppis plenis turbam à ſe moventes, & cuſtodes corporis cum baculis ligneis Pontificum ſedes circumſtant; poſt umbellam ſequuntur Prælati cum ſuis cappis amplis & pileis, primum Patriarchæ, ſi qui aſſunt, tunc aſſiſtentes Papæ Oratores, Prælati, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Protonotarii, Abbates, poſtremò Curiales togati mixtim, ut placet, pompam claudunt.

## I. S. Brigita.

Teſtimonio Bellarmini de Indulgentiis l.1.c.3.p.442. Vidua ſanctiſſima, cujus revelationes diligenter examinatæ & approbatæ per viros doctiſſimos fuerunt, de Romana Eccleſia, Pontifice Romano & Clero Romano, quid ſenſerit & ſcripſerit quæſo audite, ita autem legimus Revelationum l.1.c.18.p.45. Tu ſponſa mea *corporalis es, &c.*

*Romæ 1606*

Cap.41.p.65 Nunc ergò conqueror ſuper *te caput* Eccleſiæ meæ, qui ſedes in ſede mea, quam Petro & ſucceſſoribus ejus tradidi ad ſedendum in ea triplici dignitate & auctoritate. Primò ut poteſtatem haberent ligandi animas & ſolvendi à peccato. Secundò ut aperirent cœlum pœnitentibus. Tertiò ut clauderent cœlum maledictis & contemnentibus. Sed tu qui deberes ſolvere animas & ad me præſentare, tu verè es *animarum interfector.* Ego enim inſtitui Petrum paſtorem & Servatorem ovium mearum, tu autem es diſperſor & lacerator earum. Tu autem *pejor es Lucifero*: ipſe enim habebat ad me invidiam & nullum concupivit occidere, niſi me, ut pro me dominaretur: tu autem tantò deterior es, quòd non ſolum occidis me, removendo me à te per mala opera tua, ſed & animas occidis per malum exemplum tuum. Ego redemi animas ſanguine meo, & commiſi eas tibi tanquam amico fideli: tu autem tradis eas iterato inimico, à quo redemi eas. Tu es injuſtior Pilato, qui nullum judicabat ad mortem, niſi me: tu autem non ſolum judicas me, quaſi nullius dominatorem & nullius boni dignum, immò & animas innocentes condemnas, & nocentes dimittis. Tu es *immitior Iuda*, qui me ſolum vendidit: tu autem non ſolum me vendis, ſed & animas electorum meorum pro turpi lucro tuo & vano nomine. Tu es *abominabilior Iudæis*

ipſi crucifixerunt corpus meum ſolum, tu autem crucifigis & punis animas electorum meorum, quibus malitia tua & tranſgreſſio amarior eſt omni gladio. Et ideo, quia tu *ſimilis es Lucifero, injuſtior Pilato, immitior Iuda, abominabilior Iudæis*, meritò conqueror ſuper te.

Cap.47.p.76. Sic faciunt mihi nunc Sacerdotes, qui proditores mei ſunt. Et: tunc ego paratus ſum quaſi ſponſus vel ſponſa, facere omnem voluntatem eorum, ſed ipſi produnt me.

[ In Notis adjectis pag.77. Animadvertendum eſt nobis, quod cum legimus hic, quod prius fuit panis, *fit* ſtatim corpus Chriſti, verbum fieri non eſſe ſumendum ſecundum proprietatem ſermonis, quia in rigore formaliter, hæc propoſitio non eſt vera, panis fit corpus Chriſti, &c. ]

Cap.48. p.80. Propterea ſicut antiquitus dictum eſt, incipiam judicium in clero & ab altari meo.

Cap.56.p.90. Dixi tibi prius, quia gladius Eccleſiæ meæ abjectus eſt, & pro eo aſſumtus eſt *ſaccus pecuniæ*, qui ex una parte apertus eſt, & ex alia ſic profundus, quod quicquid ingreditur, nunquam capit fundum, nec unquam impletur. Hic ſaccus eſt cupiditas, quæ omnem modum & menſuram excedit, & in tantum invaluit, quod contemto Domino nihil deſideratur, niſi pecunia & propria voluntas. Et: ſic Clerici hujus temporis receperunt decem mandata mea, & compoſuerunt in unum verbum. Quid eſt hoc unum verbum? *Porrige manum & da pecuniam.* Hæc eſt Sapientia eorum, loqui pulchrè, & agere malè.

NB.

*Revelationum lib.*3. cap. 27.p.214. Sed omnes gradus à ſua laudabili diſpoſitione apoſtataverunt, quia charitas Dei verſa eſt in cupiditatem mundi. Si enim auferretur unus florenus de tribus, magis tacerent plerique veritatem, quam loquendo amitterent illum. Et: poſt hæc audivi vocem dicentem: *O Roma, Roma*, muri tui dirupti ſunt, & ideò portæ tuæ ſunt ſine cuſtodia, vaſa tua venduntur, ideò altaria tua deſolata ſunt, vivum ſacrificium & incenſum matutinū in atrio, ideò non egreditur, de ſancto ſanctorum ſanctus odor ſuaviſſimus. Et: nunc verſa eſt in ſcoriam, & Principes ejus Principes pacis. Nunc autem verſa eſt in ſcoriam, & Principes Homicidæ. O ſi cognoſceres dies tuos, *O Roma*, fleres utique & non gauderes. Roma quippe in diebus antiquis erat quaſi tela colorata omni colore pulcherrimo, & contexta nobiliſſimo filo. Terra quoque ejus erat colorata colore rubeo, id eſt ſanguine martyrum & con-

contexta, id est commixta ossibus Sanctorum. Nunc autem portæ ejus desolatæ sunt, quia defensores & custodes earum inclinati sunt ad cupiditatem: muri ejus depressi sunt & sine custodia, quia jam non curant animarum damna, sed Clerus & populus, quæ sunt murus Dei, disperguntur ad faciendum utilitatem carnis. Vasa divina venduntur contemptibiliter, quia sacramenta Dei propter pecuniam & favorem mundanum dispensantur. Et: nunc sacrificium consumitur in atrio, id est in mundo, quia tota divina charitas versa est ad incontinentiam & mundi vanitatem. Talis est Roma corporaliter, sicut vidisti, nam altaria plura desolata sunt, offertorium expenditur in tabernas: offerentes plus vacant mundo, quàm Deo. Veruntamen scias, quòd à tempore Petri humilis, usq; dum Bonifacius ascendit sedem superbiæ, innumerabiles animæ ascenderunt in cœlum.

*Revelationum lib. 4. cap. 10. p. 249.* Verè habitatores Romæ hæc omnia mihi faciunt, & certissimè verbis & operibus hæc ostendunt. Verba & opera meæ pro nihilo reputantes, mihique & Matri meæ & sanctis meis in joco & serio, in lætitia & ira maledicentes & contumelias pro gratiarum actionibus offerentes, illi quidem non vivunt juxta consuetudinē Christianorum, sicut sancta Ecclesia præcipit, quia majorem charitatem non habent ad me, quàm Dæmones, qui magis miserias suas sustinere volunt æternaliter, suamque malitiam retinere, quàm me videre, mihique in perenni gloria adhærere. Sic utique sunt illi, qui corpus meum nolunt accipere, quod in altari de pane, sicut ego ipse constitui, consecratur, cujus perceptio juvat maximè contra Diabolicam tentationem.

.NB.

Cap. 33. p. 271. Domine Reverende, inter alias collationes intimetur Domino Papæ, quam flebilis est status urbis, quæ quondam felix extitit & corporaliter & spiritualiter: sed nunc infelix est & corporaliter & spiritualiter. *Corporaliter* quidem, quia ejus seculares principes, qui ejus defensores esse deberent, facti sunt ei *sævissimi raptores*, & ideò domus ejus destructæ sunt, & multæ Ecclesiæ penitus desolatæ, in quibus ossa benedicta Sanctorum continentur, quæ gloriosis miraculis coruscant, quorum animæ in regno Dei sublimiter coronantur. Templa etiam ipsorum tectis destructis, & clausuris ablatis, in latrinas mutata sunt hominis, canum & bestiarum.

*Spiritualiter* autem infelix est urbs ista, quia multæ constitutiones, quas sancti Papæ, ex infusione Spritus Sancti ad Dei laudem & animarum salutem in Ecclesia statuerunt, *jam deleta sunt*: pro quibus proh dolor,

multæ novæ abusiones, ex maligni spiritus infusione ad Dei irreverentiam & animarum perditionem sunt assumtæ. Constitutio quippe sanctæ Ecclesiæ fuit, quòd Clerici ad sacros ordines procede-
1. rent, beatam vitam habendo, Deo jugiter & devotè serviendo, aliisque viam cœlestis patriæ bonis operibus ostendendo, & talibus dabantur Ecclesiæ redditus; sed contra hanc Ecclesiæ consuetudinem orta est abusio gravis, in hoc, quod laicis bona Ecclesiæ donantur, qui uxores non ducunt propter nomen canonicale, dicentes audacter: nos non licet esse in conjugio, quia canonici sumus. Presbyteri, etiam Diaconi & Subdiaconi olim infamiam immundæ vitæ maximè abhorrebāt: nunc autem quidam illorum manifestè lætantur ex eo, quòd meretrices eorum, intumescente ventre, cernunt inter alias ambulare. Nec etiam pudet eos, si ab amicis eorum dicitur eis: Ecce Domine, citò natus erit vobis filius vel filia: ideò tales justiùs vocandi sunt *Lenones Diaboli*, quàm ordinati cle-
2. rici summi Dei. Sancti etiam Patres, Benedictus & alii ordinaverunt regulas, ex licentia summorum Pontificum, construentes Monasteria, in quibus Abbates cum fratribus residere solebant, horas nocturnas & diurnas devotè celebrando, & Monachos ad bene vivendum sollicitè informando. Tunc certè jucundum fuit Monasteria visitare, quando die noctuque agebatur honor & gloria Deo in Monachorum cantu, criminosiq; homines corrigebantur ex ipsorum pulcherrima vita, & boni confortabantur ex divina informatione Prælatorum. Nec non & animæ in Purgatorio existentes, propter eorum devotas orationes beatam requiem obtinebant. Tunc etiam ille Monachus in maximo habebatur honore, qui Regulam suam optimè servabat, & venerabatur à Deo & hominibus. Qui verò Regulam tenere non curabat, sciebat indubitanter se damnum & scandalum incursurum. Tunc etiam omnis homo discernere & agnoscere poterat ex habitu, aliquem Monachum esse.

Sed contra istam honestissimam constitutionem orta est detestabilis abusio in plerisq; Abbates namq; frequētius in castellis suis, & ubicunq; eis placet, intra urbem & extra commorantur. Ideò dolorosum est nunc visitare Monasteria, paucissimi etenim Monachi nūc in choro esse vidētur horarū tempore, & aliquoties nulli, ubi etiam parum legitur & quandoq; nihil cantatur, & adhuc multis dieb' Missæ non dicuntur: de quorum mala fama boni molestantur, & mali de eorū mala conversatione graviter perorantur. Timendū quoq; est, quòd paucæ animæ ex taliū orationibus in pœnis suis aliquid cōsolatiōis obtineāt. Multa etiā habitacula Monachorū sunt in urbe, & quilibet habet domū per se, quorū aliqui amicis advēiētib'

proprios

proprios filios amplexantur cum gaudio dicentes : ecce filius meus. Vix enim agnosci potest Monachus nunc in habitu. Nam tunica, quæ olim pedes solebat attingere, vix nunc operire genua potest. Manicæ verò ipsorum nunc sunt arctæ & tolatæ, quæ olim honestæ esse solebant & latæ, gladius quoque appendet lateri pro stylo & tabulis. Et vix reperitur in eo unicum vestimentum, in quo Monachus intelligi possit præter unũ scapulare, quod multoties occultatur, ut à nemine videatur, tanquam scandalum sit aliquod portare monachale vestimentum. Aliquos etiam non pudet loricam & alia arma habere sub tunicis ad hoc, ut post crepusculum facere valeant, quod eos delectat.

3. Fuerunt etiam sancti, qui magnas reliquerunt divitias, inchoantes Regulas cum paupertate, qui omnem cupiditatem contempserunt & ideò aliquid proprium habere noluerunt: abhorrebant omnem superbiam & mundi pompam operientes se pauperrimis vestibus, carnis concupiscentiam summè detestantes, & ideò puram vitam tenuerunt. Isti itaque eorumque fratres dicuntur *mendicantes*, quorum Regulas summi Pontifices confirmaverunt, gaudentes, quod aliqui ad honorem Dei, & animarum commodum, talem vitam assumere voluerunt. Sed jam tristitia est, eorum etiam Regulas cernere *mutatas* in detestabiles abusiones, & minimè teneri, sicut Augustinus, Dominicus & Franciscus, ex inspiratione Spiritus sancti dictaverunt, quas multi divites & nobiles longo tempore optimè tenuerunt. Multi quippè jam inveniuntur homines, qui divites vocantur, qui tamen in clenodijs & pecunijs pauperiores sunt illis, qui paupertatem professi sunt, sicut utique volat de eis fama. Et ideò plerique eorum habent proprium, quod eorum Regulæ vetuerunt, plus gaudentes de proprio execrabili, quam de paupertate sanctissima ac gloriosa. Gloriantur quoque, quia in habitu suo habent pannum æquè carum & pretiosum, sicut divites Episcopi in suis vestibus.

4. Item quædam Monasteria per beatum Gregorium, & per alios sanctos ad hoc sunt constructa, ut sic in eis mulieres recluderentur, quatenus vix in diebus videri possent. Nunc autem abusionem in se continent nimis gravem in eo, quod portæ indifferenter clericis & laicis, quibus placet sororibus introitum dare, etiam in ipsis noctibus sunt apertæ. Et ideò talia loca similiora sunt *lupanaribus*, quam sanctis claustris.

5. Con-

5. Constitutio etiam erat Ecclesiæ quod nullus pro audientia confessionum pecuniam acciperet, sed pro literis, sicut esset justum, de personis literarum testimonijs verè indigentibus, bene licuit pœnitentiarijs pecuniam acceptare. Sed contra ista incepta est abusio per hunc modum, quod divites personæ, quantum eis placet, facta confessione offerunt. Sed pauperes antequã audiantur, cũ pœnitentiario pactũ facere compelluntur. Et certè dum pœnitentiarij oretenus absolvunt, non verecundantur manibus suis sibi peccuniam *imburſare*.

6. Item in Ecclesia statutum fuit, ut quælibet persona peccata sua confiteretur, & ad minus semel in anno acciperet corpus Christi, & hoc quoad populum laicalem. Nam clerici & claustrales hoc sæpius faciunt in anno. Secundum fuit statutum, quod qui non possunt esse continentes, viverent in conjugio. Tertium fuit, quod omnes Christiani jejunarent in Quadragesima & in quatuor Temporibus, & aliarum festivitatum vigilijs, quæ pœnæ omnibus permanent satis notæ, nisi illi, qui gravi infirmitate, aut in magna angustia essent constituti. Quartum fuit constitutum, quod in diebus festis ab omni mundialium labore unusquisque abstineret. Quintum fuit statutum, quòd nullus Christianus pecuniam sive aliquid aliud tale lucrari deberet per usuram.

Sed contra hæc quinque statuta optima supradicta ortæ sunt quinque abusiones inhonestæ & graviter nocivæ.

Prima est quod centum personæ, quæ ad annos descretionis venerunt in Roma si moriuntur, quod nunquam fecerunt Confessionem nec corpus Christi acceperunt magis quam veri Idololatræ, pro qualibet persona, quæ confessionem facit, & corpus Christi recepit, exceptis Sacerdotibus & Religiosis, & fœminis aliquibus.

Secunda abusio est, quod multi legitimas uxores accipiunt, qui si cum uxoribus habent discordiam, deserunt eas, quamdiu placet autoritate Ecclesiæ minimè requisita, sumentes adulteras pro uxoribus, easque in honore habentes & diligentes. Aliqui etiam adulteram cum uxore in eadem domo habere non abhorrent, gaudentes quod eas in eadem domo audiunt simul parturire.

Tertia abusio est, quod multæ personæ sanæ in ipsa Quadragesima vescuntur carnibus, & de multitudine pauci sunt, qui una comestione in die se à carnibus abstinent, utentes cibis Quadragesimalibus, sed in no-
cte

ćte, in privatis hoſpitijs ſatiantur carnibus. Certè Clerici una cum laicis hæc exercent, quandoque Saracenis ſimiles ſunt, qui in die jejunant, & in nocte ſatiantur carnibus.

Quarta abuſio eſt, quod quamvis aliqui operarij à labore per dies feſtos abſtineant, tamen divites aliqui mercenarios ſuos, ad laborandum in vineis, ad arandum in agris, & ad excidendum ligna in ſilvis, ad deferendumq; illa ad domicilia ſua per dies feſtos mittere non deſiſtunt, & ſic pauperes non majori quiete diebus feſtis quàm ferialibus gratulantur.

Quinta abuſio eſt, quòd Chriſtiani ſicut Judæi, exercent uſuram, & verè Chriſtiani uſurarij cupidiores ſunt Judæis. Item ſtatutum Eccleſiæ fuit, quòd tales homines, quales jam numerati ſunt, anathemate domarentur, contra quæ talis abuſio inchoata eſt: multi quippè non magis abhorrent maledictionem, quàm benedictionem: qui etiamſi ſe excomunicatos noverint, publicè ſanctæ Eccleſiæ introitum vel converſationem hominum ſeu colloquia non curant evitare. Pauci enim presbyteri excommunicatis Eccleſiæ ingreſſum prohibent: pauci etiam communicatorum converſationem & colloquia abominantur, ſi eis aliqua amicabilitate cojuncti ſunt: nec etiam excommunicatis, ſi divites ſunt, ſacra ſepultura denegatur. Igitur Domine, non miremini, ſi nominavi *Romanam* urbem infelicem pro talibus abuſionibus, & multis alijs Eccleſiaſticis ſtatutis graviter contrarijs.] Quare timendum eſt, *Catholicam fidem in brevi deperire*, niſi talis venerit, qui Deum ſuper omnia, & proximum ſuum ſicut ſeipſum diligat, fide non ficta omnes abuſiones abolendo. NB.

Cap. 49. p. 286. Nihil apparet humile, quia tota humilitas converſa eſt ad mundanam pompam. Ideo non mirum quod papa, qui ſimilatur in poſtibus, inclinatus eſt ad mundialia, quæ ſignantur in rubigine & in terra: propterea papa incipiat veram humilitatem *in ſeipſo*, primo in apparatu ſuo, in veſtibus, auro & argento & vaſis argenteis, in equis, & alijs utenſilibus, ſegregando de eis omnibus ſola neceſſaria ſua, alia vero erogando pauperibus & ſpecialiter his, quos noverit amicos Dei, & ideo recipiat papa in manu malleum & forficem, & flectat *cardinales* ad velle ſuum, non permittendo eos habere plura de veſtibus & familia & de utenſilibus, niſi quantum requirit neceſſitas & vitæ uſus. Et in pavimento autem ſignificantur *Epiſcopi* & Clerici ſeculares, quorũ *cupiditas nullum habet fundũ*, de quorũ ſuperbia & vita luxurioſa procedit ſum, ob quẽ abominantur eos omnes Angeli in cœlis, & amici Dei in terris. Iſta enim papa in multis emédare. NB. NB.

unumquemque permittat habere necessaria, non superflua, præcipiatq; unicuiq; Episcopo attendere ad Cleri sui vitam, & stare in continentia, privetur omninò præbenda sua, quia charius est Deo, quòd in illo loco non dicatur Missa, quàm quod manus meretriciæ tangant corpus Christi.

Cap.57.p.292. Mater loquitur. ROMA est quasi ager, super quem zizania excrevit: ideò prius debet mundari cum *acuto ferro*: inde *igne* purgari: postea aratro cum jugo boum.

Cap.58.p.293. Nunc autem conqueror, quòd gradus isti dissipati sunt, quia superbia diligitur pro humilitate: impuritas exercetur pro munditia, dilectio non attenditur, sed liber mundi. Negligentia apparet in altaribus; Sapientia Dei reputatur fatuitas. Salus animarum non curatur.

Cap.132.p.398. Christus dedit sacerdotibus quinque bona. Primò fidem meam. Secundò duas claves, ad infernum & cœlum. Tertiò ut de inimico facerent angelum. Quartò ut consecrarent corpus meum, quod nullus Angelorum potest facere. Quintò ut manibus tractarent corpus meum mundissimum. Nunc autem faciunt mihi sicut Judæi, qui negabant me suscitasse Lazarum, & alia mirabilia fecisse, sic diffamaverunt, me voluisse regem fieri, prohibuisse tributum, & templum tribus diebus reædificaturum.

*NB.* Sic Sacerdotes non loquuntur mirabilia mea, nec docent *doctrinam meam*, sed mundi amorem, suam voluptatem prædicant, & nihil esse reputant, quod pro eis feci.

Secundò *perdiderunt clavem*, qua miseris deberent aperire cœlum: illam autem, qua aperitur infernus, diligunt, & reconditam habent in sindone munda.

Tertiò de justo faciunt iniquum, de simplice Diabolum, de sano sauciatum, quia omnis qui accedit ad eos cum tribus vulneribus ab eis habebit quartum.

Quartò quia me sanctificare deberent ore suo, *vendunt me*. Ipsi sunt deteriores Juda; Judas enim peccatum suum recognovit & pœnituit, licet infructuosè. Isti se justos dicunt & ostendunt. Judas retulit peccatum ad emptores, isti autem observant suis usibus. Judas vendidit me antequam redemissem mundum: isti postquam redemi mundum, & non compatiuntur super sanguine meo, qui plus clamavit vindictam, quàm

*Pag 399.*

san-

ſanguis Abel: Judas vendidit me pro ſolis denarijs: iſti autem omni mercimonio, quia non accedunt ad me, niſi ſperent ſibi fructum.

Quintò tractant me ſicut Judæi: Quid fecerunt ipſi? poſuerunt me ſuper lignum: iſti autem in prælo ponunt me, & premunt fortiter. Sed potes quærere quomodo, cum Deitas mei impaſſibilis eſt, nec in Deo aliquid contrarium, vel dolor cadere poteſt, tamen propter voluntatem morandi in peccato, quam Sacerdotes habent, ſic mihi amarum & contrarium faciunt, ac ſi in prælo, ſi poſſibile eſſet, ponerer.

Cap.133.p.401. Tantum dilexi Sacerdotes, ut eis tantum honorem concederem, & conſtitui eos, ut ſtarent ante me quaſi in ſeptem Ordinibus. Deberent enim eſſe patientes quaſi oves, ſtabiles quaſi murus boni fundamenti; animoſi, quaſi milites: ſapientes quaſi ſerpentes, pudici quaſi virgo: mundi quaſi angelus; ardentes amore, quaſi ſponſa ad cubile viri ſui. Nunc autem averterunt ſe peſſimè: ſunt enim *feri*, quaſi lupi rapaces, qui in fame & cupiditate ſua nulli cedunt, nulli deferunt honorem, nihil erubeſcunt.

Secundò inſtabiles quaſi lapis in muro infirmo, quia diffidunt de fundamento, id eſt de Deo, quòd non poſſit eis dare neceſſaria, vel non velit ſuſtentare eos.

Tertiò ſunt in tenebris quaſi *fures*, ambulantes in tenebris vitiorum, nec ſunt audaces quaſi milites ad pugnandum pro honore Dei, vel ad aggrediendum opus virile.

Quartò ſunt quaſi *aſinus*, qui caput inclinat ad terram: ſic ipſi ſtolidi & inſipientes ſemper terrena meditantur, & præſentia, nunquam futura.

Quintò impudici ſunt quaſi *meretrices*, procedunt ad me in habitu meretricio, omnia habent ad luxuriandum.

Sextò ſunt quaſi pice deformiter maculati, omnes qui accedunt ad eos, deturpantur.

Septimò ſunt abominabiles quaſi Vomitus, & levius & melius eſſet mihi accedere ad vomitum quàm ad delectationem habendam cum eis. Ita autem abominabiles ſunt, ut omnis exercitus cœli abominetur eos.

Cap.133.p.402. Attamen ego idem, qui ſum Deus & Dominus veſter, & totius creaturæ in cœlo & in terra, venio ad eos, & *jaceo ante eos in altari*, verus Deus & verus homo, poſtquam dixerint illa verba, Hoc eſt

corpus meum, venio ad eos, ut sponsus, ut voluptatem Deitatis cum eis habeam, sed invenio in eis Diabolum. Ideò cum applicant me ad os suum, *recedo ab eis cum Deitate & Humanitate mea*; & Diabolus, qui in præsentia Domini fugit perterritus, lætus redit. Audite insuper amici mei, qualem dignitatem contuli sacerdotibus præ omnibus angelis & hominibus. Ego dedi eis quinque. Primò paternitatem ligandi & solvendi in cœlo & in terra.

*NB.*

*5. potestatem.*

Secundò dedi eis, ut de inimico pessimo facerent amicum, de Diabolo angelum meum.

Tertiò dedi eis potestatem prædicandi verba mea.

Quartò potestatem consecrandi & sanctificandi corpus meum, quod nullus angelus facere potest.

Quintò tractare corpus meum, quod nullus vestrum, si jacerem ante vos, auderet contingere.

Nunc conqueror super eos quinque.

Primò quod infernum aperiunt & claudunt cœlū ingredientibus.

Secundo de amico faciunt inimicum, & eum qui accedit ad eos cum uno vulnere, vulnerant duobus, quia videns vitam confusam Sacerdotum, cogitat secum, si ipse facit, magis ego faciam.

Tertio verba mea adnihilant, *& mendacium suum affirmant, veritatem meam negant.*

Quarto vendunt me ore suo, quem sanctificare deberent.

Quinto corpus meum amarius crucifigunt, quàm Judæi.

Cap. 142. p. 411. Audi *Gregori* Papa XI. verba quæ ego loquor tecum & diligenter attende ad ea, quæ dico tibi. Cur tantum odis me? quare tanta est audacia tua, & præsumtio tua contra me? Nam curia tua mundana deprædatur cœlestem curiam meam? &: quid feci tibi *Gregori*? Ego enim patienter permisi te ascendere ad summum Pontificatum, & prædixi tibi voluntatem meam per literas de Roma tibi divina revelatione transmissas, admonendo te per illas de salute animæ tuæ & præcantavi in eis de magno dispendio tuo. Quid ergo pro tantis beneficiis rependis mihi? Et cur facis hoc, videlicet, quod in curia tua regnat superbia maxima, cupiditas insatiabilis & luxuria mihi execrabilis ac etiam vorago pessima horribilis Simoniæ. Insuper etiam rapis & deprædaris à me innumerabiles animas. &: Incipe *renovare* Ecclesiam meam, quam ego acquisivi meo proprio sangvine, & *renovetur & spiritualiter reducatur*

ad

*ad pristinum statum* suum sanctum, quia *nunc magis veneratur lupanaria, quam sancta mater Ecclesia.*

## Revelationum liber V.

Cap. 26. p. 505. Christus dicit sponsæ. Verè conqueror de tribus. primò quòd murus Jerusalem destructus est. Quis est murus Jerusalem, id est Ecclesiæ meæ, nisi corpora & animæ Christianorum. Ex his enim ędificari debet Ecclesia mea, cujus murus Ecclesię nunc corruerat, quia voluntatem suam omnes perficere quærunt, & non meam. Avertunt oculos suos à me, & nolunt me clamantem audire.

Cap. 33 p. 519. Pater loquitur ad Filium. *Sed verè sponsa tua nunc facta est adultera*, fores thalami sunt clausæ, & in loco sponsæ jacet adultera pessima, quæ cogitat sic apud se, quando vir meus dormiet & nudus jacuerit, tunc producam contra eum gladium acutum, & interficiam eum, quia non placet mihi.

Cap. 96. p. 603. Nec mirum, nam ipse qui clamare debuerat, venite & invenietis requiem animarum vestrarum: ipse clamabat, venite & videte; me in pompa & ambitione plus quàm Salomonem, *venite ad Curiam meam, & exhaurite bursas vestras, & invenietis perditionem animarum vestrarum.*

## Revelationum lib. VII.

Cap. 7. p. 632. Multi summi Pontifices fuerunt ante Johannem Papam, qui *sunt in inferno*, nihilominus tamen ipsorum justa & rationabilia judicia, quæ in mundo fecerunt, stabilia & approbata sunt apud Deum.

Lib. 7. cap. 31. p. 675. Christus in Roma loquens sponsæ suæ B. Brigitæ: O Roma mea, O Roma mea, Papa contemnit te & non attendit ad verba mea, *sed recipit dubia pro certis.*

## Revelationes Extravagantes

Cap. 51. p. 825. Inquire ulterius, & audi qualis est dispositio Romanæ curiæ, quæ sedes mea deberet esse. Sicut enim in sede quatuor sunt columnæ sustentantes, & medium quoddam, in quo sedens quiescit: sic in sede mea, quam summis Pontificibus reliqui, deberent esse q. quatuor columnæ, Humilitas scil. obedientia, justitia, & misericordia, & medium scil. divina sapientia cum divina charitate, sed *hæc mutata est*, & assumta nova sedes, in qua est superbia pro Humilitate, propria voluntas pro obedientia, amor pecuniæ pro justitia, ira & invidia pro misericordia: medium autem vocari sapiens & magister ad mundum: ecce *sic eversa & immutata est sedes mea.*

## II.
## Nicolaus de Clemangijs.

ECclesiæ Romanæ statum corruptum ante annos 269. *S. Brigitta* (quæ mortua est anno 1373.) ad oculum demonstravit. Jam Nicolaum de Clemangijs inducemus, qui luce meridiana clarius evincet, Romanam Ecclesiam Correctore & Reformatore opus habuisse: ita autem scribit de corrupto Ecclesiæ statu cap. 3 p. 6. ubi paululum ex divitijs rerumque secundarum affluentia, luxus & insolentia in Ecclesiam subiere, tepescere sensim cæpit religio, virtus hebescere, solvi disciplina, charitas minui, tolli humilitas, paupertas opprobrio esse simulque parsimonia: sed ut pompis & luxui res subesset, avaritia crebrescere, quæ non suis contenta finibus, aliena non modò ambire, sed rapere & invadere molire-tur, inferiores opprimere, & tam jure quàm injuria spoliare,

Cap. 5. Summi etiam Pontifices, qui quantum primatu & auctoritate se videbant cæteris præstare, tantum in hujus primatus & supremæ potestatis argumentũ, plerumq; se super alios libidine dominandi extulerunt, cernentes emolumenta Romani Episcopatus, Petrique patrimonium super regna quoque amplissimum (licet eorum ignavia satis jam attenuatum) ad status reverentiam, quem ultra Imperatores & reges, omnium gentium Principes in excelso extolli statuerunt, nullo modo suffectura, in aliena ovilia lana & lacte copiosa incurrerunt.

Cap. 12. pag. 12. Transeo Simoniacas apud Papam intercessiones; transeo patrocinia venalia, transeo corruptiones aut promotiones turpissimas & damnatissimas, quæ omnes ferè istis auctoribus & suasoribus fiebant. Transeo mercedes & stipendia temporalium dominorum, quæ cum maximo Ecclesiæ dispendio cupiebant ut in eorum negotijs adjutores & curatores & consiliarij forent. Magis illis proculdubio, quàm Ecclesiæ consulentes, imò dum eis placerent Ecclesiæ incommoda minimè curantes. Nec enumerare volo eorum *adulteria*, stupra, fornicationes quibus Romanam curiam etiam nunc incestant: nec referre obscœnissimam illorum familiæ vitam, à Dominorum tamen moribus nullatenus absonam. Sed nec illud etiam refero, quod usuras & commercia publicè exercent, quod mercatoribus ac nummularijs suas pro mutuo mutuant pecunias, quas ex causa numularios supremæ tabulæ non incongruenter eos quidem vocant. Hæc omnia aliaque permulta etiam graviora (quæ longa nimium narratione onerosam redderent orationem) prætereo.

Cap. 23.

Cap. 23. p. 22. Nam quid obſecro aliud ſunt hoc tempore puellarum Monaſteria, niſi quædam, non dico Dei ſanctuaria, ſed Veneris execranda proſtibula? ſed laſcivorum & impudicorum juvenum ad libidines explendas receptacula, ut idem hodie ſit puellam velare, quod & publicè ad ſcortandum exponere. Hæc ſunt, quæ de noſtro clero viſa ſunt, quamvis multa ſciens prætерij & ſilentio ſuppreſſi, quæ ſi per ſingula amplecti vellem, in immenſum res progrederetur, nec modum habitura eſſet oratio.

Cap. 27. p. 25. Nam ut ea, quæ longinqua ſunt, de Græcorum à nobis diſſidio propter noſtrorum ſuperbiam & avaritiam orto, de contractis limitibus Cathol. religionis per totam penè orbis terrarum vaſtitatem olim porrecto, ut hæc inquã & alia nonnulla vulnera pridem Eccleſię inſligi cæpta non repetam, nonne ſaltem ruina illa, qua urbem Roman. ſedem ac caput Eccleſiæ ſic ruere & collabi videmus, Eccleſiæ ipſius & totius ejus Imperij deſolationem propinquare nunciat, ſicut deſtructionem Hieruſalem ſecuta de proximo eſt Judæorum & Synagogæ diſperſio. Quomodo enim diu ſtabit aut vigebit, quæ ſua deſtructa ſtatiõe & capite perdito vaga & inſtabilis per orbem diſcurrit, & quaſi jam peregrina aut hoſpes in mũdo de uno loco ad alium migrare cogitur? Ex illo planè ſuã cladem iminere prænoſſe debuit, ex quo propter ſuas fornicationes odibiles Romuli, urbe relicta, Avenionem confugit, ubi quantò liberius, tantò apertius & impudentius vias ſuæ Simoniæ & proſtitutionis expoſuit, peregrinosq; & perverſos mores, calamitatum inductores in noſtram Galliam invexit, rectiſq; uſq; ad illa tempora morib⁹ frugalibus diſciplina inſtante, nunc verò luxu prodigioſo uſq; adeò ſolutam, ut meritò ambigere poſſis, utrum res ipſa auditu mirabilior ſit, an vita miſerabilior.

Idem Nicol. de Clemangijs ſuper materia Concilij generalis p. 70. Liquet ergò apertè ante veram ſolidamq; pacem Eccleſiæ, *reformationem morum Eccleſiaſticor.* præmitti oportere. Alioqui Deus quomodo propter noſtra graviſſima ſcelera tam graviter cõtra nos offenſus, nobis in iniquitate perdurantibus reconciliabitur atq; placabitur, niſi per vitę melioris emendationem ipſas noſtras iniquitates relinquamus? P. 72. ſolebant antiqui Patres Concilium celebraturi jejuniorum abſtinentia, orandi inſtantia, lachrymarum inundantia, maxima cordis contritione atq; contribulati ſpiritus humiliatione, in timore & tremore Spiritus ſancti aſſiſtentiam ſuffragiumque implorare, ſumma ſollicitudine ac vigilantia Cordium ſuorum latebras emundantes, ut nihil illic tanto hoſpite

resideret indignum, quo offensus inde averteretur, & propterea illis assistebat, illos dirigebat atque exaudiebat & in cordibus ac labiis eorum gratiam suam diffundebat, ut non tam illi, quàm spiritus loqueretur in

*NB.* eis. Quid autem necessaria erat tanta diligentia, si exploratum habebant, se non posse falli aut deficere in his, propter quæ fuerant congregati? aut ex defectu præparationis vel dispositionis à suo non posse fraudari desiderio?

## De Annatis non solvendis.

P.92. Quòd autem Ecclesiæ aliæ descenderint à Roma, præcessit Ecclesia Græca, in qua primò sedit Petrus Antiochiæ, & Jacobus Hierosolymis, & fuerunt aliquæ quæ contendebant de pari, quæ præcesserunt ab ea non videntur descendisse, veruntamen ab omnibus recognoscitur tanquam suprema domina & magistra omnium propter virtutes & merita eorum, qui præfuerunt in ea, cujus ultima non correspondent primis.

Pag.93. Nam *taxa vacantiarum* secundum quod descriptum est in libris Cameræ Apostolicæ, de Ecclesiis cathedralibus & Abbatiis Galliarum taxatis, ascendunt ad sexcenta nonaginta septem millia, septingenta quinquaginta Francorum, sine prælaturis, quas non taxant, & aliis inferioribus dignitatibus & beneficiis, quæ ferè ad tantundem ascendunt.

## Gravamina Ecclesiæ Gallicanæ pag.101. sive Arrestum Curiæ Parlamenti Parisiensis super Annatis.

## In statu Politico.

De lapsu & reparatione Justitiæ cap. 10. p. 49. Carolo IV. regnante. Unum sane primo occursu satis mirabile audebo dicere, quod verum ne an falsum sit ratio, demonstrabit. Dico planè mihi videri plus Justitiæ, quantum ad executionem attinet, in inferno esse, quàm in regno

*NB.* isto: dico signanter, quantum ad executionem. Nam quantum ad virtutis habitum scio illic nullum esse justum. Causam dicti accipe. Primò quidem in inferno nullus innocens aut justus læditur, quia nullus illic est. Deinde nullus etiam injustus læditur, quoniam quilibet talis ibi justè punitur: nec solum justè, sed etiam clementer punitur, quia semper citra

culpæ

culpæ condignitatem. Hæc autem eſt vera Juſtitia ſecundum prælibatam diffinitionem qua nemo læditur, & ſecundum ſuum meritum vel demeritum unicuique rependitur. At contra in regno Franciæ hoc tempore, paucis exceptis, quis eſt, qui non læditur? Læditur inprimis Deus, includuntur ſancti ejus, quibus non honor, non timor, non cultus aut reverentia exhibetur, quæ illis tam jure divino, quàm humano debentur. In quo etiam fides Catholica inexpiabiliter læditur, cum nulla in blaſphematores ſit ultionis executio.

## De lapſu & reparatione Juſtitiæ.

Cap. 12. p. 52. Quod per aſſentatores & nummularios (u[illegible] ſileam) univerſa reguntur, qui Dominorum lateribus indeſinen[illegible] ſtentes, cuncta pro libito diſponunt: publica conſilia privatis d[illegible]unt, publica commoda privatis ſubvertunt, novas exactiones ſuggerunt, nova numiſmata fabricant, novas rapinas meditantur, & nihil plerumque niſi in Reipubl. excogitant perniciem, qui officia, qui beneficia, qui judicia, maleficia, ſcelera quæque ac flagitia, ut exinde pingueſcant, apud Principes venalia faciunt. Nec mirandum ſi venalia omnia faciunt, cum ipſimet venales ſint, majoraque pollicentibus patroni atque adjutores exiſtant.

In Commentariis rerum Moſcoviticarum à L. Barone Sigiſmundo in Herberſtein editis pag. 32. Johannes Metropolita Ruſſiæ ad Archiepiſcopum Romanum ita ſcribit: Sunt profectò alia multa, quæ à vobis contra leges divinas ac ſtatuta committuntur, de quibus pauca ad charitatem tuam ſcribemus. *Baſileæ 1551.*

Primum de Jejunio ſabbati contra legem obſervato.

Secundò de jejunio magno, in quo ſeptimanam abſcinditis & carnes comeditis, ac propter carnium voracitatem homines ad vos allicitis.

Item qui ſacerdotes ſecundum legem ducunt uxores, illos vos rejicitis.

Item qui à Presbyteris in baptiſmate inuncti ſunt, illos vos jam denuò inungitis, dicentes illa ſimplicibus ſacerdotibus facere non licere, ſed ſolis Epiſcopis.

Item de azymis malis, quæ manifeſtè Judaicum ſervitium ſeu cultum indicant.

Et quod eſt caput omnium malorum, ut quæ confirmata ſunt per

S. Syno-

S. Synodos, ea vos cæpistis permutare, & pervertere, dicentes de Spiritu Sancto, quòd non tantum à patre, sed & à filio procedat: & multa alia majora, de quibus tua Beatitudo ad Patriarcham Constantinopolitanum, fratrem suum spiritualem referre, & omnem diligentiam adhibere deberet, ut aliquando tollerentur isti errores, & ut unanimes essemus in concordia spirituali, sicut dicit S. Paulus, informans nos: Oro vos fratres propter nomen Domini Jesu Christi, ut idem sentiatis & dicatis, & non sit inter vos discordia, & sitis in eodem intellectu fortificati, & in eadem cogitatione.

De istis sex excessibus, quantum potuimus, ad vos scripsimus: deinceps & de aliis scribemus charitati tuæ. Si enim ita res se habet sicuti audivimus, cognosces ipse nobiscum, transgredi per vos canones sanctorum Apostolorum, & instituta magnarum septem Synodorum, in quibus erant omnes vestri primi Patriarchæ, & concorditer dicebant, quòd verbum vestrum esset vanum, & quòd manifestè erretis, nunc palam redarguam. Inprimis de *Iejunio Sabbati*, videtis, quæ de isto S. Apostoli docuerunt, quorũ doctrinam habetis & maximè B. Papa Clemens, primus post S. Petrum Apostolum ita scribit ex statutis Apostolorum, ut est in canone 64. de Sabbato dicens. Si Ecclesiasticus inventus fuerit qui die Dominico vel Sabbato jejunaret, præter sabbatum magnum, degradetur: si autem secularis homo fuerit, excomunicetur, & ab Ecclesia sejungatur.

Secundum erat de Jejunio, quod vos corrumpitis. Est Jacobitarum & Armeniorum hæresis, qui lacte & ovis in sancto Jejunio magno utuntur. Quis enim verus Christianus audet ita facere & cogitare? Legite canones sextæ magnæ Synodi, in qua Oaphanius Papa vester ea prohibet. Nos profectò cum resciveramus in Armenia, & aliis quibusdam locis, ovis & caseo in magno Jejunio vesci, nostris illicò mandavimus, ut ab ejusmodi cibo atq; omni imolo dæmoniorũ abstinerẽt, à quibus si quis non abstineret, ab Ecclesia separaretur: si sacerdos, à sacris suspẽderetur.

Tertius præterea maximus est error & peccatum de conjugio sacerdotum, quòd ab illis, qui uxores habent, sumere corpus Domini renuitis: cum sancta Synodus, quæ fuit in Gangra, scribat in quarto canone. Qui spernit sacerdotem, secundum legem uxorem habentem, & dicit, quòd non liceat ex manibus ejus accipere Sacramentum, sit anathema. Item Synodus dicit: omnis diaconus vel sacerdos dimittens propriam uxorem, privetur sacerdotio.

Quar-

Quartum peccatum erat inunctio seu confirmatio. Nonne ubiq; dicitur in Synodis: Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum? Si ergò est unum baptisma, erit & unum chrisma, & virtus eadem tam Episcopi, quàm Sacerdotis.

Quintus est error de azymis. Qui quidem error est principium & radix totius hæresis, sicuti demonstrabo. Et quanquam necesse esset huc multas adducere scripturas; tamen id aliàs faciam, & in præsentiarū hoc tantùm dicam: quia azymi à Judæis fiunt in memoriam liberationis eorum & fugæ ex Ægypto: nos autem semel Christiani sumus, nunquam in labore Ægyptiorum fuimus, & hujusmodi Judæorum de sabbato, azymis, & circumcisione observationes nobis obmittendas esse, mandatum est. Et si aliquis sequatur unum ex illis, sicuti dicit S. Paulus, tenetur totam legem implere, eodem Apostolo dicente: Fratres ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quia Dominus in qua nocte tradebatur, accepit panem, benedixit, sanctificavit, fregit & dedit S. Discipulis, dicens, accipite & manducate, &c. considera quid dico, non dixit, Dominus accipiens azyma, sed panem. Quod illo tempore nec azymi erant, nec pascha fiebat, nec Dominus tunc comedebat pascha Iudæorum, ut daret azyma Apostolis probabile est per hoc, quòd Iudæorum pascha stando fit & comeditur; quod in Christi cœna non fiebat, ut Scriptura dicit: recumbentibus iis cum duodecim. Item, & discipulus recubuit super pectus ipsius in cœna. Nam quod ipse dixit, desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, Iudæorum pascha non intelligit, quod ante semper comedebat cum ipsis. Neque cum dicit, hoc facite in meam commemorationem, necessitatem faciendi, tanquam Iudæorum pascha esset, imponit: neque azyma illis, sed panem dat, cum dicit, ecce panis, quem ego do vobis, similiter ad Iudam, cui ego dabo panem, intingens in sal, ipse est traditurus me. Si autem dicitis istam rationem, quòd nos celebramus in azymis, quia nulla est terrestreitas vel commixtio in divinis: cur divinitatis obliti estis, & sequimini ritum Iudæorum ambulantes in hæresi ipsius Iuliani, Machumeti, & Apollinaris Laodicensis, & Pauli Syrii Samosatensis & Eutichii & Diasterii, aliorumque qui erant in sexta Synodo depravatissimi hæretici, diabolicoque spiritu repleti.

Sextus denique error est de SpirituS. Quomodo enim dicitis, credo in Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, qui à Patre & Filio procedit? Mirabile est profecto, & horrendum dictu, quòd audetis fidem

pervertere? cum ab initio per universum orbem, in omnibus Christianorum Ecclesiis constanter canatur: credo in Spiritum Sanctum & Dominum vivificantem, & à Patre procedentem, qui cum Patre & Filio simul adoratur & glorificatur. Quare igitur vos non dicitis, sicuti alii Christiani omnes, sed additiones ponitis, & novā adducitis doctrinam? cum tamen Apostolus dicat: si quis annunciaverit vobis præter ea, quæ vobis diximus, anathem sit. Utinam vos non incurratis istam maledictionem: difficile est enim & horrendū Dei Scripturam, compositam per Sanctos, permutare & pervertere, nescitis quàm maximus sit error.

Faustus Sabæus ad Julium III. Pontificem Maximum, pag. 517.

*CLausisti primum Imperij feliciter annum,*
*Alter adest pulsans optime Iule fores.*
*Nec minus arridet cæptis ingentibus, ut tu*
*Clerum emendares, Regna, Duces, populos.*
*Multi hoc tentarunt, sed ficto corde, priores,*
*Hic tibi servatus jure triumphus erat.*
*Vt qui ditasti donis cœlestibus orbem,*
*Patrum etiam ornares legibus & placitis.*

Idem in mores Sacerdotum, p. 748.

*EVocat orbe alio censores Paulus, opimi*
*Vt vitia emendent inveterata gregis.*
*Non opus est censura ulla, rigidoque Catone,*
*Nec qui conscripsit Iura cruore viro.*
*Sic animum inficiunt morbosa hæc corpora pestes,*
*Fœtorem ut nequeant terra fretumq; pati.*
*Vlcera namque procul fugiunt obolentia Romæ*
*Tentores & læsi nare Caledonis.*
*Indiget ista lues concreta Machaone sævo,*
*Cancer edax ferro non nisi & igne perit.*

Laus Sionis Evangelicæ Ratisbonæ, Anno Seculari 1642.

*QVisquis probat Sionis montis jugum,*
*Nemusque Iessæum colit:*

*Beatus,*

*Beatus eſt, & eminet ſapientia,*
*Inter poetarum choros.*
*Hinc peſtifer Python abeſt & vipera,*
*Serpensq́; dicta centiceps.*
*Nec hic metum facit ambulantibus Leo,*
*Nec tigris aut ferox aper.*
*Nec taxus, aut arbor nocens foliis viret,*
*Vmbramq́; præbet luridam,*
*Nec caule monſtrifero cicuta naſcitur,*
*Vllumve floret toxicum.*
*Hic laurus & thureus honor cum balſamo,*
*Gratis fragrant odoribus,*
*Albumq́; lilium rubras inter roſas*
*Argenteas pandit comas.*
*Aliisque flores emicant coloribus,*
*Oculosque latè recreant,*
*Gratiſſimi cœleſtis aulæ civibus*
*Graviſſimi Stygio gregi.*
*Vnde ſibi virtus texere corollas ſolet,*
*Stellantibus ſertis pares,*
*Quos tangere prohibentur impuræ manus,*
*Gentesque vitio ſordidæ.*

## Jubilate Deo omnis terra.

*ENtheis tellus hilareſcat omnis*
*Iubilis, pæana novum canendo,*
*Serviat Regi ſuperûm ſacris plebs,*
*Dedita Muſis.*
*Ejus aſpectum populi ſubite*
*Supplici vultu, precibusq́; caſtis,*
*Atque pertentent pia geſtientem,*
*Gaudia mentem.*
*Nam Deus noſtri generis creator*
*Et ſolo & cœlo dominatur alto,*
*Vita nec nobis aliunde, nec nos*
*Fecimus ipſi.*

*Quippè figmentum sumus ejus omnes*
*Solius, quicunque micantis æthræ*
*Lumine afflamur, liquidaq́; cœli*
*Vescimur aura.*
*Illius grex & sumus & popellus*
*Quem bonus cura satagente pastor*
*Pascuis nutrit riguis, feracisq́;*
*Vbere campi.*
*Ite vos intrò bipatente porta*
*Regis & summi penetrate in aulam,*
*Ore qui sanctos canitis diserto*
*Dulciter hymnos.*

ΔΕΙΞΙΣ
*SEV PROBATIO,*

## Hodiernam & novam Ecclesiam Romanam, ab antiqua Romana Ecclesia defecisse.

I.

ELeutherius Episcopus Romanus consultus olim à Lucio Rege Britanno, ad fidem Christi converso, quibus legibus Ecclesiam piè administraret? respondit, illum habentem in regno suo utramque paginam, ex illis per Concilium regni sui legem sumere debuisse, quippe esse illum vicarium Dei in regno suo.

At Pontifex, qui solus nunc haberi vult Vicarius Dei in terris, negat, ad seculi potestates ea, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, & Principem leges de religione ferentem, vendicare sibi jus alienum, & ministerium, quod alteri deputatum est, quippè Deum non legibus publicis, non à seculi potestatibus, sed à Pontificibus & Sacerdotibus opus Christianæ religionis ordinari voluisse.

II.

Anacleti decretum est, & post illum Calixti, peracta consecratione communicare oportere omnes, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus: sic enim ajunt, Apostolos statuisse & sanctam Ecclesiam Romanam tenuisse.

*Concil. Trident. sess. 6. can. 8.*

At quæ nunc est Ecclesia Romana licitum esse decrevit, ut solus sacerdos sacramentaliter comunicet, populo interim spectante tantummodo, non cummunicante, quasi satis prosit illis, quod à sacerdote fit.

III.

Julius Episcopus Romanus intinctam Eucharistiam improbavit, quòd prolatum hujus rei testimonium ex Evangelio non esset, ubi seorsum panis & seorsum calicis commendatio memoratur.

*De Consecr. Dist. 2. cum omne.*

At nunc ex præscripto Ecclesiæ Romanæ sacerdos tertiam partem hostiæ consecratæ deponit in sacramentum sangvinis & commixtionem hanc, Evangelio prorsus adversam, sibi ac sumentibus omnibus salutarem fieri precatur ad vitam æternam.

IV.

Gelasij Episcopi Romani sententia fuit, quòd imago & similitudo corporis & sangvinis Christi in actione mysteriorum celebretur, nec desinat ibi esse substantia vel natura panis & vini.

At Romano Pontifici nunc hæretici sunt & anathemate damnantur, qui panis & vini substantiam superesse ajunt in Eucharistia, & illa non agnoscunt in verum ac reale Christi corpus & sangvinem esse conversa.

V.

Pelagius I. Episcopus Romanus conjugatum quendam Syracusanæ urbis Episcopum ordinavit, cautione tantum interposita, ne bona Ecclesiæ ad uxorem & liberos transferret, cujus rei periculum causam fuisse significat constitutionis illius, quæ prohibet uxorem & liberos habentem ad Episcopatus ordinem promoveri: alias non repellitur quis, ait ibi glossa propter uxorem vel filios; quia hoc permittit Apostolus.

*Dist. 28. de Syracus.*

At nunc Ecclesia Romana conjugatos Episcopos nullo modo ferendos arbitratur, non quod caveat, ne bona Ecclesiæ dilapidentur, hoc enim Pontificibus ipsis tritum est, liberis suis, spurijs, nepotibus, cognatis omnia divina & humana prostituere, sed quod nuptijs impuritatem & pollutionē adscribat, quæ cum sanctitate Ordinis sacerdotalis conveni-re non possit.

VI.

Iterum Gelasius cum intelligeret; quosdam sumta tantummodo corporis sacri portione à calice sacrati cruoris abstinuisse, superstitionem illam vetuit, & aut integra sacramenta percipere jussit, aut ab integris arceri, quòd divisio, inquit, unius ejusdemque mysterij sine grandi sacrilegio provenire non potest.

*De consecr. dist. 2. comperimus.*

Nunc autem Ecclesia Rom. ita longè abest, ut agnoscat sacrilegium esse divisionem hujus mysterij; ut se potius justis causis & rationibus

adductam prætendat, ut Laicos atque etiam Clericos non conficientes sub panis tantummodò specie communicet.

VII.

*Leo epist.8.*

Leo Romanus Episcopus, de Martyribus loquens, accepisse illos ait, non dedisse coronas, & de fortitudine fidelium exemplum esse nata patientiæ, non dona justitiæ: singulares quippè in singulis mortes fuisse, nec alterius quenquam debitum suo fine solvisse, cum inter filios hominum unus solus Dominus noster Jesus Christus extiterit; in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt denique suscitati.

*Bellarm. de Indulg. lib. 1 cap. 2.*

Atqui longè aliter nunc docet Ecclesia Rom. superefluentes sanctorum passiones & satisfactiones supplere aliorum necessitates & indigentiam, & illis debiti sui relaxationem & remissionem impetrare.

VIII.

*Epistola 16.*

Idem Leo professus est, se statutis Imperatoris paruisse, & post illum Agatho, se Constantino Imperatori obedientiam debuisse, & quod ille jussit, obsequenter implevisse.

At sibi nunc Pontifex ab Imperatore deberi obedientiam prædicat, & illum Papæ hominem foribus suis inscribit, & jurari sibi ab illo fidelitatem requirit.

IX.

Gregorius Romanus Episcopus omne virtutis nostræ meritum, vitium & injustitiam convinci docuit, si districtè judicetur: prece ergò, inquit, post justitiam indiget, ut quæ succumbere discussa poterat, sola judicis pietate convalescat.

Jam verò Romanenses meritis hominum tantam justitiæ perfectionem attribuunt, ut ad amussim divinæ legis respondeant, & illis regnum cœlorum non promissione tantum aut pacto, sed stipendiario jure, & ex condigno debeatur.

X.

*Cassand. in Liturg. cap. 26.*

Idem Gregorius propter hoc Missam dictam perhibet, quoniam mitttendi sunt foras per Diaconum, qui non participant sacrificio vel cōmunione sancta: igitur nisi ad vocem Diaconi, more majorum, non communicantes exire præcipiantur, officium, quod usitato nomine Missa dicitur, ritè non perfici.

At

At nunc Missa Romana ritè perfici putatur, ut tamen præter sacerdotem nemo communicet, nec exire omninò jubeantur non communicantes.

XI.

Idem quoq; Gregorius Antichristi præcursorem asseruit illum, quisquis se universalem sacerdotem vocaret, aut vocari desideraret, & ad imitandum proponere illum, qui despectis angelorum legionibus secum socialiter constitutis ad culmen conatus est singularitatis erumpere, ut & nulli subesse, & solus omnibus præesse videretur: novum nomen appellat, nomen erroris, vocabulum stultum, superbum, perversum, temerarium, scelestum, profanum, quo nullus, inquit, prædecessorum meorum uti consensit, quo vocari nullus præsumpsit, qui veraciter sanctus fuit.

At nunc Romanus Episcopus, & quidem ferè à tempore Gregorii, nomen illud invisum occupat, & universalem Episcopum sibi vendicat: & eo superbiæ processit, ut solus omnibus præesse velit, & subesse Romano Pontifici, omni animæ de necessitate salutis esse pronunciet.

*Extravag. de majorib. & obed. C. unam sanctam.*

## An Reformati sint γνήσιοι Socii Augustanæ Confessionis.

I.

MAgni nominis Theologus, Anglus, Guilielm. Whitakerus in loco de Ecclesia, quæst. 5. scribit: Augustana Confessio non est nova fides; sed tantum veteris illius fidei repetitio: recipitur illa ab omnibus protestantibus, nisi fortè in uno aut altero verbo potius, quàm dogmate. Ubi honorificè de illa sentire videtur. Calvinus autem facem & incendium Galliæ metuit, & Beza sibi per omnia non probari posse asseruit.

*In Epist. ad Bezam. p. 524.*

II.

In secundo articulo, de peccato Originali Reformati cum Zvvinglio sentiunt, qui peccatum morbum saltem dixit, non afferentem damnationem infantibus, iis maximè, quibus fideles contigissent parentes. Ita Sohnius excusatum cupit Zvvinglium, quòd non de quorumvis, at fidelium duntuxat liberis illic egerit. Quia enim simpliciter peccatum omne Originis damnat, sine eo, quod monstratum est, remedio, & alexiterio, etiam infantes, & fidelium non minus, quàm infidelium damnabit, cum

non

non minus hi, quàm illi in peccatis concepti & nati sint, & ad omnes pertineat Christi interminatio: nisi quis renatus fuerit &c. ut ita Sohnius errorem errore ne quidem tegere, tantum abest, ut excusare potuerit.

Ioh. 3.

III.

In tertio articulo de persona Christi penè consentiunt Reformati cum Pontificijs. Kekermannus in Systemate Logico lib. 1. de proprio: qui communicari propria dicunt, proprium dicunt non proprium, propter quam contradictionis implicationem fit, *ut Dei potentia à propriorum communicatione abhorreat.*

System. Logic. lib. 3. c. 9. propria Divinitatis non communicantur carni Christi.

Lib. 1. c. 2. Omnipræsentiam carnis Christi esse Ens fictum impossibile, quod ne Deus quidem producere possit.

Bellarminus in judicio de libro Concordiæ: communicatio Idiomatum, secundum Patrum doctrinam, non tribuit uni naturæ, quæ sunt alterius, sed tribuit uni supposito utriusq; naturæ proprietates.

Tom. 3.

S. Cyrillus Alexandrinus contra Nestorium p. 60. γέγονε τοίνυν ἴδια μὲν τοῦ λόγου τὰ τῆς ἀνθρωπότητος, ἴδια δὲ πάλιν τῆς ἀνθρωπότητος, τὰ αὐτοῦ τοῦ λόγου, εἷς γὰρ οὕτω νοεῖται χριστὸς καὶ υἱὸς καὶ κύριος. Facta sunt igitur Verbi propria, quæ sunt humanitatis, rursumq; humanitatis propria, quæ sunt ipsius Verbi. Sic namq; unus Christus & Filius & Dominus intelligitur.

*Antonius Possevinus* in Moscovia, pag. 167. contra Davidem Chytræum. Ut anima non omnia verè & essentialiter cum corpore communicat, sed *duntaxat verbotenus*: corpus enim humanum non dicitur rationis consiliiq; particeps, nisi per accidens: rursumq; corpus non communicat cum mente omnia, quæ sibi sunt propria, nisi quadam consecutione: neq; enim secabilitatem, morbos, mortalitatem & similia ei tribuit: ita Divinitas non universas suas proprietates humanitati largitur, & vicissim humanitas suas Divinitati non tribuit, nisi per idiomatum communicationem. Sic enim Christus homo æternus dicitur, omnipotens, ubique consistens, quia DEUS etiam est, cujus hæc sunt attributa, & quasi notæ propriæ. Postremò, quemadmodum actiones utriusque toti composito verè tribuuntur, quæ alioqui naturis separatis tantummodò convenirent; sic enim homo intelligit, vult, ratio-

cina-

cinatur, medicinam facit, negotia exercet, ægrotat, cum tamen intelligere, velle, ratiocinari, functiones sint animæ propriæ: ægrotare verò, sitire, esurire, corporis, reliquæ utique communes: ita toti personæ Christi omnia absolutè tribui possunt, quæ sigillatim de altera naturarum prædicantur: Christus enim æternus est & temporalis, infinitus & finitus, ubique, & non ubique: contraria profectò multa propter diversas naturarum proprietates in se unum colligens.

Pag.166. Si enim omnia divina attributa humanitati Christi communicata sunt, jam Christi Domini conceptio, nativitas, passio, mors, descensus ad inferos, descensus ad judicandum, è plurimorum animis sublatus est, ipsaque divinitas inprimis, Divinitas oppugnata. Nam non magis Divinitatis, quàm humanitatis Christi erit opus, ipsa mundi creatio (& quidem ab effectivo principio) cum tamen hæc uni divinitati competat: creaturæ nequaquam. Sic item humanitas Christi fuerit ante incarnationem, & ante conditum mundum, si æternitas, quæ principio & fine carens, connumeratur inter divina attributa, ipsi tribuatur humanitati. Ecquid verò obstabit, quò minus æquè in utero aliarum mulierum atq; beatissimæ Virginis eodẽ tempore fuerit Christus? Nam si per istas Christus (ut homo) per hypostaticam Unionem Omnipotens factus est, necesse quoq; inde fit, ut ubique adsit. Quæ omnia (ut reliqua pleraque absurdissima & blasphema) rejicienda sunt.

Pag.165. Possevinus communicationem Idiomatum asserit, communicationem naturarum negat.

D. Luther Tom. 2. Witeberg. in Confess. p.157. Dann das heist er allocosin, wann etwas von der Gottheit Christi gesagt wird / das doch der Menschheit zusteht / oder wiederumb / als Luc. ult. muste nicht Christus leyden vnd also zu seiner Herrlichkeit eingehn. Hie gauckelt er / daß Christus für die menschliche Natur genommen werde. Hüte dich / hüte dich / sag ich / für der allocosi, sie ist des Teuffels Larven / dann sie richtet zu lest ein solchen Christum zu / nach dem ich nicht gern wolt ein Christ seyn / nemlich hinfort nicht mehr sey / noch thu / mit seinem Leyden vnd Sterben / dann ein ander schlechter Heiliger. Dann wann ich das glaube / daß allein die Menschliche Natur für mich gelitten hat / so ist mir der Christus ein schlechter Heyland / so bedarff Er wol selbst eines Heylands. Summa / es ist vnsäglich / was der Teuffel mit der allocosi sucht.

Pag.163. Dahin führt jhn sein Dunckel vnd die verdammpte alloeosis, daß er die Person Christi zertrennt / vnd last vns keinen anderen Christum bleiben / denn einen lauteren Menschen / der für vns gestorben / vnd vns erlöst hab. Et postea: Dann wer allein durch Menschheit erlöset ist / der ist freylich noch nicht erlöst / wird auch nimmermehr erlöset.

D. Gretserus Tom.2. de Cruce pag.1580. ἄνθρωπος ἦν, καὶ οὐ θεὸς, ὁ πληττόμενος homo enim erat, & non Deus, qui percutiebatur.

Inde sic ratiocinamur: Qui asserit, naturas in Christo ita fuisse comparatas, ut una pateretur, altera non pateretur, is facit naturas separatas, duas personas, duos Christos & duos Filios.

Pontificii, & Calviniani cum Nestorio asserunt naturas in Christo ita fuisse comparatas, ut una pateretur, altera non pateretur. Ergò Pontificij & Calviniani cum Nestorio faciunt duas naturas separatas, duas personas, duos Christos, & duos Filios.

I. Longè aliud docet Catholicus Leonhardus Lessius *Societ. Jesu* de perfectionibus divinis lib.12. cap.5. pag.223. Utroque igitur errore damnato *certissima fide tenendum*, in Domino nostro esse duas integras, inviolatas, omnibusque suis naturalibus proprietatibus & conditionibus absolutas naturas, humanam & divinam, easque ita in unam coaluisse personam, ut unus idemq; sit verus Deus & verus homo, habeatq; omnia, quæ sunt Divinitatis, & omnia, quæ sunt humanitatis: & omnia, quę Filio Dei, vero Deo conveniunt, conveniant & huic homini: & quæ huic homini conveniunt, tribuantur quoque Deo. Est enim *iste Homo*, Filius Dei, est ab æterno genitus ex Patre, est una cum Patre principium Spiritus S. est sapientia Patris, & omnium opifex, est immensus, est incommutabilis, & æternus, est omnipotens. Rursus *Deus factus est Homo* passibilis & mortalis, Deus natus est ex Virgine, Deus passus est, crucifixus, mortuus, sepultus. Hoc modo in Christo est idiomatum utriusque naturæ perfecta communicatio, cum humana natura, omnia sua communicat Verbo, & divina natura sua omnia communicat huic homini.

II. *Ludovicus Granatensis* in Festo Jacobi pag.44. Ne verò quisquam minus se Redemtori suo debere putet, quod is non ex divina, sed

ex humana natura calicem hauserit passionis, sciat Catholicè & *propriè dicere*, Deum mortuum & passum atque sepultum. Tam arcto quippè vinculo humanam naturam divinæ copulavit, tantaque inter utramque naturam (personalis vinculi ratione, quo utraque subsistit) unitas est, ut quæ sunt humanitatis, Deo: quæ verò Divinitatis propria sunt, homini convenire dicantur.

III. *Nicolaus de Cusa* Cardinalis Tom.2. Exercitationum l.2. p.28. Ita mirabilis, profunda atque intima hæc sancta *unio*, quod divina natura in Christo manens suppositum, communicat & usurpat sibi omnē denominationem, sive omne idioma, id est proprietatem, quæ humanæ naturæ assumtæ in ratione suppositi aut personæ conveniret, sicut sunt esse hominem, esse filium hominis, sicut sunt actiones, passiones, motus, quæ naturæ humanæ concretivè nata sunt competere, prout ipsa natura est esse specificum. E converso denominationes & idiomata, quæ divino supposito conveniunt, ratione ejusdem unionis de ipso homine, qui Deus est, *verissima fide* enunciantur. Veruntamen divina & humana Idomata non eodem modo Christo conveniunt. Nam divina de eo dicuntur per se & simpliciter; sed humana non per se, sed secundum quid, ratione humanæ naturæ. Hinc proveniunt mirabiles illæ locutiones, quas *fides asserit*, scilicet, quod im̄ortalis moritur: invisibilis in terris visus est, quod De⁹, qui nō mutatur fatigatur ex itinere: impassibilis crucifigitur & ab æterno genitus, hodie nascitur: & quòd homo corporeus, est ubiq;, temporalis est æternus; infirmus, omnipotens. Imò tanta est, tamq; admiranda unio illa, ut Christus Filium Dei ad inferna descendisse dicamus, quando mortuus fuit, & non fuit verum dicere, quod fuit homo propter separationem animæ à corpore non tamen fuit separatum verbum ab anima & corpore, quia unio Verbi divini ad corpus & animam nunquam fuit dissoluta. Imo Christus ex eadem ratione jacuit in sepulchro, & descendit ad inferna.

IV.

In quarto articulo de Justificatione hominis peccatoris coram Deo, Zwinglius ad Regem Galliarum scribens in transcribenda impijs ethnicis cœlesti beatitudine: visurus istic es in vita æterna Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones. Et in libello Catabaptistis opposito scribit idē Zwinglius gentilium liberos (quia nulla eos lex damnat, non enim incidunt in

illam, qui non crediderit &c. deinde cum electio Dei sit libera) impium est, si vos ab æterna salute excludamus. Unde sequitur nos vehementer errare in judicandis gentilium liberis.

Quin & Rudolphus Gualtherus impiam Zvvinglij opinionem de beatitudine æterna Ethnicorum operosa Apologia anno 1545. edita tutari conatus est, ubi inter alias rationes pro defensione Ethnici dogmatis præcipuè urget, sed nimis pueriliter, quod Roman. 1. scriptum est, τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, gentibus cognitum fuisse. Hinc confici existimat, Ethnicos fuisse instructos non modò veri Dei, qui est pater Domini nostri Jesu Christi, notitia, sed etiam salvifica fide.

Joachimus Curæus in sua exegesi: sumus justi primùm imputatione, propter obedientiam filij Dei derivantis in se pœnam pro peccatis generis humani, &c. sed altera pars justificationis est sanctificatio vel præsentia efficaciæ vel κοινωνία nostri cum Christo, vel inchoatio vitæ æternæ.

Et unde hæc habuit Reformator, nisi è Synergistarum scholis, qui bona opera ad justificationem hominis requirebant, hodieque requirunt? Ab illis nimirum didicerat, alteram partem Justificationis nostræ cum Deo, esse conjunctionem nostri cum Christo, quę fit in sacramento, & sanctificationem ac inchoationem vitæ æternæ.

V.

*In Commēt. sup. Iohan.*

De quinto articulo, qui agit de Ministerio Ecclesiastico, ita Bucerus loquitur: libenter fatemur, Deum communi lege Verbum externum adhibere, ad docendum suos, sed quod propterea medium & instrumentum sit, quo detur Spiritus S. & alia Dei dona, ex nullis S. Scripturæ locis probari potest. Idem: Sophistarum est ista de instrumentis medijsque spiritus & gratiæ Dei Philosophia, non Christianorum.

VI.

Sextus articulus est, de bonis operibus. Matth. 6. si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus lucidum est, non bene infertur absoluta operis bonitas & perfectio, seu ex genere suo, seu ex intentione & alijs circumstantijs. Nec enim istic oculus simplex rectam in nobis intentionem, nec corpus lucidum, bonum in nobis esse opus confirmat, id potius indicatur, simplicem nos & rectum vitæ tenere cursum, dum crassos

ſos affectus & mentis tenebras ſequimur terrenis inhiantes, quæ non modò cæteras animæ facultates, ſed etiam τὸ λογιστικὸν quod inſtar oculi eſſe debebat, obruunt & obſcurant.

## VII.

Septimus articulus de Eccleſia eſt, de qua Calvinus l.1. c.18. omnium hominum opera tam mala quam bona aſſerit effici arcano Dei nutu, decreto & directione. Itaque omnia hominum ſcelera jam ab æterno à Deo ſunt decreta ut ſic fierent, & homines nutu divino ad illa excitantur & diriguntur.

P. 126. Si omnes interim motus ex inſpiratione & impulſu Dei concipiuntur, & in fines ſuos tendunt, Deus non minus eſt autor proditionis Judæ, quàm converſionis Pauli, non minus odij in Chriſtum quàm amoris.&c.

Lib.3. c.23.p.605 Lapſum Adæ & totius poſteritatis refert in ſolum divinæ voluntatis arbitrium. Itaque lapſus eſt Adam quia Deus ita voluit, ita prædeſtinavit: fateor ſanè in hanc, qua nunc illigati ſunt, conditionis miſeria n Dei voluntate decidiſſe univerſos filios Adam, atque id eſt quod principio dicebam, redeundum tandem ſemper ad ſolum divinæ voluntatis arbitrium, cujus cauſa eſt in ipſo abſcondita.

Kekerman. in Syſtem. Theol. l. 3. c.1. p.309. Quod ſi enim nos homines in quoditiana beſtiarum mactatione utimur noſtro arbitrio, neq; injuſti aut dicimur, aut revera ſumus, ſi hodie hunc bovem mactemus, alterum non mactemus: quanto magis hic Deo ſuum reliquendum arbitrium *& abſolutū decretum* in homines, qui Dei reſpectu non ſunt tanti, quanti hominibus eſt culex aut pulex.

Auguſtinus Tom. VII. de Unitate Eccleſiæ c.9. p.524. Quis dubitaverit, quòd Judas Chriſtum, ſi voluiſſet, non utiq; tradidiſſet, & Petrus ſi voluiſſet, ter Dominum non negaſſet? ſed ideo fuit de iſtis certa prædictio, quia & Deus etiam futuras prævidet voluntates.

Idem de prædeſtin. & gratia cap.15 p. 1219. Si dicitur jam, Pharaonem non potuiſſe mutari, quia eum præſciverat Deus non eſſe mutandum? Reſpondetur Dei præſcientiam non cogere hominem, ut talis ſit, qualem præſcivit Deus, ſed præſcire talem futurum, qualis futurus eſt, quamvis eum non ſic fecerit Deus.

VIII. De

VIII.

De articulo octavo Petrus Martyr in epistola ad Ecclesiam Anglicanam dicit, à Lutheranis citra vitium accipi non posse baptismum propter diversam fidem, pietatem Christianam & conscientiam. Idcirco vicissim Lutherani uti Sacramentis Calvinianorum non possunt, propter diversam fidem, pietatem Christianam & conscientiam.

*Pag.155.*

IX.

In nono articulo de Baptismo scribit Whitakerus de Ecclesia; nam ne infantibus quidem Baptismus ad salutem valet per se, nec infundit eis fidem, aut gratiam aliquam, sed est iis tantum signaculum sive sigillum fœderis.

Idem p.20. Non ergò facit baptismus, ut homines primò ad Ecclesiam apponantur & de Ecclesia sint, sed in Ecclesiam receptos confirmat.

Pag. 22. Baptismus non facit nos primò & propriè membra Christi & Ecclesiæ Catholicæ, sed spiritualis gratia.

Zacharias Ursinus in compendio p. 528. Regenerationem seu salutem non pendere à Baptismo.

X.

Decimum articulum Beza impugnavit, scribendo, tantum abesse corpus Christi à cœna Domini, quantum distet summum cœlum ab infima terra.

Idem Beza cum Cardinali Lotharingo in Colloquio Gallicano differens, decimum articulum Augustanæ Confessionis pro vero & sincero accipere noluit, reipsa testificans, se Augustanæ Confessionis socium γνήσιον non esse.

XI.

Undecimus articulus de Confessione agit. Etsi verò in Confessione Helvetiana minus necesse affirmatur, ut quis sua confiteatur peccata sacerdoti susurrando in aures ipsius, ut vicissim cum impositione manuum ejus audiat ab ipso absolutionem: causis tamen non levibus ducimur ad ejus in Ecclesiis nostris usum conservandum.

1. Quòd speciali ista absolutionis petitione testamur, reverenter nos amanterque habere institutum à Christo ministerium.

2. Agnoſcimus Sacerdotibus datam hanc abſolvendi poteſtatem divinitùs.
3. Majorem fiduciam ex privato colloquio percipimus.
4. Conſilium in certis caſibus & tentationibus privatim tutius imploramus.
5. Diligentius, ubi opus, inſtruimur, certius erigimur, quemadmodum Wirtembergenſis Confeſſio art. 14. rudiores in hoc colloquio de neceſſariis ſæpe moneri, inque ſpecie vocem Chriſti de remiſſione peccatorum percipere oſtendit.

Calvinus in Confeſſione ſecunda contra Weſtphalum ait, Confeſſionem & abſolutionem privatam è fœtidis Antichriſti Romani lacunis originem ſuam habere, & ab ipſo Diabolo invectam eſſe in Eccleſiam.

XII.

Duodecimus articulus agit de pœnitentia, quam Beza in ſuis Theſibus definit, veram ad Deum vitæ noſtræ converſionem, ex ſincero ſerioque timore Dei profectam, qua peccator relicta, delinquendi ſtultitia ad ſe redeat, ac priſtinam animi ſententiam in melius mutet. In qua definitione quidem contritio, vitæque novitas exprimitur: attamen Fides, præcipua pœnitentiæ pars, omittitur.

Reformati cum Anabaptiſtis negant ſemel juſtificatos poſſe amittere Spiritum Sanctum.

XIII.

In decimo tertio articulo Zwingliani omnem Sacramentis vim ademtam volunt, ita ut ne quidem organa ſint nobis diſpenſantia aut exhibentia Chriſti gratiam. Sic enim Zwinglius in ratione fidei ad Carol. Credo, inquit, imò ſcio omnia Sacramenta tam abeſſe, ut gratiam conferant, ut ne afferant quidem aut diſpenſent.

XIV.

Decimus quartus articulus eſt de Ordine Eccleſiaſtico, quem vocamus Ordinariam vocationem alicujus perſonæ, ab Eccleſia factam, cui impoſitione manuum, & precibus publicis Eccleſiæ miniſterium commendatur, ut verbum Dei ſincere doceat, Sacramenta rectè adminiſtret, & Eccleſiam rectè gubernet.

Nec Papiſtica ſit conſuetudine, quòd Eccleſia noſtra retinet χειροτονίαν. Deſignandus enim eſt populo futurus Chriſti miles & præco, ut

Moſes

Moses quondam producebat Josuam, Deut. 34. Secundò confirmandus est is qui ad arduum hoc se accingit munus. Tertiò publica contestatio formæ à S.S. præscriptæ, 1. Timoth. 5. Quartò approbanda vocatio & benedictione pia veluti consecranda. Ob quas causas manus imponi hodie videmus, nihil dubitantes, Spiritus S. dona ut quondam ita conferri etiam nunc ministris ad preces Ecclesiæ.

XV.

Decimus quintus articulus agit de ritibus Ecclesiasticis: quod neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter quos vivitur, societate servandum aut variandum. Ut autem constet, quosnam indifferenter habeamus ritus, tenendũ ita à nobis distingui, quòd aliqui autoritate Christi & Apostolorum nitantur, sintque necessarii & perpetui, ut ritus in S. Cœna & Baptismi essentiales, edere & bibere, aspergere & aspergi, viros aperto capite orare ad Deum, mulieres velato: aliqui devotione quadam majorum in Ecclesiam introducti, cereos in templis accendere, Crucis signo uti, ornari stolis albis varieque pictis, vestibus indui lineis, inter orandum genua flectere, aut stare, &c. Alii denique merè superstitiosi ritus, inutiles & impii, ut tingere campanas, ligna, consecrare oleum, sal, &c.

Medii generis concedimus esse Exorcismum & Elevationem, quæ sine impietate omitti possent, nisi scandali & tranquillitatis tuendæ causa servarentur.

XVI.

Decimus sextus agit de Magistratu & rebus civilibus, ubi interdum apud Reformatos intermedii magistratus, adversus summum Magistratum armis insurgunt, & bella gerunt, ut in Belgio, in Scotia & Anglia: decepti loco D. Lutheri malè intellecto Tom. 2. Jenensi pag. 201. Unter den Christen soll und kan kein Obrigkeit seyn sondern ein jeglicher ist zugleich dem andern unterthan/wie Paulus sagt Rom. 13. Darzu keiner begehrt deß andern Oberster zu seyn/ sondern jeglicher will deß andern Unterster seyn.

XVII.

An cum Judæis, ante resurrectionem mortuorum, pii regnum mundi occupaturi sint, ubique oppressis impiis, *Chiliastarum* opinio fuit; an Reformati sint in illorum numero, dies docebit.

XVIII.

XVIII.

Decimus octavus articulus de humanis viribus seu libero arbitrio agit, de quo M. Antonius de Dominis l.7.c.7.p.112. Liberum arbitrium, inquit, depriment & reformati, nullo alio fine, nisi ut attollant gratiam, & sic Dei gloriam solam requirunt.

Contra Erasmum D. Luther de servo arbitrio p.28. Adeò stat & permanet invicta sententia, *omnia necessitate fieri*. Nec est hic ulla obscuritas, aut ambiguitas. In Esaia dicat: Consilium meum stabit, & voluntas mea fiet. Quis enim puer non intelligit, quid velint hæc vocabula, Consilium, voluntas, fiet, stabit?

*Esa.46. v.10.*

Pag.168. Fateor enim articulum illum Wiglephi (*omnia necessitate fieri*) esse falsò damnatum à Constantiensi Conciliabulo, seu conjuratione potius & seditione.

*Vide retractationem D. Luther. in c.26. Genes. p. 38.b.*

D. Luther Tom.1. Jenen. pag.426.b. Alle Articul Johannis Huß/zu Costnitz verdamt/sind gantz Christlich.

Idem de servo arbitrio fol.56. Sic humana voluntas in medio posita est, ceu *jumentum*: si insederit Deus, vult & vadit, quò vult Deus, ut psalmus dicit, factum sum sicut jumentum, & ego semper tecum. Si insederit Satan vult & vadit, quò vult Satan, nec est in ejus arbitrio, ad utrum sessorem currere, aut eum quærere, sed ipsi sessores certant ob ipsum obtinendum & possidendum.

XIX.

Decimus nonus articulus est de causa peccati. Philippi verba citantur ab Andrea Fabricio Leodio, in Harmonia Augustanæ Confessionis, tanquam in Deum blasphema: ut qui non permissivè solùm, sed potenter etiam Deum operari mala dixerit, constat Deum omnia facere non permissivè, sed ut Augustini verbo utamur, potenter, id est, ut sit proprium ejus opus, Judæ proditio, sicut Pauli vocatio, &c.

*P.195.*

Petrus Martyr & Calvinus: Deum quoquo modo esse causam peccati. Deum perinde armasse Diabolum lingua præter naturalem usum ad decipiendum hominem, ac si aliquem latronem qui gladio ad cædem faciendam armavit.

XX.

Vigesimus articulus continet falsam nostrorum accusationem

propter bona opera. Nam cum nostram de Fide sola justificante ex fontibus sacris haustam profitemur doctrinam, Pontificii magna voce iterant clamores suos, bonis operibus nihil nos tribuere, omni impuritati, vitæque turpitudini ac licentiæ fibulam laxare, tametsi frequenter audiant monitionibus assiduis nostros requirere bona opera, nec verò nesciant illorum necessitatem demonstrari à nobis cum ex mandato divino, tum vi & natura fidei, tum fine, ad quem omnes conditi.

Johannes Reinoldus Anglus de libris apocryphis pag. 48. Quare seclusa ratione meriti, de quo est alia quæstio, necesse esse justificatis bona opera ad salutem, consentiunt omnes nostri & cum (a) Augustino, vel potius cum Apostolis (b) Paulo & (c) Jacobo, justificari posse hominem fide absque operibus, sed fide absque operibus servari non posse docent.

(a) Tom. 4. lib. de Fide & operibus c. 14. p. 30.
(b) Rom. 3. v. 28.
(c) Jacob. 2. v. 14.

Cum Justificatio per solam fidem, quam nos defendimus, non damnetur ab Augustino: salus autem per solam fidem non defendatur à nobis. Tantum Reinoldus.

XXI.

Vigesimus primus & ultimus articulus est de cultu Sanctorum: unde M. Antonius de Dominis l. 7. c. 7. p. 112. Reformati invocationem Sanctorum respuunt, non in odium aut irreverentiam Sanctorum, sed ne Christo unico nostro Mediatori fiat injuria.

*In Psal. qui habitat de vers. 11.*

De sanctis Angelis ita loquitur Bernhardus serm. 12. p. 445. Adsunt igitur, & adsunt tibi, non modò tecum, sed etiam pro te, adsunt ut protegant, adsunt ut prosint. Simus ergò devoti, & simus grati tantis custodibus, redamemus eos, honoremus eos, quantum possumus, quantum debemus: totus tamen ei reddatur & amor & honor noster, à quo tam ipsis, quàm nobis est totum, unde honorare possumus, vel amare, unde amari honorarive meremur.

*Part. 1. p. 133.*

Quæstionem hanc concludo judicio Ecclesiæ Anglicanæ, de D. Luthero, apud Juellum, interprete Whitakero: Lutherus Deo vocanti semper obtemperavit, neque unquam est ad vomitum reversus priorem, neque cum sua ipsius conscientia pugnavit, aut exploratæ Veritati restitit.

reſtitit. Etſi igitur ſibi ipſe aliquandò contrarius eſſet, facta ab errore ad veritatem tranſitione, Deo tamen haudquaquam fuit contrarius.

*Vt porcus terram, cœlum non aſpicit altum:*
*Sic mens Calvini judicio fruitur.*
*Id credit, quod corde videt, ſenſusq; ſuadent,*
*Regula quàm cœca eſt, plumbea, meta ſuis!*

# P A P A

I. Theologus ἄπιστος.
II. Grammaticus.
III. Dialecticus.
IV. Politicus.
De Idololatria.

# PAPA ROMANUS,

## Theologus, ἄπιστος,

*Id eſt.*

## Diſſimilitudo inter Papam Romanum, & D. Petrum Apoſtolum.

*D. Luther Tom. 2. Ien. Germ. p. 277. b.*

**Chriſti Lehr und deß Bapſts Lehr/ſeyn wie Tag und Nacht/ wie Todt und Leben.**

PHilo Judæus, quem Hieronymus inter Scriptores Eccleſiaſticos retulit: verè ſcripſit l. 2. Allegoriarũ p. 76. Νόμος ἡμῶν ἔστω ἑκάστῳ, τὸ δοκοῦν ἀρετῇ· εἰ γὰρ πᾶσιν ὅσα παραινεῖ ἡ ἀρετὴ βουλόμεθα ἀκούειν, εὐδαιμονήσομεν: Unicuiq; noſtrum Lex eſto, quicquid virtuti placet. Nam ſi omnia, quæcunque monet virtus, audire voluerimus, felices erimus.

Verùm de Virtute aliter loquitur Simon Petrus, & aliter Simon Magus. Non enim veritas omnibus in propatulo eſt, neque paſſim ſtrata,

nec tale quidpiam, quod venatione possit comprehendi, ut loquitur Synesius p. 52.

Qua de re eleganter S. Chrysostomus Tom. 2. Græco-Latino Frontonis Ducæi, adversus vituperatores vitæ monasticæ l. 3. p. 468. Neque istud solum iniquum & indignum est, quod Christi præceptis contraria docetis; verùm quod favorabilibus appellationibus vitia obducitis. Quippè Circensibus ludis & reliquis spectaculis interesse jugiter, urbanitatem & facetias vocatis: divitiis affluere, liberalitatem, gloriam amare, magnanimitatem: arrogantiam, confidentiam: prodigalitatem, clementiam: injustitiam, fortitudinem esse, asserentes. Tum verò quasi non hæc sufficiat decipula, virtutem quasi contrariis nominibus obnubitis, rusticitatem quidem pudicitiam vocantes: fortitudinem modestiam, imbecillitatemque justitiam; contemtumque fastus & gloriæ, servilis esse animi existimantes, malorumque tolerantiam, ignaviam & infirmitatem, tanquam profectò metuentes, ne si tandem veram & propriam harum rerum appellationem ab aliis audierint, effugiant ejusmodi perniciem filii. Neque enim parum confert ad evitationem mali, nudas ipsas & proprias vitiorum proferre appellationes: verùm tantum habet momenti & roboris ad eos, qui peccant, feriendos, ut plurimi nonnonquam turpissimis flagitiis insignes, cum id quod res sint se vocari audiunt, modestè ferre non possint, sed ut qui acerbissima sint perpessi, ita sæviunt atque efferantur.

Proprium id Tiberio fuit, referente Tacito l. 4. Annalium, scelera reperta priscis verbis obtegere. Et l. 2. facilem ad sensum Gallo, sub nominibus honestis confessio vitiorum & similitudo audientium dedit. Adjecerat & Tiberius non id tempus censuræ: nec si quid in moribus labaret, defuturum corrigendi auctorem.

Hac oratione, Deo adminiculante, ostendam, Pontificem Romanum esse ἄπετρον, sine Petro, Petro dissimilem, Petroque contrarium: audite, judicate.

*Bernhardus Bauhusius* in Epigrammatis contendit p. 36. quemlibet Pontificem Romanum vocari posse Petrum:

*Vos Batavi, vos Catholici, quibus impia Roma est,*
*Et meretrix Babylon, & Sodomæa Domus.*
*Tum vos Catholici, cum nox lux, candida nigra*
*Cœli dicentur Tartara, Disque Deus.*

No

*Non, non, Catholicus, Batavi mihi credite, nemo est,*
*Quam Paulum nostrum qui putat esse Petrum.*

1. Primatus Petri Christo ipsi repugnat: siquidem Christus Apostolis suis omnia manifestavit, quæ necessaria erant Joh.15.v.15. Omnia quæ audivi à Patre meo, [illegible] nota feci vobis: nuspiam autem Apostolis primatum & Monarchiam Petri proposuit, imò Apostolis de primatu contendentibus & litigantibus, non dixit: tu Petre, proximus à me aut secundus eris, Princeps & Papa reliquorum Apostolorum: sed exertè loquitur: Principes gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur, vos autem non sic. Hinc Bernhardus lib 2. de consideratione p.1227. planum est, Apostolo interdicitur dominatus; i ergo & tu, & tibi usurpare aude aut dominans Apostolatum, aut Apostolicus dominatum, planè ab alterutro prohiberis. Si utrumq; similiter habere volueris, *perdes utrumq;*.

S. Chrysostomus in opere imperfecto homil.35. p.400. Fructum humilitatis terrestris posuit primatum cœlestem, & primatus terrestris fructum posuit & confusionem cœlestem. Quicunq; ergò desiderat primatum in terra, inveniet confusionem in cœlo, ut jam inter servos Christi non sit de primatu certamen.

p.901. Primatum Ecclesiasticum appetere neq; ratio est, neq; causa est quia neq; justum est, neq; utile.

Tempore Apostolorum Ecclesiastica potestas omninò separata fuit à Politica.

In Synodo VII. Gregorius II. ad Leonem Isaurum: alia est, inquit Ecclesiasticarum constitutionum institutio, & alius sensus secularium, in administrationibus seculi. *P.364.*

Utraque potestas habet distinctam dignitatem, distincta officia, distincta jura, distinctas leges, distinctos actus, distincta vincula, distinctos fines & terminos, quos neutri invadere licet.

Apud Spondanum ad annum Christi 1053 p.823. Leo IX. gladius duplex in Ecclesia. sic vult munera eorum esse distincta, ut nec Imperatores attingant, quæ sunt Sacerdotum, nec Sacerdotes, quæ sunt Imperatorum.

Geistlich vnd weltlich/ Bischoff vnd Kürriß schicken sich nicht wol zusammen.

Nicephorus Gregoras de Arsenio Patriarcha p.31. Quod ad vir-

tutem & pietatis cultum attinebat, ille in parum à summis aberat, sed usu rerum & imperij administratione ne cum fossore quidem conferendus. Nam divinarum rerum contemplatio & Reipublicæ administratio, haud ferè conjungi solent, atq; adeò optandũ est ne magna interea pugna ut inter carnem & spiritum, & sensum ac mentem appareat. Mihi vero placet eum, qui ad principatum aspirat, ex utraque contemperatum esse, ut in musicis instrumentis fieri cernimus, neque enim ibi omnes cordæ æqualiter intenduntur; id enim ineptum & absonum esset, sed aliæ ad graviorem, aliæ ad acutiorem sonum: aliæ plus minusve astrictæ, variam & concinnam efficiunt harmoniam. Qui enim soli divinarum rerum speculationi est intentus, in montibus & speluncis debet vivere, ut cujus mores à civili consvetudine potius abhorreant. Qui vero morum civilitatem cum virtute conjunxit, & usu variarum rerum perpolitus est, is populum ad res optimas & salutares facile deduxerit.

Regnum Christi non est de hoc mundo. Johan. 18. quod ferro & gladio non defenditur Luc. 22. Hinc pro se & Petro in signum impletionis legis divinæ solvit staterem.

2. Ad hæc monarchia Apostolica ipsi Petro adversatur. Petrus namque docuit, Christum esse fundamentum Ecclesiæ, act. 4. seipsum non appellat Papam, aut Pontificem summum, sed Sympresbyterum 1. Petri 5. neque unquam oscula pedum permisit, sed Cornelium [illegible], act. 10.

Papa Romanus hac in parte Diocletiani est successor, de quo Carolus Sigonius, de occidentali imperio l. 1. p. 29. Hanc inquit, tantam felicitatem tanquam prosperum fortunæ obsequium capere animo Diocletianus non potuit. Siquidem moderatione prorsus in superbiam versa, usque eò insolentiæ prodijt, ut se posthac mortalitatis oblitus tanquam Deum adorari voluerit. Nam proijcere se homines humi venerabundos atque osculum pedibus figere pati cæpit, & gemmas vestibus calceisque inseruit, cum ante ipsum omnes Imperatores consulari tantum salutatione contenti fuissent, & solam Chlamydem purpuream privato habitu adjecissent.

1. Cor. 3. Ephes. 5. Coloss. 1.

3. Præterea Monarchia Apostolica repugnat Apostolo Paulo: Paulus enim Christum solum & unicum Ecclesiæ fundamentum, unicum summum sacerdotem, Ephes. 4. enumerat modos & formas Doctorum N. T. summo silentio præterit Monarchiam petrinam, imo exertè

rè afferit, ſe non eſſe inferiorem etiam ſummis Apoſtolis, 2. Cor. 11. & 12. ſe curare & providere toti Eccleſiæ quoditie, ſe ab Apoſtolo Petro nihil accepiſſe, Galat. 2. cui in faciem reſtitit. Hic Paulus par & æqualis fuit Petro ne dicam ſuperior, cum Pauli vocatio Apoſtolica, illuminatio & officium excellentius quodammodo & Eccleſiæ utilius fuerit Petri vocatione.

4. Inſuper Monarchia Apoſtolica adverſatur cæteris etiam Apoſtolis, qui cum Petro Matthiam ad Apoſtolatum elegerunt, & in Synodo Hieroſolymitana tam Jacobum, quàm Petrum reſpexerunt: imò Evangeliſta Lucas c. 15. v. 19. inquit, Jacobum dixiſſe, διὸ ἐγὼ κρίνω, quapropter *ego judico*.

Qui judicat eſt judex.
Jacobus judicat.
Ergo Jacobus eſt judex.

5. Monarchia Apoſtolica Petrina Concilijs etiam adverſatur, quæ vocata fuerè non primario à Pontificibus Romanis, ſed ab Imperatoribus Romanis.

De Niceno I. ita loquitur Euſebius in vita Conſtantini lib. 3. cap. 6. pag. 361. Deinceps igitur Concilium generale, tanquam quendam Dei exercitum inſtruens, in unum locum coëgit, & Epiſcopos undique per literas honorificè ſcriptas, ut eò maturarent, accivit. εἶθ' ὥσπερ ἐπιστρατεύων αὐτῷ Θεοῦ φάλαγγα σύνοδον οἰκουμενικὴν συνεκρότει, σπεύδειν πάντα χόθεν τοὺς ἐπισκόπους γράμμασι τιμητικοῖς προσκαλούμενος. ὁ φαντοφυς βασιλεύς. Theodoret lib. 1. cap. 7. pag. 15. Imperator celebre illud Concilium cogit, & publicos aſinos, mulas & mulos, quin etiam equos Epiſcopis & Comitibus ſuis ad iter faciendum utendos dat. CCCXVIII Epiſcopi ibi in unum convenerant, Epiſcopus autem Romanus propter ætatem admodum ingraveſcentem abfuit.

Socrates lib. 5. cap. 8. pag. 681. Imperator nulla mora interpoſita Concilium Epiſcoporum ipſius fidem amplectentium convocat, μηδὲν ὁ βασιλεὺς ὑπερθέμενος σύνοδον ἐπισκόπων τῆς αὐτοῦ πίστεως συγκαλεῖ.

Sozomenus lib. 1. cap. 16 Conſtantinus indicit Concilium urbis Bithyniæ, ſcribitque ad omnes Eccleſiarum Præſules, ut ad diem præſtitutum adſint, συγκαλέσαι σύνοδον εἰς Νίκαιαν τῆς Βιθυνίας, καὶ πανταχῆ τοῖς προεστῶσι τῶν ἐκκλησιῶν ἔγραψεν εἰς ῥητὴν ἡμέραν παρεῖναι.

Con-

Conſtantinopolitanum I. convocavit Theodoſius ſenior.

Epheſinum I. Theodoſius junior.

Chalcedonenſe itidem Theodoſius.

Hinc Leo Epiſt. 9. Pietas veſtra ſuggeſtioni ac ſupplicationi noſtræ dignetur annuere, & intra Italiam jubeatis habere Epiſcopale Concilium.

Epiſt. 24. ad Theodoſium. Omnes partium noſtrarum Eccleſiæ, omnes manſuetudini veſtræ cum gemitibus & lachrymis ſupplicant Sacerdotes, ut generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari.

Epiſt. 26. ad Pulcheriam ſcripſimus ad Principem de habendo intra Italiam Concilio, quod ut obtinere mereamur, pietas tua ſupplicationem noſtram apud Clementiſſimum Principem dignetur aſſerere.

Auguſtanus Boicusque Tacitus *Marcus Velſerus*, rerum Boicarum l. 5. p. 318. de Carolo Magno: Concilia, inquit, conventusq; cogere, regum nimirum apud Francos munus.

Quemadmodum olim poteſtas temporalis Româ Conſtantinopolin fuit translata: ita etiam ſpiritualis: ſic enim refert *Anna Comnena*, Alexii Comneni Imperatoris filia, μεταπεπτωκότων τῶν σκήπτρων ἐκεῖθεν ἐνθάδε εἰς τὴν ἡμετέραν βασιλίδα πάλιν καὶ δὴ καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τῆς ὅλης βασιλικῆς τάξεως μεταπέπτωκε, καὶ ἡ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, καὶ δεδωκάσιν οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς τὰ πρεσβεῖα τῷ θρόνῳ κωνσταντινουπόλεως, καὶ μάλιστα ἡ ἐν Καλχηδόνι σύνοδος εἰς περιωπὴν τοῖ Κωνσταντινουπόλεως ἀναβιβασαμένη, τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην διοικήσεως ἁπάσας ὑπὸ τοῦτον ἐποίησεν. Romano Imperio hinc ad regiam noſtram urbem translato totoque regio ordine, translata etiam eſt ſedes Archiepiſcopalis, dederuntque ſuperiores reges Primatum Sedi Conſtantinopolitanæ, inprimis verò Concilium Chalcedonenſe, quod in ſupremam Speculam Conſtantinopolitanum collocavit, illiq; totius Orbis terrarum adminiſtrationem commiſit.

Imò in Concilio Chalcedonenſi plus datum eſt Epiſcopo Conſtantinopolitano, quàm Romano poteſtatis: conſtitutus enim eſt judex omnium controverſiarum, quæ inter Epiſcopos inciderint, adeò ut Græci dicunt, totum mundum Epiſcopo Conſtantinopolitano eſſe ſubjectum, quod Romano nunquam eſt conceſſum.

Gra-

Gratianus Diſt. 99. C. 3. Primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum vel ſummus ſacerdos, aut aliquid hujuſmodi, ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus, univerſalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.

Gloſſa à Gregorio XIII. approbata rem ita decidit: Hæc eſt tertia pars Diſtinctionis, in qua dicitur quod Papa non debet vocari univerſalis. Johann. de Fant. Et: Epiſcopi in ſuis epiſtolis appellabant Patriarchas univerſales: quare prohibet Pelagius omnibus Epiſcopis, ut neminem de cætero appellent univerſalem: quia ſi unus appellatur univerſalis, cæteris honor debitus ſubtrahitur.

Monarcha Apoſtolicus à nullo judicari aut deponi poteſt.

Pontifex Romanus judicari & deponi poteſt.

Ergò Pontifex Romanus non eſt Monarcha Apoſtolicus.

Minorem probat D. Jacob Keller Tom. 1. p. 367. Fürs andere ſagt Nazianzenus, daß man dieſen/ der vom rechten Glauben abweicht/ vnd zum Ketzer wird/ nit für einen Biſchoff oder Prælaten/ ſondern für einen Feind der Kirchen erkennen ſol. Es iſt jhm alſo/ vnd wann ſolches auch in der Römiſchen kirchen geſchehe/ daß der Bapſt in offentliche Ketzerey fiel/ wehre die Kirch oder das Concilium befugt ihne abzuſetzen/ vnd der Kirchen ein anders Haupt zu ordnen.

Ex S. Anſelmo refert D. Henricus Caniſius Tom. 6. antiq. lection p. 221. Romanus, inquit, Pontifex, ut ſapientes norunt, *non modo deponi, ſed etiam* nullo Chriſtiano jure, *à quolibet poteſt judicari.*

Bellarminus de Romano Pontifice l. 2. c. 29. p. 269. Sicut licet reſiſtere Pontifici invadenti corpus, ita licet reſiſtere invadenti animas vel turbanti Rempub. & multò magis, ſi Eccleſiam deſtruere niteretur.

Idem Cardinalis ex eodem ore calidum & frigidum efflat: de Clericis l. 2. c. 17. p. 39. Si eligatur malus Pontifex, non eſt remedium ullum, non enim habet *ſuperiorem à quo deponi poſſit.*

Sereniſſima *Veneta Reſpublica* Catholica ita docet, in libro qui inſcribitur Conſiderationi ſupra le cenſure della Santita di Papa *Paulo V.* contra la ſereniſſima Repub. di Venetia 1606. p. 49. b. Nel' eſſempio di S. Pietro è unico ſe non foſſe ripreſo Cam d' haver la nudita del Padre Noe ſi potrebbe portare qui 23. Ponteſici ſogetti à qualche imperfettione nelli coſtumi ſuoi privati, ma nella dottrina & governo &c. Poſſim hic circa 23. Pontifices recenſere, qui non in moribus tantum priva-

tis, verum etiam in doctrina & gubernatione ipsa enormiter erraverint,

*Dist.* 95. C. 5. Olim idem erat Presbyter qui & Episcopus. Et antequam Diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquam verò unusquisque eos quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus, superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur: & paulò post. Sicut ergò Presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine ei qui sibi præpositus fuerit, esse subjectos: ita Episcopi noverint, *Se magis consuetudine*, quàm dispensationis Dominicæ veritate presbyteris esse majores, & in commune debere Eccclesiam regere.

Dist. 21. c. 2. In N. T. Cæteri Apostoli cum Petro *pari consortio honorem & potestatem acceperunt*.

Dist. 99. cap. 4. nullus Patriarcharum universalitatis vocabulo unquam utatur. Quia si unus Patriarcha universalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cujusque mente hoc sibi velle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacunque parte videatur. Et: Universalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.

1. Divus Apostolus Petrus electionem describit per sanctificationem Spiritus, per obedientiam & aspersionem sangvinis Jesu Christi; & virtute D E I electos custodiri per fidem ad salutem. Papa Romanus dissentit. Nam apud Tannerum Tom. 1. Theol. Scholast. p. 861. Vasquez cupit ex prævisis meritis: Bellarminus autem excludit præscientiam fidei & operum à prædestinatione.

Discant Heterodoxi ab Hieronymo Osorio Episcopo Hispano, scribente de justitia lib. 9. p. 131. Quo in loco planè videmus, Deum in hominibus eligendis *fidem prævidisse*, in sceleratis autem perfidiam & & arrogantiam, contumacisque animi pervicaciam.

2. S. Apostolus piorum electionem vocat hæreditatem immortalem, incontaminabilem & immarcessibilem. Romanus ἄπετρος non hæreditatem, sed *meritum* exigit; Censura enim Coloniensis p. 186. inquit de

de nostro est beata illa æternitas *promerenda*, præstandumque est aliquid *ex proprio*, ut bonum velimus.

Bellarminus de gratia & libero arbitrio l. 6. c. 11. p. 289. Cooperamur Deo non solum, ut adversarij volunt, post justificationem, sed etiam in ipsa justificatione & initio fidei.

## Legenda Sanctorum in die Purificationis Mariæ.

im Winter Theil. p. 664.

DArnach kam Sanct Peter mit dem Schlüssel vnd sprach zu ihm/ O weh dir geitziger Bapst/ dir stund des Himmels Thür offen/ die ist dir nun versperrt worden. Da erschrack der Bapst gar sehr/ vnd gieng zu einem Mann vnd sagt ihm/ wie ihm geschehen wäre/ vnd bat ihn/ daß er ihm rieth/ wie er thät. Da sprach er/ ist dir deß Himmels-Thür beschlossen/ so gehe zu dem Fenster hinein/ das ist vnser Fraw/ dann es steht von jhr geschrieben: Sie ist des Himmels Fenster worden. Da gieng der Bapst in die Capellen/ vnd bat vnser Fraw/ vnd kniet nieder/ vnd grüsset sie/ vnd lobet sie ohn vnterlaß 4. Tag an einander. Da erschien jhm vnser liebe Fraw vnd sprach zu jhm/ dein Arbeit ist verlohren vnd vmbsonst/ vnd sprach/ das ist mir leyd. Darnach fiel er aber 4. Tag für vnser liebe Fraw/ vnd ruffet sie mit grossem Ernst vnd mit Andacht an/ da erschien jhm vnser liebe Fraw aber/ vnd sprach zu jhm/ ich erbarme mich nicht über dich: Da sprach er wer bistu? Da sprach sie/ ich bin Maria die Mutter der Barmhertzigkeit. Da sprach er: Darumb daß du die Mutter der Barmhertzigkeit bist/ so seltu dich über mich erbarmen: Thustu das nicht/ so verleurstu deinen Nahmen: Da sprach vnser Fraw/ verliehr ich den Nahmen/ ob ich mich nicht über dich erbarme? Da sprach er ja: du verleurest jhn fürwahr. Da sprach vnser liebe Fraw/ darumb daß ich meinen Nahmen nicht verliehre mit den Wercken/ so hab ich kein Sorg vmb des Himmels-Thür/ wann du kompst zu dem Fenster hinein daß ich selber persönlich bin.

3. Petrus Apostolus non agnovit post hanc vitam ignem purgatorium, nisi gehennam.

Pontifex ἄντιχρ. post hanc vitam agnoscit ignem purgatorium.

Ergo pontifex ἄντιχρ. non est petrus Apostolus, & sic dissimilis Petro.

Nam D. Apostolus etiamsi cap.7.v.7. faciat mentionem πυρὸς δοκιμαζομένου, ignis probati, tamen ille ignis est in Ecclesia militante, in qua fideles affliguntur varijs experimentis. Similem locum D. Paulus inducit 1.Cor.3.v.15. si cujus opus exustum fuerit, damnum patietur, ipse verò salvus fiet οὕτως ὡς διὰ πυρὸς, sed sic tanquam per ignem.

## An omnes animæ post hanc vitam ignibus probandæ sint?

*Vide Velosillū in advertentiis p.217.*

Ambrosius in Commentariis Psalterii consentire videtur Origeni dicenti: omnes, qui sunt, qui fuerunt, & qui futuri sunt homines, uno Christo demto, examinandos, & aliquo modo urendos igne conflagrationis mundanæ in die judicij. Origenes, Hieronymus, Hilarius, Basilius M. Lactantius Firmianus sunt ὁμόψηφοι.

Verùm D. Paulus loquitur de *quasi igne*, hoc est, de re quapiam, quæ igni quadantenus assimilatur, & proinde metaphoricè sic nominatur. Cum è converso purgatorij flammas non quasi ignem esse statuant Pontificii, sed ignem propriè sic dictum. Differit enim eo loco Apostolus de Doctoribus Ecclesiæ, quorum aliquos super fundamentum, quod est Jesus Christus, ait, superstruere aurum, argentum & lapides pretiosos, materiam nempe talem, quæ ignem ferre, & vim ejus superare queat, & hæc quidem per similitudinem. Ubi manifestum est, per aurum, argentum & gemmas intelligi sana & orthodoxa religionis Christianæ dogmata, quæ in die tentationis, judicij & examinis consistunt, & pro quibus fideliter traditis pii Doctores mercedem accipiunt. Deinde asserit, alios superstruere ligna, fœnum & stipulas, quæ ignem non ferunt, sed ab eodem, stuparum instar absumuntur. Ubi rursus evidens est, per ligna, fœnum & stipulas nihil aliud quàm erroneas opiniones intelligi, quæ tentationis & judicij ignem sustinere haud queant. Interim quia errores isti non evertunt fundamentum ipsum salutis, fit, ut deflagrantibus errorum stipulis Doctor ipse nihilominus salvetur, sed tanquam per ignem probationis, tentationis, examinis atque judicii, in quo jacturam facit sui operis, & exædificati erroris, retento nihilominus per fidem Christo, & per Christum Jesum æterna salute.

4. Bellarminus de justificatione lib.5. cap.2. p.397. κατὰ ἔργα, inquit, rectè vertitur, secundum meritum operum vel pro merito & dignitate operum. Quid enim est reddere, sicut opera merentur? Quare non

solum

solùm vetus interpres Ecclesiastici, sed etiam B. Hieronymus, qui trium linguarum peritissimus erat, Latinè reddere solet per vocem *meriti*, quod Hebræi vel Græci dicunt, juxta vel secundum opera, 1. Pet. 1. v. 17. *κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον*, judicantem juxta cujusque opus, verum juxta & propter opera differunt. Prior phrasis pertinet ad rationem signi, & ostendit Deum secundum testimonium operum, à posteriori sententiam laturum esse: posterior importat causam aliquam meritoriam. Hinc Spiritus sanctus non asserit, Deum unicuique *διὰ τὰ ἔργα* propter opera, sed *κατὰ τὰ ἔργα* juxta opera redditurum.

*Psal. 61. 62.*
*Matth. 17.*
*Rom. 2.*
*2. Cor. 5.*
*Apoc. 2. & 22.*

5. D. Petrus exertè scribit, nos non caducis rebus, velut argento & auro fuisse redemtos, sed pretioso sanguine agni immaculati & incontaminati Christi. Pontifex Romanus *ἀπιστος*, indulgentias lucrosas maximè urget & ursit. Hieronymus Osorius de religione lib. 3. p. 286. *Si aliquando* in tam multis seculis aliqua sacrorum nundinatio fuit, eam minimè S. Ecclesia comprobat, sed tanquam detestabilem pestem à Christianæ Reipub. finibus avertit.

Pag. 299. Illæ deinde (nundinationes) Si aliquando fuerunt, funditùs sublatæ sunt.

*Franciscus Guicciardinus* in Leone X. p. 489. Ut autem hęc in Germania denuò excitarentur, occasionem dederat Pontificatus autoritas, qua *Leo nimis licenter abutebatur*, qui in iis, quas Indulgentias vocat, quæ à Pontificibus in Sacerdotijs & aliis sacris rebus concedi solent, Laurentii Puccii Quatuor Sanctorum Cardinalis consilium secutus, nullo temporum & locorum habito delectu, per universum orbem amplissima privilegia, quibus non modo vivis delictorum veniam consequendi, sed & *defunctorum animas*, ejus ignis, in quo delicta expiari dicuntur, pœnis eximendi facultatem pollicebatur, promulgarat: quæ, quia pecuniæ tantum à mortalibus extorquendæ gratia concedi notum erat, & à quæstoribus huic negotio præfectis impudenter administrabantur, magnã plerisque in locis indignationem offensionemq; concitarunt, & præsertim in Germania, ut à multis ex ejus ministris hujusmodi mortuos pœnis liberandi facultas *parvo pretio vendi*, vel in cauponum tabernis aleæ subjici cernebantur. Quàm indignationem auxit, quod Pontifex, qui ob naturæ suæ facilitatem, multis in rebus, parva cum majestate Pontificio munere fungebatur, multarum Germaniæ partium, ex hujusmodi venia exactionum emolumentum Magdalenæ sorori suæ

dono dederat, quæ cum Aremboldum Episcopum ejus muneris, quod per summam avaritiam & extorsionem exercebat, dignum ministrum huic exactioni præfecisset, & per totam Germaniam eam pecuniam, quæ extorqueretur, non ad Pontificem, sacrumvé ærarium, unde fortasse, ut aliqua ejus pars in bonos usos converteretur, fieri potuisset, deferri, sed ad *mulieris cupiditatem explendam* destinatam esse, fama loqueretur, non modò eam exactionem & ministros ad eam delegatos, verum etiam ejus, qui tam inconsultè ea concedebat, nomen autoritatemque detestandam reddiderit, qua occasione ampla Lutherus hæc contemnere, & in his Pontificis autoritatem accusare: cumque in hac causa populorum auribus grata, magnus auditorum numerus accurreret, Pontificis autoritatem indies magis convellere cæpit.

Der Bapst ist kein Kauffmann / daß er mit jhm marcken laß. Pius II. Æneas Silvius dictus l.2 pag.64. quibus responsum est, Pium haudquaquam mercatorem esse, qui multa petat, ut vel pauca reportet.

M. Antonius de Dominis l.7.c.10.p.197. Lutherus primus reformator, inquit Bellarminus, fuit superbus, & ex superbia cæpit novam doctrinam docere. Etiam tempore Apostolorum quidam prædicabant Christum, ex æmulatione & invidia, quoniam prædicationem Paulus laudat, & approbat, dummodo Christus prædicetur. Est verò proprium divinæ providentiæ, ut ex malis initiis bonus finis colligatur. Injuria facta Monachis Augustinianis circa Indulgentiarum publicationem & pecuniæ per Indulgentias conquisitæ collectionem iram & zelum suscitavit in Luthero, ira deinde hæc, divina operante gratia, oculos ei paulatim ad grandia aperuit, & Reformationem operata est.

6. Potiorem esse autoritatem verbi divini, quàm Ecclesiæ, statuit D. Petrus. Verbum Dei est semen, ex quo nascitur Ecclesia.

Pontifex Romanus ἄπετρος contendit, Ecclesiam habere potiorem autoritatem verbo divino, imò verbum ἄγραφον pari pietatis affectu cum S. Scriptura recipiendum esse.

7. Si Ecclesia est domus spiritualis, erit invisibilis. Illud est: hoc ergò οἶκος πνευματικός.

Nulla domus spiritualis est visibilis.
Ecclesia Catholica est domus spiritualis,
Ergò Ecclesia Catholica non est visibilis.

8. Divo

8. Divo Petro λίθος ἀκρογωνιαῖος, lapis angularis est solus Christus, ex Esaia.

Pontifici Romano lapis angularis non est Christus. Ergò Pontifex non est Petrus, sed Petro dissimilis & contrarius.

Bellarminus in præfatione librorum de summo Pontifice p.191. aliter loquitur. Est igitur Petri sedes, lapis probatus, angularis, pretiosus, in fundamento fundatus, & id quidem *nobis*.

Fundamentum Ecclesiæ etiam fuit in V.T.

Sedes Petri non fuit in V.T.

Ergò sedes Petri non est fundamentum Ecclesiæ.

*Quandoquidem ô miseri, vobis oracula sordent,*
*Nec vestras terrent exempla tot edita mentes,*
*Iamq́; nihil multis profecimus hactenus annis,*
*Frustra moliti super ardua culta Sionis*
*Mansuram nobis per secula condere sedem:*
*Ecce ego præclaræ molis fundator & auctor,*
*Iam populis lapidem transmittam rite politum,*
*Insignem, solidum, stabilem, teretemq́;, nec ulla*
*Parte sui scabrum, sed ferro acieq́; probatum.*
*Hic operis columen, fundamentumq́; basisq́;*
*Reginæ, totum structuræ corpus, utramque*
*Maceriem amplexus, vinclis conjunget ahenis,*
*Quæ vis nulla noti, vis ævi nulla resolvet.*

9. D. Petrus vocavit totam Ecclesiam militantem non solos Episcopos, aut ministros Ecclesiæ, genus electum, regale sacerdotium, gentem sanctam, populum qui in lucrum accessit.

Pontifex Romanus ab his epithetis abstinet.

Quocirca jure ἀντίθεος vocari potest.

Alioqui nomina *Regis & Sacerdotis* metaphoricè sumuntur, non propriè, & de omnibus Judæis apud Mosen, & de omnibus Christianis apud S. Petrum & S. Johannem proferuntur. Deinde Moses dicit Exod.19. Vos eritis mihi regnum sacerdotale & gens sancta. Petrus, *vos estis* sacerdotium regale: & Johannes fecit nos regnum & sacerdotes, *Reges sumus*, quia in nobis regnamus: *S*acerdotes sumus: quia nosmet

ut

ut hostias spirituales Deo offerimus: non dicit, vos habetis inter vos sacerdotium regale, sed, vos estis sacerdotium regale & gens sancta: at populus gens sancta erat, quid ni etiam & populus sacerdotium regale metaphoricè sunt?

Denique Petrus dicit *vos estis*, non dicit, ego sum qui solus superior judex, qui eos in ordinem cogere possum, & si nolint, eos regnis & dominiis privare: attamen successores Petri (imò Gregorii VII.) hoc jus regum deponendorum sibi solis vendicant.

10. Successores Petri Romanis Imperatoribus in temporalibus fuerunt subjecti.

Pontifex Romanus Romanis Imperatoribus non est subjectus.

Ergò Pontifex Romanus non est successor Petri.

Subditi estote cuivis humanæ creaturæ propter Dominum sive regi tanquam præcellenti, sive præsidibus.

Bellarminus de anno Iubilæo p.275. Nihil aliud, ait, Petrum significare, nisi debere omnes homines suis legitimis superioribus subditos esse, eisque debitam obedientiam exhibere.

11. An Pontifices Romani verè credant descensum Christi ad inferos, adhuc sub judice lis est.

Tom. 1. Concil. Vatican. p.136. ex Cyrillo. Quemadmodum unigenitus cum iis, qui in corporibus suis adhuc degebant, versatus est in corpore: ita spiritibus, qui apud inferos tenebantur, animam mente & ratione præditam sibi conjunctam habentibus, concionatus est.

Durandus negavit descensum Christi ad inferos, referente Rutilio Benzonio de Iubilæo p.270.

Origenes contra Celsum l.2.p.87. Profectus ad inferos, cum animabus habuit colloquia, cum converteret etiam ex illis, quotquot essent dociles.

Iohannes Picus Mirandula quæst.1. Christum effectualiter tantum, non præsentialiter fuisse in inferno.

In actis Concilii Ephesini p.348. Cum qua anima & ipse quoque ad inferos descendit, iisque qui in carcere erant, spiritibus resurrectionem prædicavit, libertatemque & redemtionem impertivit.

D. Adam Tanner Theol. Scholast. part.4.p.630. Quamvis locus hic obscurus sit, ejusque adeò variæ sint apud D. Thomam quæstiones, communis tamen & verior interpretatio est, D. Petrum loqui de animabus

bus Patrum in limbo eorum, qui cum Noë arcam fabricaret, ejus prædicationi & comminationi de futuro diluvio credere noluerunt, donec pœnam diluvii reipsa experti, pœnitentia de peccatis præteritis habita, in eodem diluvio submersi perierunt. Quod exemplum D. Petrus afferre voluit ad spem fidelium eò magis roborandam, futurum ut omnes justi, quantumvis carne mortificati, aliquando per Christi gratiam, resurrectionis gaudium consequantur.

Cæterùm inobedientes & incredulos Christus prædicando non liberavit ex inferno. Tales autem illi fuerunt, de quibus Petrus locutus est. Ergò illos non liberavit ex inferno. Vocat enim eos ἀπειθήσαντας. Denique verbum Græcum κηρύσσειν, vel κηρύττειν non semper lætum nuncium significat, vel vocem Evangelicam, sed interdum etiam legalem, severam, & generaliter prædicare, Luc. 24 & prædicari κηρυχθῆναι in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

Act. 15. v. 21. Moses enim à temporibus antiquis habet in singulis civitatibus, qui cum prædicent, κηρύσσοντας αὐτὸν.

Rom. 3. v. 21. Qui prædicas, non furandum, furaris. ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν.

12. Omnis Idololatria D. Petro est illicita.

Hoc negat Gregorius de Valentia, de Idololatria l. 2. c. 7. p. 718. Neq; absurdè profectò putaveris B. Petrum insinuavisse cultum aliquem simulachrorum (nempe sacrarum imaginum) rectum esse, cum fideles nominatim ab *illicitis* Idolorum cultibus deterrere voluit. Quid enim attinebat ita determinatè cultus simulachrorũ illicitos notare, si omninò nullos simulachrorum cultus licitos esse censuisset?

13. Charitas operit multitudinem delictorum, 1. Petri 4 v. 5. Non propriorum in conspectu Dei coram tribunali supremi Judicis, sed proximi coram hominibus. Non ergò de Justificatione hic sermo est, sed potius charitatis natura describitur, ut sensus sit, sicut hi, qui odio adversus se invicem flagrant, ex occasione rixarum quisque alterius peccata in publicum proferre gaudet: ita ii, qui sese diligunt, pallio charitatis nævos tegunt, ne tum confusione & damno proximi propalentur.

14. D. Petrus divinum honorem à Cornelio oblatum aversatus est, Act. 10.

Papa Romanus hac in re non æmulatus est B. Petrum.

Quocirca.

1516. Nam in ceremoniis Romanæ Ecclesiæ Venetiis excusis p.120.hoc acroama legitur: Pontifex Romanus nemini omninò mortalium reverentiam facit, assurgendo manifestè, aut caput inclinando aut detegendo. Et hoc non ex officio, sed ex laudabili humanitate.

Cerem.l.1.c.4.p.56. Cæsar tenet stapham, quoad Pontifex equum ascenderit, & deinceps accepto freno per aliquot passus, ducit equum Pontificis.

Claudius Espencæus Theologus Gallus Catholicus tract.2.p.72.b. Verùm ingenuos homines, nec quosvis, sed & Principes atque adeò Monarchas ad oscula non pedum sed calceorum non admittunt, sed invitant, ne dicam *quodammodo compellunt*, ut ne hac adoratione, vel videntibus audientibusque referant, vel imitandos sibi proponant magnos illos Reges & Satrapas Persarum, aut profanos priscæ Romæ sacerdotes & Cæsares eosque pessimos, sed apostolicam potius sequantur mansuetudinem, qua princeps Apostolorum Petrus Cornelium, primitias gentium, procidentem ad pedes & adorantem erexit, dicens, surge & ego ipse homo sum.

15. Denique Papa Romanus à Missa D. Petri longissimè recessit.

Quæ & qualis autem fuerit Missa Petri docet non tantum Gregorius I. & Platina, sed & Martyrologium seu *Viola* sanctorum. Cathedra S. Petri Apostoli ab Ecclesia festivè recolitur, quia tunc B. Petrus Apostolus apud Antiochiam in cathedrali honore sublimatus fuisse perhibetur, ubi primam Missam publicè celebravit, *dicendo solummodo* Pater noster.

C.11.

Gregorius M. Tom.4.epist.64.p.276. Orationem Dominicam idcirco mox post precem dicimus, quia mos Apostolorum fuit ut ad ipsam solummodò orationem, oblationis hostiam consecrarent.

*Platina* in Sixto I. nuda primò hæc erant, & omnia simpliciter tractabantur.

*Gabriel Bareleta* ordinis Dominicani Monachus serm.50.p.110.b. Petrus suam primam Missam celebravit Antiochiæ, & huic Missæ Christi adjunxit Orationem Dominicam, id est Pater noster cum forma consecrationis.

Friderich von Lautzieron/deß Kaysers Sigismundi Rath/in seiner Chronick/

Chronick/zu Augspurg getruckt 1476. schreibt also: Petrus der H. Zwölffbott/besaß den Priesterlichen Stuhl in Osten-Landen/das ist zu Jerusalem/und darinnen 4. Jahr/und sprach da sein erste Meß/zu deß Zeiten war die Meß nur das Pater noster und die fünff Wort/ zu dem H. Sacrament gehörend.

Hinc D. Luther concludit tom. 1. Jenensi pag. 330. Je näher nun unser Meß der ersten Meß Christi sind/je besser sie ohne Zweiffel sind/ und je weiter darvon/ je fährlicher.

# PAPA ROMANUS
## Grammaticus.

Gregorius M. Tom. 1. præfat. in Job. c. 5. p. 8.

*Indignum vehementer existimo, ut verba cœlestis oraculi restringam sub regulis Donati.*

JUlius Capitulinus de Imperatore Pertinace refert, eum ante culmen Imperii fuisse Grammaticum, artesque liberales in ludo professum fuisse. Magna verò laus est sapienti viro digna. Aristoteles enim de Repub. l. 10. inquit: rectè dictum fuit non prius hominum generi malorum modum finemque statutum iri, neque felicitatem publicè aut privàtim eis affore, quàm cum aut Philosophi regnarent, aut qui reges nunc numerantur, & Dynastæ, philosophiæ studia plenè & ingenuè celebrarent, atque in horum cœtibus excoluerint, inque uno consenserint, facultas civilis & philosophia. P. 213.

Cicero de divinatione l. 1. p. 370. Nec quisquam Rex Persarum potest esse, qui non ante Magorum disciplinam scientiamque perceperit.

Quid enim est Plato, quid Moses Atticè loquens, teste Clemente Alexandrino Strom. l. 1. p. 251. ὥσπερ ὁ στρατηγὸς ἐστὶ τῶ στρατοπέδω, ὅτω λόγος μετὰ παιδείας ἡγεμὼν ἐστὶ τῶ βίου: Quemadmodum Imperator sui est servator exercitus: ita etiam Eloquentia, quæ sapientiæ conjuncta sit, humanæ est vitæ gubernatrix.

Aristoteles ipse, teste Æliano l. 3. p. 70. Iuvenem Alexandrum philosophiæ præceptis imbuit. Et Lysias Pythagoræ discipulus, Epaminondam instituit. Si quis igitur nihil rerum agere philosophos dicit, in- Rhet. l. 2. c. 23.

 conside-

consideratè facit & stultè. Nam ego ipsorum otium & sollicitudinis studium lubentissimo animo amplecterer. Et Thebis referente Aristotele simul ac præsides Philosophi electi sunt, etiam felix fuit civitas, εὐδαιμόνησεν ἡ πόλις: Inter artes autem liberales, Grammatica primum obtinet locum, quæ fundamentum jacit artium & scientiarum.

Videamus ergò an Papa Romanus, & qualis sit Grammaticus? Audite & judicate.

Quanquam autem Papa Romanus judicium sibi sumit & potestatem se habere jactat de omnibus rebus judicandi, quæ in cœlo terraque fiunt (Bonifacius enim VIII. olim dixerat: ego sum Papa & Cæsar, potestatem habeo in cœlo & in terra) atque ita verba Donati Oraculis Romanorum non subesse sentit: tamen uti apud Lacedæmonios plus valebant Leges quàm Reges: ita etiam Papa novam Grammaticam, Latinæ linguæ contrariam cudere non potest: siquidem verba τῇ θέσει valent, non τῇ φύσει.

*David Kimchi*: Qui studet legis divinæ scientiam comparare, neque discit fundamentum Grammaticæ, eamque non intelligit, similis est aratori, qui agit boves & in manu ejus nulla est virga aut stimulus aculeatus.

Distribuemus Papæ Grammaticam in Mosen, in Prophetas & in Psalmos.

Papa in Mose Grammaticam graviter violat.

Geneseωs enim tertio v. 15. ita citat Mosen: inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius, *ipsa* conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus.

Pronomen Hebraicum masculinum הוא *Hu*, fœmininum autem היא *Hi* per Hirik. Atqui hic ponitur הוא. Ergò ad masculinum זרע semen est referendum, & non ad fœmininum אשה *ischa* mulier.

2. In masculino legunt omnes Veteres Interpretes.

Nam Onkelos, Paraphrastes Chaldæus itidem habet הוא ipse, in masculino.

3. Eodem modo Ionathan & Hierosolymitanum Targum habent masculinum בביא & בנהא.

4. Et cæteri omnes Commentatores Hebræi Rabbi Salomo, Rabbi Abenezra, R. Kimchi, R. Bachai Ramban, &c.

5. Sic

5. Sic quoque Græci Interpretes habent αὐτὸς ipſe,licet nomen generis neutri σπέρμα præceſſerit.

6. Sequitur in Hebræo verbum maſculini generis יְשׁוּפְךָ Jeſchufecha, ipſe conteret te: verba autem maſculina cum nominibus maſculinis conſtrui, in trivijs notum eſt: alias in fœminino dicendum fuiſſet תְּשׁוּפְךָ theſchufecha.

7. Ac ne ulla remula ſuperſit impudentiæ, præter hæc omnia ſequitur affixum maſculini generis in voce תשופנו theſchufenno, conteres eum, cum aliàs in fœminino dicendum fuiſſet תשופנה theſchufenna conteres eam, ut Hebrææ linguæ periti norunt.

Hoc argumentum ipſis inferorum portis invictum ſtat & inconcuſſum.

Philo inter Scriptores Eccleſiaſticos ab Hieronymo relatus, hac de re ita diſſerit l.2. Allegoriarum, τόδε αὐτός σου τηρήσει τὴν κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν· τῇ μὲν φωνῇ βαρβαρισμός ἐστι, τῷ δὲ σημαινομένῳ κατόρθωμα· τί γάρ; ὀφείλεται περὶ τῆς γυναικὸς, ἡ δὲ γυνὴ αὐτὸς οὐκ ἔστιν, ἀλλ' αὐτή. τί οὖν λεκτέον; ἀπὸ τοῦ περὶ τῆς γυναικὸς λόγου μετελήλυθεν ἐπὶ τὸ σπέρμα καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῆς. Quod autem dicitur, ipſe ſervabit caput tuum, & tu ſervabis calcaneum ejus, in verbis barbariſmum habet, in ſenſu benedictum eſt. Quomodo? Reliquum reddendum eſt de muliere, mulier autem ipſe non eſt, ſed ipſa. Quid igitur dicendum? à ſermone de muliere tranſitionem fecit ad ſemen ejus & principium.

*Iohannes Driedo* lib.3.cap.4 pag.127. Codices qui ſecundum veritatem Hebræam dicuntur correcti, habent in neutro genere ipſum, ſcilicet mulieris ſemen, utpote Chriſtus, conteret caput tuum.

*Auguſtinus Steuchus* p.98. *ipſum* conteret tibi caput.

Non refertur itaque ad mulierem, ſed ad ejus ſemen, qua interpretatione plerique decepti malam expoſitionem invexerunt in hunc locum. Et quoniā ſunt, qui, quod hic dicitur, accommodent ad Jeſum Chriſtum, qui ex ſemine Evæ natus ſit, contriveritque caput ſerpentis, vides quàm juventur hi, qui Hebraica, ut ſe habent, legantur.

Hieronymus lib.1. Epiſt.27.p.173. Vav quippe ſermo Hebraicus, ut te docente, didici, non Mariam matrem Domini, hoc eſt αὐτὴν, ſed ipſum, id eſt. αὐτὸν ſignificat.

*Ipſe* legit Petrus Chryſologus ſerm.174.p.272.

*Theophylus Antiochenus* lib.2.p.99. apud Juſtin. Martyrem, αὐτός σου τηρήσει τὴν κεφαλὴν: ipſe conteret tibi caput.

*Iſidorus Peluſiota* l.1. epiſt. 426. Illud Mulieris ſemen, quod Deus inimicum & infeſtum ſerpenti eſſe jubet, Dominus noſter Jeſus eſt. Nam ipſe mulieris ſemen, ſolus ex ea ortus eſt: ſic nempe ut nec viri ſemen interceſſerit, nec caſtitati quidquam deceſſerit.

*Leo* 1. ſerm.2. in Nativ. p.29. b. denunciant ſerpenti futurum ſemen mulieris quod noxij capitis elationem in ſua virtute conteret, Chriſtum ſcilicet in carne venturum Deum hominemque ſignans.

*Adamus Sasbout* in Homilijs p. 239. ex Ordine Minorum: quos (LXX. Interpretes) cum libenter imitetur Hieronymus, puto & ipſum ad eundem modũ reddidiſſe Hu הוא Hebraicum, licet reclament codices, qui hodie in manibus ſunt, qui conſtanter in fœminino legunt *ipſa* conteret caput tuum, ſed depravatos eſſe, facilè colligere eſt ex quęſtionibus Hebraicis, quas in Geneſin edidit. Cum præpoſuiſſet ibi Hieronymus editionem Septuaginta, ipſe ſervabit caput tuum, melius inquit, in Hebræo habetur, ipſe conteret caput tuum:

Idem *Sasbout* p.72. Ipſum (pertinet enim juxta Hebraicam veritatem ad ſemen) conteret caput tuum.

Pag.161. Ipſe conteret caput tuum, hoc ſemen eſt Emanuel, qui hic de virgine naſciturus promittitur. Hu legunt Biblia Hiſpanica Complutenſia Franciſci Ximenij Cardinalis publicata vivo Luthero, Biblia Regia Philippi II. Regis Hiſpaniæ juſſu edita Antverpiæ.

Item Græca, Veneta, Aldina, Gallica Græca Roberti Stephani.

*Ipſe* legit Carafa Cardinalis, Correctar Bibliorum Græcorum, Romæ impreſſorum.

*Ipſum* legit Iſidorus Clarius, Epiſcopus Italus, in Biblijs Venetijs 1577. excuſis hisce verbis: ipſum ſemen mulieris, Chriſtus Dominus, contrivit caput ſerpentis, hoc eſt Regnum peccati: ipſe verò ſerpens non caput, ſed calcaneum contriturus in Chriſto humanitatem deſævijt.

*Bibliotheca Patrum* Tom.10. *Arnoldus Abbas* bonæ vallis, de dicto Chriſti, Mulier ecce filius tuus p.794. Nimirum in tabernaculo illo duo videns altaria, aliud in pectore Mariæ, aliud in corpore Chriſti: Chriſtus carnem, Maria immolabat animam. Optabat quidem ipſa ad ſangvinem animæ & carnis ſuæ addere ſangvinem, & elevatis in cruce manibus celebrare cum filio ſacrificium veſpertinum, & cum Domino Jeſu (corporali morte) redemtionis noſtræ conſummare myſterium. Sed *hoc ſolius*

*ſum-*

*mi sacerdotis Privilegium erat*, ut de sangvine munus intra sancta inferret: nec poterat ei concors hæc esse cum aliquo dignitas, & in reportatione hominis, nulli angelo, homini cum eo fuit, aut esse potuit communis autoritas.

Ambrosius de Instit. Virginis cap. 7. p. 164. Christi passio *Adjutore* non eguit.

Bernhardus Tom. 1. p. 171. serm. 3. de 5. processionis diebus. Ea nimirum hostia, *sicut sola prodesse potuit, sic sola sufficit* : nec Christum decuit simul & Petrum, aut Jacobum & Johannem pro salute omnium *pati*.

Bonus Grammaticus genus suo verbo generico relinquit. Papa (in vulgata versione) genus suo verbo generico non relinquit. Ex Hu enim facit Hi.

Ergo Papa (in Vulgata versione) non est bonus Grammaticus.

Æneas Silvius (epist. 130. p. 228.) in disputatione cum Hussitis Thaboritis, urgentibus verba imperativi modi, *Edite, bibite, hoc facite &c.* respondet: fateor, inquit, sic locutos, ut dicis, Evangelistas, neque verbis Pauli quidquam demo. Non tamen idcirco esse præceptum intelligo, sub specie panis & vini communicari plebes. Nam verba, quæ retulisti, non omnibus fidelibus, sed Apostolis solùm dicta fuerunt. Et: non mandat illic Paulus, sed Domini mandatum refert, & rem gestam, & quomodo sacramentum instituerit Dominus, exponit. Cumque nullus Evangelistarum verba illa: Hoc facite in meam commemorationem, post communionem calicis ponat, notandum est, quomodo Paulus loquatur.

Omnia mandata apud Grammaticos bonos habent verba imperandi.

Sed apud Papam verba imperandi non habent mandatum, ex Silvio.

Ergò Papa non est bonus Grammaticus.

## De Missa.

UT Papa probet, Missam tanquam ἀκρίτολιν, adducit locum Deut. 16. v. 10. Et celebrabis diem festum hebdomadacium Domino Deo tuo.

En habes, Lutherane, Missę vocabulum, clamat Papicola.

Sed videamus, quàm verè, quàm sincerè. Quàm verum enim est, quod Durandus scribit l. 4. rational. Missam celebratam fuisse Hebraicè

cè plusquam centum annis à tempore Apostolorum usque ad tempora Adriani Imperatoris, quo tempore Græcè celebrari cæperit; tam verum quoque est, Missam esse Hebræam hanc dictionem, quæ dicto Deuteronomij loco habetur. Licet enim similitudo quædam inter utramq; sit voculam, si sonum respicias. Illa tamen non sufficit, si desit rei similitudo & ratio originis, alias quidvis ex quovis fingere liceret. Similitudo rei nulla est. Nam Missa Mosaica quid aliud, quam oblatio facta à singulis è populo Judaico, dũ quilibet in festo Pentecostes pro sua abundantia primitias seu panes de novis fructibus Deo obtulit. Illa ergo oblatio nõ fuit sacrificium, quale Missam suam Romani statuunt. Missa enim Pontificia sacrificium fingitur, in quo offerri dicunt corpus Christi, pro peccatis vivorum & mortuorum, pro pœnis in purgatorio luendis, solo sacrificulo communicante de pane benedicto, dum reliquus interim populus otiosè adstat, & drama illud Missaticum spectat.

מסרה

Deinde Missa Mosaica non à solis sacerdotibus oblata, sed à singulis è populo: at Missaticum Papistarum sacrificium à nullo unquam laico offerri potest, sed à solis sacrificulis.

Nulla ergo prorsus inter Mosaicam & Papistarum Missam convenientia. Rectius facerent Romani, si à Chaldaica nominis hujus significatione Missam suam derivarent. מסרה sufficientia enim Papistarum est ex Missa, quæ una & potissima quæstura regni Pontificij est cauponatio & nundinatio privatarum Missarum.

## De voto perpetuo Virginitatis.

JEphthæ filiam fuisse Monacham factam Papa evincere conatur ex c. 11. Judicum, apud Claudium Espencæum de Continentia p. 417. 418. LXX. θρηνεῖν τὴν θυγατέρα, לתנות.

Verùm Clarissimus Mayerus part. 1. p. 312 314. asserit nunquam probari posse, neque ex scripturis neque ex idoneis scriptoribus alijs, votum perpetuæ virginitatis in populo Dei usu receptum fuisse.

Hieronymus Tom. 2. p. 37. à plerisque Hebræorum reprehenditur pater voti temerarij.

Prosper Aquitanicus cap. 20. pag. 34. Quæritur fortasse, cur non ei præceperit DEUS, parcere debere unicæ Filiæ sicut Abrahæ unico jussit ut parceret Filio, nasciturque illa famosa & ad solvendum difficilis quæstio, quam revelante Domino, hoc modo persolvam, primò quod dominus non poposcerat à Jephte, tentando eum, sicut ab Abra-

Abraham, ſed hic ſponte vovit, non, ut dixi, tentatus à Deo, ſed ipſe quodammodo tentans Deum. Secundo dignum fuit, ut non taxata victima canem vel ſubjugale, aut quod libet aliud dignum pecus ſibi primitùs occurrens, ut promiſerat immolare. Quia ergo non tentatus tentare voluit Deus, hoc ei occurrit, quod probaret virtutem, votum & animum promittentis. Sed hunc Jephte Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos c.11. inter cæteros fide plenos ex hoc ipſo operatum dicit fuiſſe juſtitiam &c.

Auguſtinus Quæſt. ex. V. T. quæſt 43. p. 515. Homo facinoroſus & improvidus, Jephte, ſtulta devotione munus Deo promiſit, dicens, quicquid mihi redeunti à cæde occurit ante oſtia domus meæ hoc offerā Deo. Numquid coactus devovit, aut nūquid intellexit, quomodo deberet juſtū facere. Quid enim ſi canis illi aut aſinus illi occuriſſet, quod Domin' offerri prohibuit, aut ſi filius alienus, aut ſi uxor in dolore alieno exultans redderet votum? Idcircò improvidæ menti, quod in alienam perniciem devoverat, in illum ipſum judicio divino retortum eſt, & uſque adeò inſenſatus fuit Jephte, ut nec poſtea ſtultè ſe devoviſſe cognoſceret, ut errore ejus, qui ab ipſo cæperat, per ipſum emendaretur, intelligere enim debuit, Deum non tali ſacrificio delectari, & rogare pro ſtultitia ſua, & aliud offerre, quod contra legem non eſſet, ſed fidelem ſe præſtitit, factus parricida, cum conſtet, fidem ſtultam non ſolùm minimò prodeſſe, ſed obeſſe.

Tom. 4.

*Juſtinus Martyr* Queſt. 99. p. 454. & 455. Permiſit Deus illam in ſacrificio victimam offerri, non quod humano delectaretur ſangvine, verū ut homines poſteri documentum haberent, ne unquam vota ſua Deo *dispicas* infinitè nuncuparent.

## De Invocatione Sanctorum

PRiori libro Paralipomenon c. 21. v. 12. allatæ ſunt ei (Joramo) literæ ab Elia Propheta.

Papa ita concludit per Jeremiam Drexelium in Triſmegiſto lib 2. c.1. §. 2. p. 155. Cur ergo cœlites, qui omnigena felicitate circūferunt, ea neſciant, quæ ad ipſos ſpectant, quæque ab ipſis ſciri cupiunt, qui opera illorum implorant? Elias Clariſſimus Hebræor ū vates, jam in ſublimem curru igneo fuerat evectus, & tamen quid Joramo, regi eventurum eſſet,

regi eventurum esset, cognovit, & ad eum super futuro statu literas scripsit.

D. Georg Wittweiler in Oeconomico Catholico ingenuè fatetur, sanctos in cœlis *etiam nostras in cœlis cogitationes* nosse pag. 281. & 759.

Idem pag. 701. asserit, Sanctos agnoscere preces nostras, confessionem nostram & invocationem.

Cæterum ad literas Eliæ respondit P. Cosmas Salhauser Soc. Jes. Disputant autores, quales hæ literæ? Inprimis constat ex Chronologia, minimum 7. aut 9. annos post raptum Eliam datas. Ergò putant aliqui, illas scriptas, non ab Elia rapto, sed alio quodam ignoto propheta, ejusdem tamen nominis, & adhuc vivo. Sed improbabilis hæc opinio, & hoc sensu argumentum Drexelii nihil concluderet: Hebræorum antiquissima traditio est, has literas ab Elia jam rapto per angelum aut alium prophetam missas. Sunt alii qui putant eas scriptas ab Elia ante raptum, sed postea primum Joramo traditas post 7. aut 9. annos rapti Eliæ. Hanc sententiam simul cum Hebræa traditione sequitur Drexelius & inde Theologicè insinuat invocationem Sanctorum. Argumenti vis hæc est: si Elias (sive ante sive post raptum) in lumine prophetico potuit cognoscere statum Jorami longè post futuram, ut ex literis illius patet, multo magis possunt Sancti in lumine gloriæ statum vitæ nostræ cognoscere, ideoque sunt invocandi contra hæreticos, qui dicunt, ideò non invocandos, quia nihil de rebus nostris cognoscunt. (Allatæ fuerunt Joramo, sed non scriptæ post translationem Eliæ) invertimus argumentum hoc pacto: quanquam Propheta Elias fuerit in cœlum translatus, & curam egerit Ecclesiæ militantis; tamen ab Ecclesia militante invocatus non fuit.

## De merito bonorum Operum.

UT Papa meritum bonorum Operum probet, adducit locum ex Daniele, & quidem cap. 4. v. 24. peccata tua eleemosynis redime. Ex quo Bellarminus de pœnitentia lib. 4. cap. 8. ait, Opera hominis nondum justificati, ex congruo redimere culpam, & opera hominis justi ex condigno redimere pœnam: & paulò post plenus commentarius erat, si verba Danielis intelligamus de perfecta remissione peccati, quo ad culpam & pœnam.

Idem Bellarminus de purgatorio lib.1. cap.14. Homo sui ipsius Redemptor & Salvator appellatur.

Si eleemosynæ hominis infidelis avertere poterant urgente Bellarmino de libero arbitrio lib.5. cap.9. pœnam temporalem, certè bona opera erant, non peccata: non enim peccata iram Dei mitigant. Verum mens Prophetæ est, quòd sicuti Rex ante hac tyrannide & oppressione miserorum pœnam istam fatalem sibi acceleravit: sic pœnam istam non aliter averti posse, quàm si acta pœnitentia posthac in miseros & egenos & pauperes sit beneficus & misericors.

A1. *Ambrosius Spiera* Ord. Carmelit. serm.36. p.256. b. ex Chrysostomo; quicquid gesseris, parum est, quicquid feceris, minus est. Omne enim meritum est breve, comparatione donorum. Numera beneficia, si potes, & tunc considera, quid mereris? Si totum tempus hujus vitæ occupent obsequia, laudes teneant, gratiarum actiones insistant, non poteris pensare, quod debes.

Ad hæc *redemtio* fit vel coram Deo, vel coram hominibus. Coram Deo redemtio nulla peccatorum valet, nisi solo merito Christi. Coram hominibus redimuntur operibus externis, compensando scilicet injurias & offensas, qua compensatione ostenditur pœnitentiam esse seriam. Deinde redemtio est vel pœnæ temporalis, vel pœnæ æternæ, peccatis debitæ. Hæc non potest ullis operibus redimi, quia solus Christus liberat nos ab inferno Hose.13. neque de hac loquitur Daniel, sed de pœna temporali, ejectione scilicet è regno, & de septenni metamorphosi, atque illam poterat rex avertere seriæ pœnitentiæ fructibus, utpote Eleemosyna.

S. *Eligius* Noviomensis Episcopus de filio prodigo homil. 8. Bibliothecæ S. Patrum Tom.11. p.155. Quamvis largas eleemosynas aliquis tribuat, si capitalia crimina non declinat, timeo ne falsa temeritate deceptus, & pecuniam perdat, & peccatum non redimat.

Aliud est enim mutare vitam, aliud tolerare vitam. Mutare vitam est à capitalibus omnibus abstinere: tolerare est minuta peccata, sine, quibus esse non possumus, eleemosyna quotidiana redimere.

*Salvianus* l.1. p.41. contra avaritiam. Cum offert Deo quispiam facultates suas, non offert quasi præsumtione donantis, sed quasi humilitate solventis, nec absolvere se peccata sua credat, sed ad levare, nec offerat cum redemtionis fiducia, sed cum supplicationis officio, vel quasi to-

tum debitum reddens, sed quasi ad parvum de magno reddere cupiens.

In *Etymologia Papa* est ridiculus.

Diabolus enim dicitur à duobus bolis, si credimus Bernhardo tom. 1. de bonis deserendis p. 1702.

*Alleluja* quid significet, Ambrosius Spiera p. 66.

Augustinus sic exponit. *AL*, id est, salvum, *LE*, id est, *Me*, *LV*, id est fac, *IA*, id est, ad Dominum. Gregorius sic. *ALLE*, id est pater, *LV*, id est, Filius, *IA* id est Spiritus sanctus. Vel *AL*, lux, *LV*, id est vita, *IA*, id est, salus.

*M.* Petrus Altisiodorensis sic exponit.

*AL*, id est, altissimus.

*LE*, id est, levatus in cruce.

*LV*, id est, lugebant Apostoli.

*IA*, id est, jam resurrexit.

## In Psalmis.

PLurima indigent lima & correctione, de quibus Theologi Germani, Angli, Galli, Itali, imò etiam Hispani, inter quos est Alphonsus Tostatus de sancta Trinit. in indice, num. 77.

Autoritas Psalmi 32. Verbo Domini cœli firmati, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum, non probat inquit Tostatus Trinitatem, quia verbum & spiritus oris ibi capitur pro sermone, non pro filio & Spiritu S.

Si D. Lutherus talem interpretationem emisisset judicio Ecclesiæ Romanæ fuisset Arianus: sed quia Hispanus eam emittit, bonus est Catholicus.

## Omnem itaque Grammaticum per Litaniam Grammaticalem sollicitemus.

Pœnitemini, miserere nobis, Marc. 1. v. 15. act. 3. v. 19.
Quare non potuimus ejicere illum dæmonium, Matth. 17. v. 19.
Nonne vos magis plures estis, Matth. 7. v. 26.
Lamentavimus, Luc. 7. v. 37.
Evertit domum, Luc 15. v. 8.
Omnis populus manicabat, Luc. 21. v. ult.
Ut fructum plus afferat, Johann. 15. v. 2.
Sic eum volo manere, Johann. 21. v. 22.
Viri timorati, act. 8. v. 2.

Mise-

## Miſerere nobis.

ROmana hæc Latinatas ἐκ τῶν Κρόνε πυγῶν, ex caligis Saturni auß deß Saturni Ploder-Hoſen deſumpta eſt.

Danda quidem eſt antiquitatis admirationi venia, ſed τὸ βαρβαρομιξόπηλον, eruditam Grammaticam corrumpere non debet.

Nam teſte Cicerone de Claris Oratoribus, nimia vetuſtas non habet eam, quam quærimus ſuavitatem, nec eſt jam ſanè tolerabilis.

De veteribus Grammaticis olim Auſonius in hæc verba ſcripſit.

*Felix Grammaticus non eſt, ac non fuit unquam,*
*Nec quicquam eſt felix, nomine Grammaticus.*
*At ſi quis felix præter fatum extitit unquam,*
*Is demum exceſſit Grammaticos canones.*

Papa autem noſtri ſeculi eſt Grammaticus feliciſſimus. Nam à tempore Petri uſque ad ſanctum Silveſtrum fuere XXXII. Papæ, qui per martyrium ferè omnes tranſierunt. Undè poſt Sixtum diu vacavit Papatus & nullus ipſum volebat duplici ratione, primò ratione mortis, quia erant primi. Secundò ratione paupertatis: ſed poſtquam Eccleſia eſt dives facta per Conſtantinum, nullus reperitur qui eum renuat: imò per mille vias quæritur: Gabriel Bareleta Ordinis S. Dominici ſerm. 32. pag. 52. ex Vincentio l. 3. Speculi Moralis.

Idem Bareleta p. 194. b. ſed hodie per munera, per Simonias ingrediuntur ad eum.

*Platina* ex editione Veneta 1511. Paulus II. humanitatis ſtudia ita oderat & contemnebat, ut ejus ſtudioſos uno nomine Hæreticos appellaret. Hanc ob rem Romanos adhortabatur, ne filios diutius in ſtudiis literarum verſare paterentur: ſatis eſſe, ſi legere & ſcribere didiciſſent.

In Bibliotheca SS. Patrum Tom. IV. p. 1028. *Ruſticus* Eccleſiæ Romanę Cardinalis in diſputatione contra acephalos, hæc ἀκρίβεια ſermonum apud divinas ſcripturas minimè obſervatur, neque à ſanctis Patribus, eò quod nec digna ſit, quia hominum ſunt adinventiones.

Romano-Catholici Grammaticam vel imitatione B. Marię diſcant, de qua Mariale Bernhardini de Buſto part. 4. ſer. 9. de gratijs Mariæ p. 35. editionis Brixienſis. Quod autem Grammaticam ſciverit, inquit Mariale, probat Albertus. Nam ſuper illud Luc. 2. Maria conſervabat omnia verba hæc, inquit Gloſſa, quod legerat de diverſis ſcripturis & conferebat lecta cum his, quæ in facto implebantur de filio.

 Ergo

Ergò ſcivit legem & intelligebat, quod legebat, quia legere & non intelligere, negligere eſt, ut ait Cato. Ergo ſcivit Gramaticam. Dicit quoq; Damaſcen. quòd B. Virgo fuit enutrita in templo, ubi virgines inſtruebâtur. Item cum Gramatica ſit ſcientia rectè loquendi & rectè ſcribendi, & ipſa in loquendo vel ſcribendo nunquam peccaverit : Ergò Grammaticam ſcivit in ſummo. Hoc etiam patet per literam reſponſalem ab ipſo beato Ignatio. Si enim Suſannam erudierunt parentes ejus ſecundum legem Moſis Dan.13. Principium autem eruditionis eſt à Grammatica, ut colligi poteſt in l.1. de profeſſoribus liberalium artium l.10. procul dubio credendum eſt, B. Virginem in Grammatica fuiſſe eruditiſſimam. Nam Grammatica in bono uſu aſſumta eſt utilis animæ C. ſi quis, 32. diſt. Et ſimiliter ſcivit Rhetoricam.

Ad hæc *Mariale* part.3. ſerm.3. de nominatione Mariæ, p.222. Ideò illud, quòd vanæ mulieres dixerunt de Luna, nos exponere poſſumus de iſta *Regina*, quod habetur Jerem.44. ſacrificemus *Reginæ*, & libemus ei libamina, ſicut fecimus nos & patres noſtri, & faciamus ei placentas ad colendam eam. Nam ex eo tempore quo ceſſavimus ſacrificare Reginæ cœli, indiguimus omnibus, & gladio & fame conſumti ſumus. Quando autem ſacrificavimus & ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus.

Jerem.44. v.17. Reginæ cœli.

LXX τῇ βασιλίσσῃ τοῦ οὐρανοῦ.

Papa ergò Romanus factus eſt dives Grammaticus, non ſcientia, ſed ignorantia, non viribus, ſed fraudibus, non arte, ſed Marte, ſub quo Grammatico teſtimonio Sigiſmundi Malateſtæ, Lutherani nunquam pacem habebunt.

## ORATIO
## De Papa Dialectico.

### D. Luther Haußpoſtill in der 3. Predigt vom Leiden Chriſti p.130.b.

Diſputirn können und wöllen ſie nicht/man laß dann jhre Doctores, und deß Bapſts Decret ſo viel gelten / als das Wort Gottes. Weil wir aber ſolches wegern/kommen ſie/wie die Juden wider Chriſtum/mit Schwerdtern und Stangen wider uns.

Quan-

QUanquam omnes hæretici, ratione humana abutentes, verbum *Apocal. 9. v. 11.* Dei adulterant & corrumpunt: tamen vel maximè Papa Romanus id efficit: inde jure ἀπολλύων devastator dicitur. Devastat enim non solùm ordinem Ecclesiasticum, sibi tribuendo, quod est Cæsaris (Ego enim sum Papa & Cæsar, inquit Bonifacius VIII. Mundi Dominus, Papirio Massono part. 2. p. 262.)

Gratianus Dist. 96. c. 10. Papam confert auro, Imperatorem verò plumbo. Itaq; Papa est aureus, Imperator plumbeus: sed & ordinem politicum & œconomicum, excommunicando, & diris devovendo.

Inprimis autem est ἀπολλύων, devastator artium liberalium & Grammaticæ, quam putat subesse debere Decretis & Decretalibus Pontificum Romanorum.

Mariale Bernhardini de Busti p. 20. Sacra Scriptura regulis Logicalibus & Grammaticalibus non est subjecta. C. indignum. 38. Dist.

Augustanus contra Felicianum c. 8. Naturæ autor, creaturarum legibus non est æstimandus.

Jam cum Christo bono ostendam, Papam esse malum Dialecticum, eumque in materia & forma disputandi non leviter peccare. Vos, *Tom 6. p. 559.* auditores, majorem in modum obtestor, verum judicium adhibeatis, perversum Papæ prohibeatis.

## I. De Materia disputandi.

Vera disputandi ratio consistit partim in materia, partim in forma. In materia disputandi illud Aristotelis observandum, quod Topic. l. 1. c. 11. reliquit: neque verò, inquit, omne propositum aut omnem quæstionem proponere debemus, sed ne dubitet aliquis eorum, qui rationem desiderent, non pœnam mereantur, aut sensu careant.

Observate mihi quæso diligenter hanc sententiam, est enim maximum in ea momentum ad id probandum, quod instituo. Cum dixisset Aristoteles, non omnem quæstionem esse nobis proponendam, adjungit exempli gratia: nam & qui quærunt, sint ne Dii colendi, & parentes amandi? merentur pœnam, & qui vocant in controversiam, an nix sit alba? destituuntur sensu.

Præterea principia sunt ἀναπόδεικτα, indemonstrabilia, priora, notiora, causa carentia.

Ad materiam sacram, referenda illa disputatio, quam in Pii II. Ponti-

Pontificis Maximi commentariis à R. Dn. Johanne Gobellino Romæ editis 1584. lib. XI. p. 511. Apud Brixiam civitatem Jacobus Marchianus Ordinis Minorum Professor, Divi Bernhardini Senensis quondam socius, verbi Dei prædicator, in populis acceptus, ætate jam decrepita, in die S. Paschæ cum sermonem pro sua consuetudine haberet ad plebem, ut est communis error eorum, qui declamatoriè in Ecclesiis verba faciunt, ad ostentationem doctrinæ pleraque dixit, quæ fuerant utilius intacta demisisse. Inter cætera pretiosum Christi sanguinem in triduo passionis, dum jacuit in terra sparsus, indignum fuisse Latriæ cultu, asseveravit, quoniam fusus, & à corpore Dominico separatus, hypostaticam verbi unionem protinus amisisset. Publicatus sermo ad aures Inquisitionis hæreticæ pravitatis Ordinis Prædicatorum pervenit, qui zelo fidei tactus, illicò damnavit hæresin prædicatam, mandavitque Jacobo, ut revocaret errorem, nisi quamprimum pareret, responsuro de fide diem dixit, & nihilominus unum ex confratribus in sermone, qui post meridiem habitus est, contrariam sententiam divulgare possit.

Anno 1463. convenêre frequentes Romæ in festo Natalis Domini anni millesimi quadringentesimi, sexagesimi tertii, cum jam Pius ex Tuscia rediisset. Vocantur in Apostolico palatio Cardinales, Episcopi, ac divini & humani Juris Doctores, quorum maximus aderat in Curia numerus. Jubentur Prædicatores ac Minores bis ternos eligere, qui simul congredientes in utramque partem Quæstionis articulum disputantes invertant. Paritum est.

Inter Prædicatores præcipuæ disputandi partes Gabrieli Cathalano sunt attributæ: inter Minores Francisco Saonensi, uterque Philosophus, uterque Theologus peritissimus habebatur, &c.

Disputatio de sanguine tribus diebus in palatio coram Pontifice ac sacro senatu Cardinalium, & reliquorum Prælatorum conventu, quam defendere vellent, in hunc modum proposuere: pretiosum Domini sanguinem, in passione fusum, qui demùm ad glorificatum corpus rediit, Hypostatica verbi unione nunquam fuisse privatum.

Minores in triduo passionis cessasse unionem, affirmarunt. Unionem autem hypostaticam Græco vocabulo consenserunt omnes personalem appellari Latinè debere. Quoniam verbum Dei, secunda in Trinitate persona caro factum, quamvis Deus esset homo, duasque naturas præ se ferret, unam tamen personam, non duas gereret, & in una

persona

persona totus in suis Deus, & totus in nostris homo perfectus Deus contineretur: verus Deus & verus homo, perfectus Deus, perfectus homo. Additum quoque à Prædicatoribus est, quod non totum Christi sanguinem in passione fusum resurrexisse cum Christo asserturi essent, quæ res altius indaganda videretur, idque factum est, ne literis Pii adversari viderentur: in queis declaraverat Tibure manens, assertionem, quæ aliquid de Christi sanguine id terris proderet remansisse, religioni Christianæ non esse contrariam.

Pulchrum & delectabile fuit audire doctissimorũ Virorum præclara ingenia inter se cõtendere verbis, & nunc istũ, nunc illum superiorẽ cernere certare, ut decuit coram tanta majestate non sine molestia ac trepidatione viri religiosi, verùm adeò durum & acre certamen habuere, ut media hyeme, cum rigerent omnia gelu in sudorem resolverentur, tantus erat vincendi ardor. Audiebant attentissimè considentes, nec loquentem interturbare quisquam præsumsit. Prædicator primus auditus est, deinde *Minor*.

Succedebant sibi invicem tot viri, & alacres deficientium partes assumebant. Cum satis dixisse visi sunt Minores & Prædicatores, facta est potestas reliquis Theologis, quæ vellent dicere. Tum quoque prælium nobile visum, cum Prædicatorum alii, Minorum alii partes tuebantur: præcipuè verò contentio inter duos Episcopos fuit Dominicum & de Dominicis Torcellanum & Ferrariensem Theologiæ sapientiæ peritissimos: Torcellanus qui olim cum minoribus senserat, mutato proposito ad Prædicatores defecerat: Ferrariensis Minoribus adstipulabatur & summo conatu sententiam impugnabat Prædicatorum. Fuerunt & magistri aliquot inter Episcopos & Abbates, non ignobiles, quod disputationem problematicam affirmaverunt, quæ posset in utramque partem agitari.

Tota disputatio decem paginis absoluta, brevitatis causa hîc omissa est.

P. 537. Hæc cum Prædicator dixisset, Minor non pauca replicavit, volens ea destruere, quæ suæ sententiæ videbantur adversa. Auditus & ipse est, quantum voluit, sed omnia in primis dicta recidebant. Pontifex auditorium dissolvit, deinde cum Cardinalibus plerisque diebus rem tractavit. Major pars sententiam Prædicatorum approbavit, pauci cum Minoribus sensere. Pius quoque in majori parte fuit: sed non est visum

eo tempore decretum fieri declarationis, ne Minorum multitudo, cujus erat contra Turcas prædicatio necessaria, offenderetur, in aliud tempus decisionem referre placuit.

Jam paucas ratiocinationes Pontificis Romani videamus.

Christus inquit Matth.16. Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Ergo super Petrum Apostolum ædificata est Ecclesia.

Solus Petrus super aquas ambulavit, Matth.7.

Ergò Petrus fuit Princeps Apostolorum.

State & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem sive per epistolam, 2. Thessal. 2.

Ergò omnia Conciliorum & Pontificum decreta & traditiones sunt servandæ.

Christus dicit: Hoc facite in mei commemorationem.

Ergò cœna Domini est sacrificium.

In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, Malach.1.

Ergò Missa est sacrificium.

Bibite ex hoc omnes, scilicet Apostoli.

Ergò laicis sufficit una species.

Jacob.5. Confitemini invicem, alius alii, delicta & orate pro vobis invicem.

Ergò confessio est Sacramentum, & singula peccata sunt enumeranda.

Honorabile conjugium in omnibus, Hebr.13.

Ergò matrimonium est Sacramentum.

Mihi nimis honorati sunt amici tui.

Ergò Sancti sunt invocandi.

Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum, 1.Reg. 2. Si mundi sunt pueri maximè à mulieribus.

Ergò Clerici debent esse cœlibes.

Petre surge & macta.

Ergò Paulus V. debet excommunicare Serenissimam Rempub. Venetam.

Pasce oves meas, id est regio more impera.

Matth.10. Qui dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Ergo

Ergò est purgatorium.

Jesus cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit è templo.

Ergò hæretici sunt occidendi.

Stultas & sine disciplina quæstiones devita, quia generant lites.

Ergò cum hæreticis non est disputandum.

Adamus Contzen in polit.l.9.c.37.p.796. Nihil cum hæreticis vel in politia, vel religione agi potest, cum omnis familiaritas, omnis collocutio, non minus periculi habeat, quam si cum scorpio, vipera, regulo converseris.

## FORMA DISPUTANDI ordinaria, antiqua.

Methodum disputandi olim ostendit S. Gregorius Nazianzenus orat.2.de Pace p.212. qui vult ut differamus δογματικῶς [illegible] ἁλιευτικῶς, ἀλλ' οὐκ Ἀριστοτελικῶς, πνευματικῶς, ἀλλ' οὐ κακοτεχνικῶς [illegible] ἐκκλησιαστικῶς, ἀγοραίως, ὠφελίμως, ἀλλ' οὐκ ἐπιδεικτικῶς.

Basilius M.p.397. Noch in deinem disputirn einige übermäßige Spitzfindigkeit hören lassen.

Hieron.tom.2.adversus Helvidium p.5. Non rhetorici campum desideramus eloquii, non Dialecticorum tendiculas, nec Aristotelis spineta conquirimus.

Tom 2.adversus Luciferianos p.140. Ariana hæresis magis cum sapientia facit, & argumentationum rivos de Aristotelis fontibus mutuatur.

Bernhardus tom.2.p.21.60. Aristotelicæ subtilitatis facunda quidem, sed infecunda loquacitas. Et: nec adstringimur Dialecticis terminis, omnium terminator, ad cujus imperium perit natura, dissuescit consuetudo.

Plus debet discipulus Christi præstare, quàm mundi Philosophus, gloriæ animal, & popularis auræ atque rumorum venale mancipium vile, teste Hieronymo tom.1. epist.26.p.164.

Tomo 2.lib.2. adversus Jovin. Philosophorum nostrorum verba in pugnis sunt, & syllogismi in calcibus, qui paupertatem Apostolo-

rum, & crucis duritiem aut nesciunt, aut contemnunt, imitetur saltem gentilium parcitatem, Chrysost. in c. 1. Genes. p. 10.

Serva non incurrat adversus Dominam, nam Dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abusio est, Bernhard. tom. 2. in Meditationibus c. 2. p. 1779.

## Græcorum.

MAnuel Caleca l. 3. contra Græcos de ratione disputandi pag. 287. ita sensit: Quanquam qui ita loquitur, si omninò syllogismos & ratiocinationem tollit, primum quidē quod humanæ naturæ propriū est, hominumque ad invicem consuetam locutionem & communem una aufert, culpabitque beatum Paulum eos increpantem, qui per ea, quas videntur de Christo colligere, ratiocinando nequiverunt, & de creaturis creatorem noscere. Culpabit & Theologos sive de substantialibus, sive de divinis processibus disserentes, Salvatoris nihilominus sententiam tollet, scripturas jubentem perscrutari.

Neque enim obscurum est eum, qui scripturas perscrutatur colligendo & ratiocinando lecturum, qui ipsum quoque Dominum, qui diligenter inspiciat, ratiocinari animadvertet, &c.

Deinde & seipsum destruit. Nam quæ contra ratiocinationem dixit, hæc ratiocinando ait nisi quis eum non ratiocinari, sed à ratione deviare potius ista dicentem pronunciet, quòd si hujusmodi ratiocinationē in Deo tantum prohibet, cunctam sanctorū destruet Theologiam, & eam inprimis, quam contra Hæreticorum errores dimicantes diligentius, subtiliusque conscripserunt, solidisque sensibus divinum rerum examen, ut intelligi datur, permittit. In Logica canon est, contrariæ propositiones in materia contingente, possunt ambæ esse falsæ & subcontrariæ veræ; ut, omnes Scholastici sunt diligentes: nulli Scholastici sunt diligentes, utraq; propositio falsa est, quia materia contingēs. Verùm subcontrariæ sunt veræ: quidam Scholastici sunt diligentes, quidam Sholastici non sunt diligentes. Ita cum dico, omnia sunt demonstrabilia, & nulla sunt demonstrabilia, utraque est falsa, sed subcontrariæ sunt veræ; quædam sunt demonstrabilia, quædam non sunt demonstrabilia.

Certum

Certum enim est, principia à priori demonstrari non posse, & si à priore demonstrarentur, principia non essent, principio enim nihil prius.

## Latinorum.

TAnnerus in colloquio Ratisbon. hunc Syllogismum protulit Sess. 11. p. 354. Qui negat articulum fidei, is solùm est hæreticus: sed hæreticus est, qui negat Tobiam habuisse canem: ergò sequitur esse articulum fidei, quod Tobias canem habuerit.

Vitiosus Syllogismus hic in quarta Galenica figura: ita autem formanda conclusio: ergò negans aliquem articulum fidei, negat etiam Tobiam habuisse canem. Quæ conclusio est vera, & causam nostram non lædit.

Forma Syllogistica considerata, jam

## Judicem

SYllogismorum, omniumque controversiarum divinarum perpendamus.

*Anastasius Sinaita*, patriarcha Antiochenus de rectis fidei Catholicæ dogmatibus l. 1. p. 303. Abnegatio quadantenus censetur esse ejusmodi subtractio confessionis, quod è diverso ingenua & libera professio fidei soliditatem constantis animi haud dubiè demonstret, si quidem justus, si se subtraxerit, jam justus non est, non enim (ait) placebit animæ meæ.

*Tom. 1. Biblioth. Patrum*

Videamus an semper & ubique Catholica, id est in toto orbe diffusa Ecclesia Romanum Pontificem pro *universali judice* controversiarum agnoverit? Ita autem de geminatione Baptismi differit eleganter *Optatus Milevitanus* l. 5. p. 158. Cujus de sacramento non leve certamen innatum est, & dubitatur, an post Trinitatem in eadem Trinitate hoc iterum liceat facere? Vos dicitis, licet: nos dicimus, non licet: inter licet vestrum & non licet nostrum, nutant & remigant animæ populorum. Nemo vobis credat, nemo nobis. Omnes contentiosi homines sumus. Quærendi sunt judices. Si Christiani, de utraque parte dari non possunt, quia studijs veritas impeditur. Si foris quærendus est Judex, si paganus, non potest nosse Christiana decreta. Si Judæus, inimicus est Christiani baptismatis. Ergò in terris de hac re nullum poterit reperiri judicium. De cœlo quærendus est judex. Sed ut quid pulsamus ad cœlum, cum habemus hic in Ecclesia? Testamentum, inquam, quia hoc loco rectè possunt terrena

cœlestibus comparari. Tale est, quod quivis hominum habens numerosos filios. His, quamdiu pater præsens est, ipse imperat singularis, non est adhuc necessarium Testamentum: sic & Christus quamdiu præsens in terris fuit (quamvis nec modò desit) pro tempore quicquid necessarium erat Apostolis imperavit. Sed quomodo terrenus Pater, dum se in confinio senserit mortis, timens, ne post mortem suam rupta pace, litigent fratres, adhibitis testibus voluntatem suam de pectore morituro transfert in tabulas diu duraturas. Et si fuerit inter fratres contentio nata, non itur ad tumulum, sed quæritur Testamentum, & qui tumulo quiescit, tacitus de tabulis loquitur. Vivus cujus est Testamentum, in cœlo est. Ergo voluntas ejus velut in Testamento, sic in Evangelio inquiratur. &c. In causa Donatistarum Africani non Papam Romanum sed Testamentum, id est, S. Scripturam constituerunt judicem.

*S. Antonius* apud Heribertum Ros weid. p. 40. disertè affirmat ad omnem mandatorum disciplinam Scripturas *sufficere* posse.

Cyrillus Hierosolymitanus in dial. pag. 29. sed age, divinam ac sacram Scripturam pervestigantes quæstionis hujus rationem *ab ea* petamus.

Verbum Dei est lex & legislator & judex, Cyrillo Alexandrino in Mich. p. 874.

*Quem judicem Sanctus Augustinus* agnoverit, audite. Ita autem scribit

Tom. II. Epist. 19. pag. 50. possem quidem (ut arbitror) facile reperire, si multa legissem: veruntamen ipse Paulus mihi pro his omnib⁹, imò supra hos omnes Apostolus Paulus occurrit. *Ad ipsum* confugio, ad ipsum omnes, qui aliud sentiunt, literalibus suis tractatibus provoco, ipsum interrogans interpello & requiro in eo quod scriptum est ad Galatas.

Tom. VI. De quinque hæresibus c. 6. p. 29. Habes *judicem ordinarium*, non mihi adducas ex diversis patribus alias atque alias potestates &c. audi Prophetam dicentem, Dominus judex noster, Dominus legislator noster, nec contemnendum Judicem putes.

Idem tom. 6. contra Faustum l. 13. p. 120. Non enim disputare amant hæretici, quomodo superare impudentissima perviçacia, ut congregent, quæ non pepererunt.

Tom. VII. De Nuptijs & Concupiscentia l. 2. c. 33. p. 583. Ipse (Pelagius)

gius dicit, quomodo rei sunt parvuli, pro quibus Christus mortuus est: ista controversia judicem quærit. Judicet ergò Christus, & cui rei mors ejus profecerit, ipse dicat.

Contra Julianum libr. 5. cap. 5. pag. 733. Quis autem nostrum verum dicat, judicent casti auscultantes non linguæ tuæ, sed experientiæ suæ, *judicet* Apostolus dicens, vides aliam legem esse. De gratia & libero arbitrio cap. 18. p. 998. Nam si non ex Deo, sed ex hominibus, vicerunt Pelagiani: si autem ex Deo, vicimus Pelagianos. Sedeat ergò inter nos judex Apostolus Johannes, & dicat, &c.

Tom. X. de verbis Apostoli serm. 27. p. 262. Cum ergo nata inter nos sit controversia talis, quomodo ut ille mihi dicat, ego ei respondeam, imò crede ut intelligas. Cum hac controversia veniamus ad Judicem: neuter nostrum præsumat pro sua parte sententiam, quem *judicem* inventuri sumus? Discussis omnibus hominibus, nescio utrum meliorem judicem invenire possimus, quam hominem, per quem loquitur Deus. Non eamus ergò in hac re, & in hac controversia ad literas seculares, non inter nos judicet Poeta, sed Propheta & Apostolus Petrus.

Pag. 263. Veniamus ad judicem, videlicet prophetam, imò verò Deus judicet per prophetam, ambo taceamus.

## Judex controversiarum falsus.

Nicephorus Gregoras in Andronico Imperatore p. 228. Altero anno duo Episcopi vetere Roma à Papa missi venerunt, ut de pace & concordia Ecclesiarum disputarent.

Pag. 230. Eos verò, qui de rebus divinis disputaturi & longissimo illo stadio decursuri sunt, & maximam cladem animis & corporibus minitant, nullum habere judicem, qui utriusq; partis oratione expensa, alteros victores pronunciet, alteros vanitatis & falsitatis condemnet: sed non aliter facere, ac si quæ de limitibus agrorum disceptantes primum convitijs de victoria certent, deinde ad manus & arma veniant, & quovis modo uterq; alterum è medio tollere conetur. Quòd si duæ partes sumus, qui contendimus, nec tertium veritatis arbitrum & judicem habere possumus, eaq; de causa alterutrum de controversia pronunciandum est: nos illorum esse judices, non illos nostri oportet. Nostrum enim dogma illi non minùs, quàm nos rectum esse concedunt, additamentum autem, ab illis excogitatum, & à vera via deflexionem: solis illis reprehensione vacare videtur, nobis autem minimè. Si ergò pendente lite

lite nova illorum opinio admittenda est, judicare & pronunciare nostrum fuit, non illorum, qui rei sunt. Quod si illi se Divi Petri sedis successores & hæredes esse dicunt, idq; telum in nos vibrant, ut nubes fulmina, eaq; ratione nos opinionum suarum ministros & executores esse oportere opinantur, id minimè curandum est. Ob hoc enim majore odio & aversatione digni sunt, quòd aliter, quàm sancta sede dignum sit, egerunt. Neq; enim quæ vellent dogmata Clementem & cæteros jussit Petrus, sed ea ligare, quę liganda essent, & ea solvere quę solvenda essent. At isti ijs quæ omnibus sacris Conciliis statuta & decreta sunt, neglectu, ea fecerunt, quæ ipsis solis placuerunt. Deinde nec veterem morem ab antiquis & Imperatoribus & Doctoribus sancitum violare decet. Est enim in more positum, cum in Ecclesia certamina de dogmatibus moventur, omnes comuni Edicto & Decreto Ecclesiæ propugnatores citare, nec eos tantum, qui Evangelici præconii causa Metropoles ubiq; gentium sortiti sunt. Sed Patriarchicæ etiam autoritate præditos, ut sunt Alexandrinus, Hierosolymitanus, & Antiochenus antistites, quibus causa dabitur non accersitis turbandæ concordiæ nostræ & Ecclesiæ ver in hyemem commutandi. Nam si olim unus vir Theodoretus, Cyri Episcopus & à Patriarchica dignitate alien⁹, nec alioqui sedem illustrem obtinens tantū contentionis incendium excitavit, ut cum plurimi Episcopi ex Europa & Asia Ephesi convenissent, illius fumi molestias longo tempore sentirent; quantò magis tanta Episcoporum & Patriarcharum multitudo contra nos paucos infestam linguam exacuet, & dissidiis turbabit omnia? Præsertim cū disputantium instrumentum sit ad propositi confirmationem *syllogismus*, ut ligo fossorum & remus navigantium: quem nos Italis, ut quicquid aliud, studio esse novimus: cum (Syllogismum) nos locum hic non habere scimus, sive is scientiam per demonstrationem polliceatur, sive à probabili disserendi ratione proficiscatur. Cum hic de Deo & sancta vitæq; principe Trinitate agatur.

P. 231.

## Forma disputandi miraculosa, πειραστική, tentativa.

A naturali & consueta disputandi ratione ad miraculosam descendimus, quam apud Heribertum Rosvveid invenimus, de vitis Patrum p. 480. de Macario Ægyptio & Hieracita hæretico. Cùm videret sanctus fidem fratrum periclitari: quid opus est, inquit, nos verbis contendere ad subversionem audientium? Exeamus ad sepulchra fratrum, qui nos

præ-

præcesserunt in Domino: & cui nostrum concesserit Dominus suscitare mortuum de sepulchro, sciant omnes, quia illius fides probatur à Deo. Sermo hic omnibus, qui aderant, fratribus placuit. Processerunt ad sepulchra, & hortatur Macarius Hieracitam, ut evocaret mortuum in nomine Domini: at ille, tu, inquit, Domine, qui proposuisti, prior evoca. Et Macarius, prosternens se in oratione ante Dominū, ubi sufficienter oravit, elevatis sursum oculis suis, ait ad Dominum: tu, inquit, Domine, quis ex duobus nobis rectam fidem teneat, ostende elevato mortuo hoc. Et cum hæc dixisset, fratris cujusdam nomen, qui nuper fuerat sepultus, evocavit.

Itaque monitu & imitatione S. Theophili Alexandrini Episcopi contra Apolinaristas, epistola Paschali 1. Tom. 3. Bibliothecæ SS. Patrum p. 128. tendant inimici quantum libet Syllogismorum suorum retia & Sophistarum decipulas proponentes, se ipsos innectant laqueis ne id quidem scientes, cujus vana scientia gloriantur & discant, à nobis (quos gratis cogunt hujuscemodi disputationem adsumere) aliud esse quod sapit, aliud sapientiam, aliud quoque quod sapitur, & hæc non solum verbis inter se, sed & sensibus discrepare. Et tandemque desinant Dialecticæ artis strophis simplicia Ecclesiasticæ fidei decreta pervertere.

Audite quæso, quid *Æneas Silvius, Pius II.* Papa Romanus de Academiæ Viennensis modo docendi scripserit. Maximum, inquit, hujus Gymnasij vitium est, quod nimis diuturnam operam in Dialectica, nimiumque temporis in re non magni fructus terunt. Qui magisterij artium titulo decorantur, hac una in arte maximè examinantur. Cæterum neque Musicæ, neque Rhetoricæ, neque Arithmeticæ curam gerunt, quamvis metra quædam & epistolas, ab alijs editas imperitè ad magistrandum compellant. Oratoria & poëtica apud eos penitus incognita, quibus omne studium in elenchis est, vanisque cavillationibus solidi haudquaquam multum, qui libros Aristotelis aliorumque Philosophorum habeant, raros invenies, Commentarijs plerumque utuntur. Cæterum *studentes* ipsi voluptati operam præbent, vini cibique avidi, pauci emergunt docti, nec sub censura tenentur, die noctuque vagantur magnasque civibus molestias inferunt. Ad hæc mulierum procacitas mentes eorum alienat.

*Epistola 165. p. 190.*

*Trithemius* in epist. p. 16. pudet me horum temporum, in quibus pudicissima virgo, Philosophia nostra cœlestis, quam Græco vocabulo Θεολογίαν vocamus, usq; adeò quarundam meretricularum societate violenta

lenta corrumpitur ut penè nusquã exeat pura, sed Philosophorum inutilibus, ne dicam vanis deturpata plumis potius, quàm ornata videatur. Quasi nobis ad studium cœlestis doctrinæ minus sufficiat Evangelium Christi; desintque ad fidei nostræ confirmationem divinarum testimonia Scripturarum, ut in omni penè sermone ad Christianos de fide, gentilium sit necesse opiniones introducere sapientum. Quantum ad fidei Christianæ institutionem pertinet, Evangeliũ Christi Salvatoris *abundè sufficit.*

Idem Trithemius p. 61. nostri autem Concionatores majore in numero purissimos Dei sermones Aristotelicis Julianisque intermiscent opinionibus, crebrius Philosophos gentium, quàm Christi Apostolos allegantes, proh pudor; tam celebris facta est verbi Dei præconibus Peripateticorum autoritas, ut in cathedra Christi crebrius Aristoteles citetur in medium, quam Paulus, aut Petrus, sacratissimi principes Apostolorum. Quid talium sermones simplici & indocto Dei populo proficiunt, in quibus ad ostentationem totum, compunctionem verò nihil inducitur? Ad Scholas Gymnosophistarum istæ meritriculæ gentiliumque traditiones remittendæ sunt, ut in schola Christi nihil aliud, quàm doctrina Christi pura & immaculata prædicetur. Furfures enim purissimæ farinę commiscuit, quisquis hunc prædicandi modum primus adinvenit. Revolve precor omnium sanctorum Patrum sermones veterum, simul & celebratissimas eorundem homilias, & vide si gentilium Philosophorum furfures invenias farinæ commistas Christianæ puritatis.

Pag. 62. Non ibi allegatur Peripateticus ille Aristoteles, non Porphyrius Apostata, non Plato, non Averroes, non Cicero, non denique ex reliqua cohorte gentilium quisquam, sed ipsa duntaxat Dei Patris sapientia Christus Jesus, ipsiusque summæ veritatis Apostoli, sancti Patriarchæ atque Prophetæ. Indignum planè, meo judicio genus docendi, ut in schola Christi, quasi pro dictorum Spiritus sancti confirmatione, illorum audiantur nomina recitari, quorum spiritus absq; ambiguitate à Christo penitus sunt alieni.

p. 135. b. *Iohannes Hoffmeister* Augustinianus in Postilla Latina feria tertia Paschę. Enimverò turpissimũ est Christum Jesum Deum ac Dei viventis filiũ velle subijcere Aristotelicæ Philosophiæ, cujus stultitiæ cum Lutherani nostros nõ omninò temerè aliquando insimulaverint, isti ipsi jam Christum Dialecticorum Syllogismis, & sponsam Christi Grammaticorum regulis subiicere conantur.

*D. Luther* Tom. 1. Latino Jenensi, in explicatione 8. pręcepti. p. 166. b

Si

Si meo consilio Aristoteles legeretur, certè vel in medio anno disci posset ab ingenio mediocri: legeretur autem non sicut hucusq; lectus est ea fide & religione, qua sacræ literæ, imò amplius, sed sic, ut alia quæcunq; levis & extranea materia, tantum ut sciretur, non ut defenderetur. Verè enim sumus seducti per Aristotelem & commenta ejus: atq; si aliud nō esset, hoc unum satis erat argumentum, quòd tot sectæ sint *in ista bestia gentili*, simili Hydræ in Lerna. Nam ibi sunt Thomistæ, Scotistæ, Albertistæ, Moderni, & factus est quadriceps Aristoteles, & regnum in seipsum divisum, & mirum quod non desoletur, sed propè est, ut desoletur. Quomodo ergò fieri potest, ut veritas sit in tanta opinionum confusione? Cùm enim sint contrariæ, necesse est, ut & falsæ.

Tomo II. Latino Jenens. p. 383. b. ad librum Ambrosij Catharini. Deinde proposito Aristotele, nec ipso rectè intellecto, cum gentilibus & humanis literis ingenia Christiana occupantur, imò excœcantur & opprimuntur. Et pro verbo Dei, papæ dogmata tractantur, ut videatur ad Evangelium funditùs extinguendum, nec astutius, nec efficacius invenisse Satan commentum quàm *Universitatum* erigendarum. Ubi sub titulo doctrinæ Christianæ non nisi pugnantissima Christianæ fidei docerentur.

P. 384. b. Et certum est Aristotelem mortuum & damnatum esse Doctorem hodie omnium Universitatum, magis quàm Christum.

Tomo III. Latino Jenen. p. 204. de servo arbitrio. Talem Deum nobis & Aristoteles pingit, qui dormiat scilicet & sinat sua bonitate & correptione uti & abuti quoslibet. &c.

Pag. 256. Philosophi de animæ immortalitate disputarunt quidem, sed ita frigidè, ut meras fabulas egisse videantur, potissimum verò Aristoteles sic de anima disputat, ut diligenter & callidè celaverit ubiq;, ne alicubi dissereret de ejus immortalitate, neq; voluit exprimere quid sentiret. Neq; enim potest ulla ratione humana convinci ejus im̄ortalitas, quia res est extra solem, credere animam esse immortalem: in mundo nō videtur, nec intelligitur certò, animas esse immortales.

In cap. 8. Amos p. 535. Quid aliud etiam fuerunt hactenus *Universitates nostræ* per orbem, quàm voragines optimorum ingeniorum & corruptelæ juventutis? Non eò solùm, quòd magna licentia vitiorum esset, id minimum est, sed quod nulla nulla liberalis doctrina extaret, quod pietatis studium molestis, inutilibus & perniciosis Sophismatibus esset

Gggg 2 obru-

obrutum, quibus bona ingenia impedita, ad nullam frugem pervenerunt. Idem fructus quoque ex Monasterijs rediit.

Tomo IV. Latino Jenens. p.496. Neque enim docendo, sed disputando amittitur veritas: Hoc enim malum disputationes secum afferunt, quòd animi quasi profanantur, & rixis occupati, quæ præcipua sunt, negligunt. Sic Eva in paradiso, cum retinet præceptum Domini, pulchrè stabat. Vocatur igitur à serpente in alienam disputationem de consilio prohibitorum fructuum, & sic à verbo abducitur.

**D. Luthers Kirchen Postill Epistel am 1. Sontag des Advents.** p.3. Es muß ein grosse Plag Göttliches Zorns seyn/ daß wir so wider helle/ klare Sprüch der Schrifft/ andere neben Liecht suchen/ so sich der Herr selbst/ der Welt Liecht vnd Sonnen nennet. Vnd wann kein ander Warzeichen wär/ darbey mã erkeñen möcht/ daß des Bapsts Hohen Schulen die allergrewlichste des Teufels der Hurerey vñ Bubereyen wären/ solte jedes allein überreichlich gnug seyn/ daß sie so gantz vnd gar vnverschampt Aristotelem ein Nebenliecht auffwerffen/ vnd rühmen auch sich mehr in demselbigen/ dann in Christo üben/ ja nichts in Christo/ vnd allein in Aristotele sich üben.

**Kirchen-Postill Evangelium 2. Advent.** Es ist nicht möglich/ daß grössere Lügen/ grewlichere Irrthumb/ schreckliche Blindheit/ verstockter Lästerung jmmermehr könten werden/ als bißhero regiert haben in der Christenheit durch Bischöff/ Klöster vnd Hohen Schulen/ biß daß auch der tode blinde Hayd Aristoteles/ die Christen gelehrt/ vnd geregieret hat/ mehr dann Christus selbst.

*Origenes* in cap.7. Exod. p.71. Hoc ergo animalis genus (Cyniphes) dignissimè puto arti Dialecticæ comparari, quæ minutis & subtilibus verborum stimulis animas terebrat, & tanta calliditate circumvenit, ut deceptus nec videat, nec intelligat, unde decipitur.

Idem in cap.13. Josuæ p.323. an illud potius indicat, quòd civitates & muri sunt impiorum dogmata & syllogismi Philosophorum, quibus astruunt impia quæque & divinæ legi contraria, quæ apud paganos vel barbaros observantur.

PA-

# PAPA POLITICUS.

Seu

## De Divitiis Romanæ Ecclesiæ.

*Leonhardus Coquæus* in AntiMornæo part. 2. pag. 318. *Papa*, princeps totius mundi, citra blasphemiam.

ECclesia Romana ex mente Pontificiorum duplicem habet thesaurum: unum, qui nunquam exhauritur, alterum, qui nunquam impletur: ille spiritualis hic corporalis: ille in literis indulgentialibus, hic in Annatis, quæ sunt medii fructus primi anni, aliisve rebus conspicitur.

*Æneas Silvius Epist. 411. p. 570.*

Viennæ Austriæ in fano D. Stephani tria disticha leguntur, quæ anno 1603. pridie Corporis Christi descripsi.

*Huc properate omnes, medicam si fortè medelam*
*Expetitis, medicæ namq; opus arca patet.*
*Huc properate senes, qui corpora fessa labore,*
*Et geritis multo membra gravata malo.*
*Huc properate graves effæto corpore matres,*
*Cunctorum hic præsens auxilium capitur.*

Thesaurum spiritualem Ecclesiæ Romanæ potuisse exhauriri, unanimis est Catholicorum Romanensium sententia, ut non tantum hominibus, sed & angelis præcipere possit: ita enim scribit in Speculo humanæ vitæ *D. Rodericus Episcopus* Zamorensis, Castellanus & Referendarius Papæ Pauli II. lib. 2. cap. 1. p. 49. qui assumitur non ad humanum tantum principatum, sed ad divinum, non ad principandum solùm mortalibus, nec modò hominibus, sed *Angelis*, non ad judicandum vivos, sed mortuos, non in terra solum, sed in cœlo, non ad præsidendum solis fidelibus, sed infidelibus.

*Argentina 1507.*

Cui adstipulatur Faustus Sabæus Brixianus libr. 2. Epigram. pag. 145.

*Quid juvat æternas portas septemplice vallo*
*Arcis inaccessæ jam posuisse Iovem?*
*Excubias vigiles, tot monstra, tot arma, tot ignes,*
*Fulminis horrificis intrepuisse minis?*

*Roma tamen non arma timet, nec monstra, nec ignes,*
*Sed penetrat vetiti devia & astra poli.*
*Quodq́, magis mirum, Romana Colonia, cœlum est,*
*Nunc Stygis in barathro jus quoque Roma tenet.*
*Iam bello, nunc pace potens, tellure, mari jam,*
*Nunc tellure, mari, cœlo, Acheronte potest.*

Thesaurum externum Ecclesiæ Romanæ nunquam potuisse impleri, Gravamina Germaniæ satis superque testantur.

Æneas Silvius Cardinalis epist. 383. p. 466. Fatemur, inquit, insuper aliquando in Romana curia, quam regunt homines, aliqua fieri, quæ digna essent emendatione: nec dubitamus, ipsos Romanæ urbis præsules, etiam in quantum homines, falli, errare, labi, ac decipi posse. Et: nec sibi plus auri datur, quàm Concordata permittant, nisi fortasse aliquando occasione Expeditionis contra Turcas, aliquando super annata recepit, quod sibi profecto non fuit in tanta necessitate negandum. Habes ergò in hac parte responsionem nostram de pecuniis Indulgentiarum, miramur fieri querelam. Nam illæ postquam collectæ fuerant, profectò Romani Pontificis arbitrio, non alterius, erant distribuendæ.

Thesaurus Ecclesiæ Romanæ externus tempore Apostolorum fuit admodum exiguus, teste Gabriele Barel eta in sermonibus p. 52. *Serm. 22.*

Respondet Vincentius in Speculo l. 3. A tempore Petri usque ad Silvestrum fuerunt XXXIII. Papæ, qui per martyrium ferè omnes transierunt. Unde post Sixtum diu vacavit Papatus, & nullus ipsum volebat duplici ratione. Primò ratione mortis, quia erant primi, secundò ratione paupertatis, sed postquam Ecclesia est dives facta per Constantinum, nullus reperitur, qui eum renuat, imò per mille vias quæritur.

Pag. 194. b. Hodie per munera, per Simonias ingrediuntur ad eum.

Jam breviter dispiciendum de divitiis Romanæ Ecclesiæ, unde ea sit dives facta, audite, judicate.

## I. Anglia.

BAronius tom. 9. ad an. 740. §. 14. Rex eorum Ecclesiæ Romanæ vectigal perpetuum constituit.

Balduinus Junius part. 4. p. 452. ad annum Christi 1173. Regnum Anglorum esse feudum Apostolicæ sedis.

Anno

Anno 740. tempore Gregorii III. mirabile est quod hoc anno actũ ab Ina, Angliæ Rege, refert Polydorus Virgilius in Anglicana Historia, recentiora etiam recensens, officia autem ejus Regis, inquit, pietatis plena, infinita produntur, & illud inprimis, quod regnum suum Pontifici Romano vectigale fecerit, singulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in singulas domos impositis. Fecit autem idem ejus exemplo (ut opinor) ductus, Offa Merciorum Rex, qui non multum post tempus regnavit. Fuit is annus salutis circiter 740. Hoc vectigal, prout quidam scribunt, auxit post hæc Ethelwolphus seu Atulphus rex, qui ut proximo libro demonstrabitur, totius ferè Insulæ Imperium obtinuit. Et mox; omnis Anglia hoc tempore istud vectigal pietatis & religionis causa Romano Pontifici pendit, domesticatim collectum, & nummi illi argentei vocantur à vulgo *denarii* B. Petri, quos Pontificius Quæstor, quem non inscienter collectorem nuncupant, exigit.

Anno 857. tempore Benedicti III. Hoc anno, inquit, Balduinus Junius p. 540. contigit obitus regis occidentalium Saxonum in Anglia religiosissimi Ethelwulphi, qui inter alia piè legata trecentas denariorum manculas (sic appellat autor Matthæus Westmonasteriensis) annuatim legavit basilicis Apostolorum, ducentas quidem ad luminaria, centum verò universali Papæ ad eleemosynas ampliandas.

Bodinus de Repub. l. 1. p. 171. *Reges Anglorum vasalli Pontificis Romani.* Antea quidem Reges Anglorum fidelitatis jusjurandum regibus Francorum sine exceptione dederunt, cum amplissimas hujus imperii provincias ac beneficia fructuosissima regibus nostris accepta ferrent, ut meritò sese Vasallos ligios Francorum confiterentur. Angliam tamen & Hiberniam summa potestate regebant, quousque Johannes, qui fraude in regnum invaserat, se regnumque suum ac subditos omnes dedidit in Romani Pontificis potestatem anno 1212. contracta solenni fiducia principum ac subditorum consensum: nec tantum se Pontificis Romani Vasallum, sed etiam ærarium professus est, ac promisit annui tributi ac census nomine quatuor aureorum millia præter tributum illud, quod ab Ina Rege Anglorum promissum est, mille marcas sterlingorum anno 740. idq; à singulis familiis exigebatur, quod vulgò *tributum S. Petri* appellabant. Legatus Innocentii III. Pontificis Romani, primus à Rege Johanne fidem accepit: anno 1213. præsente Cancellario, seu Angliæ Pontificibus ac totidem comitibus infinitaque populi multitudine consentiente.

ſentiente. Extat adhuc apud nos formula fiduciæ, quam ex actis Vaticanis expreſſam legimus. Ac tametſi Thomas Morus, Anglorum Cancellarius, negaret regnum Anglorum eſſe in fiducia Pontificis Romani, nihilominus Henricus ipſe VIII. Legato Pontificis Romani jusjurandum fidelitatis dedit. Tributum autem utriuſque generis exigi ac ſolvi non ante deſiit, quàm Henricus VIII. anno 1534. Romani Pontificis ſervitutem ac religionem excuſſiſſet.

Id autem animadverſione dignum eſt, quod in formula fiduciæ rex Iohannes ſuorum ſcelerum veniam ſupplex à Legato Pontificis Romani precatus eſt, quo planum fit, patrocinium illud Pontificis Romani quæſitum eſſe ad elevandum immane parricidium, quod in Arturum fratris filium, ad quem ſceptra regni ſucceſſorio jure pertinebant, crudeliter admiſerat, ne ſacris à Pontifice Romano interdiceretur.

## II. Aragonia.

TArraconenſe regnum Romanis Pontificibus jampridem reges Aragonum accepto tulerunt, ut videre eſt in formula fiduciæ ac jurisjurandi, quod Petrus rex Aragonum Innocentio III. Pontifici Maximo præſtitit his verbis: Ego Petrus, Rex Aragonum, Comes Barcinone, Dominus Montis peſſulani, cupiens præter Deum principali beati Petri & Apoſtolicæ ſedis protectione muniri, tibi reverendiſſime Pater & Domine, ſumme Pontifex Innocenti, & pro te ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi *offero regnum meum*, illudque tibi & ſucceſſoribus tuis in perpetuum pro remedio animæ meæ & primogenitorum meorum conſtituo *cenſuale*, ut annuatim de Camera regis ducenta quinquaginta Maſſimitinæ Apoſtolicæ ſedi reddantur: & ego ac ſucceſſores mei ſpecialiter & fideles & obnoxii teneamur: hac autem lege perpetua ſervandum forum decerno, quia ſpero & confido, quod tu & ſucceſſores tui, quaſi beati Petri manibus in regem duxeris ſolenniter coronandum. Actum Romæ, anno Chriſti 1204.

*Bodinus de Repub. l. 1. p. 186.*

Illud quidem Tarraconenſe Regnum Pontificibus Romanis oblatum eſt ab Aragoniæ regibus, ne ob ſcelera & parricidia vapularent: ſed Sardiniæ & Corſicæ regnum à Pontificibus eſt ad reges Aragoniæ delatum, ut ſolent Pontifices aliena magnificè largiri. Id autem perſpicitur ex hac fiduciæ formula, quam ex archivis Vaticanis deſcriptam habemus. Pontifex Maximus de fratrum ſuorum aſſenſu dat in feudum

regnum

regnum Sardiniæ & Corsicæ, proprietatem Ecclesiæ Romanæ, &c. per Capam auream te præsentialiter investimus, &c. ita tamen, quod tu & successores tui præstabitis homagium ligium vasallagium plenum & fidelitatis juramentum, &c. & centum equites armatos, & uno equo ad arma, & duabus equitaturis ad minus per quemlibet, & quingentis peditibus terræ vestræ de Aragonia cum gagiis per trimestre, à die quo intrabunt terram Ecclesiæ, &c. & insuper censum duarum millium marcarum argenti bonorum & legalium sterlingorum, ubicunque fuerit Romanus Pontifex in festo beatorum Petri & Pauli, annis singulis sub pœna excommunicationis post quatuor menses, &c. & post tertium terminum, si non solveris, tu hæredesvé tui à dicto regno Saridinæ & Corsicæ cadetis ex toto, & regnum ad Romanam Ecclesiam revertetur.

Huic consimile jusjurandum præstitit Jacobus Rex Aragoniæ anno 1453. addita cautione, ut Leges, quæ à regibus antea latæ fuissent, abrogarentur, & ut Pontificem Maximum Ordini Ecclesiastico provocare à regis sententia liceret. Eodem jurejurando Ferdinandus & Alphonsus seipsos obligarunt, ac fiduciam renovarunt anno 1445.

Aragonia vectigalis Papæ anno 1204. Balduino Junio part. 4. p. 513.

## III. Bohemia.

ANno Christi 1073. cum Vratislao Gregorius VII. egit epist. 38. ut censum Apostolicæ sedi persolveret pro Ducatu Bohemiæ, ut se facturum voto nuncupato promiserat, quod & ipsum præstitisse, aliæ ejusdem Pontificis ad illum, anno sequenti redditæ literæ docent 2. epist. 7.

*Balduinus Iunius part. 4. p. 254.*

## IV. Dania.

ANno Christi 1062. sub Alexandro II. regnabat tunc in Dania Sueno Rex, ad quem ejusdem Alexandri Papæ extat epistola, seu potius fragmentum ex ea in Vaticano Codice, qui inscribitur Liber censuum, qui exegit censum, quem majores ejus Apostolicæ sedi persolvere ex eodem regno consueverant.

## V. Gallia

ANno 774. sub Hadriano Pontifice & Carolo Magno feria quarta in Ecclesia B. Petri in colloquium convenere, ibi Pontifex cum monuit

*Iunius part. 3. p. 272.*

& constanter obsecravit, ut, quod Pipinus pater, & ipse cum Carolomanno fratre, & omnibus Francorum magistratibus & Optimatibus promiserat B. Petro, & ejus Vicario (sic sæpius Papã appellat Anastasius) ac Stephano sanctæ memoriæ, cum in Franciam perrexit, de diversis civitatibus & territoriis tradendis in perpetuum possidendis, id omninò perficeret. Tabulas ejus sponsionis Carolus sibi recitari jussit, & absque cunctatione cum omnibus suis judicibus probavit.

Quo facto Etherio præsenti suo Notario mandavit, ut eam donationem nova altera cumularet per designationem confinium: id est à Lunis cum Insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, inde in Verceto, deinde in Parma, deinde in Rhegio, & exinde in Mantua & Ponte silicis, simulque universum Exarchatum Ravennatium, sicut antiquitùs erat, atq; provincias Venetiarum & Istriæ, nec non cunctum Ducatum Spoletanum, & Beneventanum (ipsa sunt verba Anastasii) quam donationem propria sua manu ipse Christianissimus Francorum Rex corroborans. &c.

*In chronico de regibus Francorum Paris. 1548.*

Verùm anno Christi 1302. odium & inimicitia Bonifacii VIII. in Philippum pulchrum extitit. Mira hominis impudentia fuit, qui regnum Galliæ, Pontificiæ Majestatis beneficium asserere ausus est. Verùn multò stolidiores esse puto, qui disceptant, an tantum liceat Pontifici?

## VI. Jerusalem.

BOdinus l. 1. de Repub. p. 211. Quantum ad Palestinæ ac Syriæ regnum attinet, Godefridi Bononiensis ac sociorum opibus partum, constat regem eo nomine, se Pontificis Romani fiduciarium professum esse: id etiam catalogo Romano comprehensum legimus, & qui nunc sacri Ordinis Equitum Hierosolymitanorum Magister appellatur, fiduciarius est, obsequentissimus Pontificis Romani, eique summam potestatem ac summum jus vitæ ac necis in equites accepto ferro consuevit.

## VII. Hungaria.

*Bodinus de Repub, p. 210.*

PRæter ea regna, quæ diximus, Neapolin, inquam, Siciliam, Sardiniam, Corsicam, Aragoniam, Baleares Insulas, Hesperides, Palestinam, quorum reges aut fiduciarii aut vectigales fuerunt, regnum etiam *Hungariæ*, & utramque Panneniam Pontificum Romanorum beneficio, à regibus teneri jactabant, ut quidem catalogo Feudorum Ecclesiæ Romanæ

Hunga-

Hungaria continetur. At in Vaticanis Actis legi fiduciariæ formulam, qua Ladislaus I. rex Hungariæ Benedicti X.I. pontificis Romani fiduciarium se profitetur, ab eoque coronam ac sceptra suscepturum promittit. Laodislao verò II. Regi Hungariæ, quod Pontificis Romani Legatis minus paruisset, sacris interdictum est, nec aliter veniam obtinuit, quàm si centum argenti pondo, annui census nomine, Pontifici Romano dependeret: ex iisdem tamen actis Vaticanis extat intercessio Principum Hungariæ adversus Pontificis Romani Legatum anno 1308. qua cum diceret, Stephanum I. Hungariæ regem à Pontifice Romano coronam regiam accepisse, acerrimè restiterunt, neque id Romano Pontifici jus esse denunciarunt: nec tamen se prohibere, quo minus rex Hungariæ, si vellet, à Pontifice Romano coronam consequeretur. S. Stephanus Rex Hungariæ donavit regnum Hungarorum Romanæ Ecclesiæ, Junius part. 4. p. 145.

## VIII. Polonia.

ANno Christi 1013. sub Benedicto VIII. Quod autem audisti, se Boleslaum excusasse, quòd non misisset censum promissum Apostolicæ sedi, erat census iste ab exordio (uti apparet) conversionis Polonorum gentis pietatis ergò persolvi promissus annis singulis principi Apostolorum, & ejus loco ipsius successori Romano Pontifici.

*Balduin, Iunius part. 4. p. 165.*

Bodinus l. 1. de Repub. p. 210. Lacoldus Poloniæ Dux coronam regiam ac regium nomen a Johanne XXII. summo Pontifice adeptus est, ea lege, ut annuum tributum a regibus Poloniæ Pontificis Romani ærario penderetur, quod *lucerna D. Petri* adhuc erogatur.

Poloni à Papa nomen Regis quærunt, Junius part. 4. p. 142.

Pag. 199. Regnum Poloniæ factum fuit feudale à Casimiro

## IX. Portugallia.

ANno Christi 1179. sub Lucio II.

Junius part. 4. p. 465. Eodem anno Alphonsus I. Dux Portugalliæ ab Alexandro III. Papa, titulū regis accepit, ob res adversus Saracenos præclarè gestas. Qui cum jam antea sub Lucio II. Romano Pontifice Ducatum suum vectigalem fecisset Romanæ Ecclesiæ sub annuo censu unciorum auri quatuor, rursum hoc tempore nova dignitate insignitus

obtulit regnum suum eidem Ecclesiæ, sub cujus jugiter protectione consisteret persoluturum in perpetuum, annis singulis, loco census, duas auri marchas.

## X. Russia.

BAronius tom. 7. p. 676. 680. A Romana Ecclesia accepit regnum Ruthenorum Demetrius.

## XI. Sicilia.

IN actis Pii II. Pontificis Romani Johannes Gobellinus p. 62. Hoc regnum (Sicilia) directo jure ad Ecclesiam Romanam pertinet.

VI. Decretal. Innocent. IV. c. 3. p. 379. Regnum Siciliæ est speciale patrimonium beati Petri.

Balduinus Iunius part. 4. Chronic ip. 313. ad annum Christi 1097. Urbani II. de ipso rerum usu in Sicilia; cæterisque ad easdem quæstiones pertinentibus.

Vide latius Baronium Cardinalem, quibus appareat quantam scriptis omnibus reclamantibus, juribus omnibus contradicentibus, cœlo terraque testantibus, Apostolica sedes in Sicilia patiatur injuriam, & inauditam hactenus inter Catholicos ignominiam subire cogatur: cum jam à tempore Caroli V. in temporali Dominio *Domina* ignoretur, & in spirituali nesciatur universalis Ecclesia: rebus ipsis (quod est gravius) in deterius prolabentibus, ipsaque inde misera Ecclesia Sicula vergente ad perniciem, ac denique illis ingenti se periculo committentibus, qui contra tot Romanorum Pontificum antea & postea data diplomata, uno innixè depravato, omnino conciso, nunquam ab aliquo successorum approbato diplomate, eodemque etiamsi germanum ac legitimum fuisset, jam in Rogerii hæredibus desinente, nullius alterius Romanorum Pontificum confirmatione roborato, imò contrariis penitus constitutionibus rescisso & abolito, post tot secula oblivione sepulto, à nemine regum, qui contra sedem Apostolicam pugnaverunt, vel nominenus cognito, ne dum exhibito vel citato, contra Romanam Ecclesiam, Matrem suam Dominamque præsumunt defendere, infaustò usurpatam, & nulla ratione tolerabilem Monarchiam, renue-

renueritque eidem, vel in ijs, quæ juris divini, naturalis, canonici communisque sint, parere.

Sicilia, Calabria, Apulia, Patrimonium Petri, Junius part. 4. pag. 493.

Quid de *donatione Constantini* Magni Nicolaus Cusanus (testimonio Bellarmini, vir æque pius ac doctus) crediderit, libet audire scribentem de Concordantia Catholica l. 3. c. 2. Hanc radicem, quo ad potui, investigavi, præsupponens hoc velut indubitatum esse, Constantinum talem Donationem facere potuisse, quę tamen quæstio nec soluta est hactenus, nec solvetur verisimiliter unquam, sed in veritate supra modum admiror, si res ita est, eò quod in authenticis libris & in historiis approbatis *non invenitur*. Idem: sed de Donatione temporalis Dominij aut Imperij occidentis *nihil ibi penitus continetur*: &: ex istis constat, Constantinum Imperium per Exarchatum Ravennatem, urbem Romam & occidentem *minimè Papæ dedisse*. &: Romanos Pontifices legimus Imperatores fateri Dominos.

Paris. 1513 pag. 25. b.

Pag 53. Et ut breviter dicam, nullibi contrarium legi quin usque ad illa præfata Pipini tempora Imperator remanserit in possessione locorum prætactorum. Nec unquam legi aliquem Roman Pontificum usque ad tempora Stephani II. in illis locis nomine S. Petri aliquid juris præsumsisse habere: *hæc credo esse vera* non obstante famigera opinione de contrario, quę in *palea* habetur, Constantinus 96. Dist. Quoniam absq; dubio si non fuisset illud dictamen *Apocryphum*, Gratianus in veteribus codicibus & canonum collectionibus invenisset, & quia non invenit, non posuit. Unde, quæ postea addidit pro *palea* ita illam *confictam scripturam* posuit sicut multa alia inveniuntur ex apocryphis libris inscripta. Ego etiam ad longum hanc scripturam in quodam libro inveni, quæ multò plus continet, quàm ea, quæ in Decreto ponitur, loco præallegato, & diligenter eam examinans, reperi ex ipsamet Scriptura, argumenta manifesta *confictionis & falsitatis*, quæ pro nunc longum & inutile foret his inserere. Tantum Cusanus.

Hoc tamen Donationis Constantinianæ privilegium non sine rubore legunt ipsimet Romani proceres Romanęque Monarchiæ cordati defensores. Non quia in eo imposturam agnoscunt, quæ tamen in multis sat est crassa & palpabilis (quis enim eo tempore Constantini Patriarcham fuisse Constantinopolitanum asserat? quando ne dum Con-

ſtantinopolis vocabatur: & Byzantinus Epiſcopus ne Metropolitanus quidem erat, ſed Heracleenſis metropolis Suffraganeus. Sed quia privilegium hoc plurimum derogat Pontificiæ Maieſtati, dum primatum ſuum Romana ſedes ad Imperialem conceſſionem reduci erubeſcit, & diadematis, purpuræ, aliarumque pomparum uſum, à ſola audit Imperiali donatione totum pendere.

Quod ſicut veriſſimum eſt, vel ipſo Bernhardo magno id atteſtante, dum ait, de conſiderat. l.4.c.3. in his Eugenium non Petro, ſed Conſtantino ſucceſſiſſe, ita facile hoc privilegium defenderent Hieromonarchici, & à ſuſpicione impoſturæ liberarent, niſi Romanam Monarchiam in Chriſtum autorem ſibi reducendam eſſe jam ſtatuiſſent, ſed actum agunt. Libenter præterea cedunt beneficio hujus privilegij, quia donationes urbis & provinciarum ac totius occidentalis Imperii Papæ factas tueri non poſſunt, & jam libentius ad Caroli & Ludovici donationes ſeſe recipiunt.

*Melchior Canus* Epiſcopus Canarienſis, Hiſpanus, Locorum Theologicorum lib.11.cap.5. p.319. ita ſcribit: Laurentium Vallam ſcimus integro libro adverſus receptam communi opinione ſententiam declamaſſe. Juriſperiti, quæ vulgò circumfertur, ejus Donationis formula eam commentitiam eſſe ſatis indicant, cum *palea* inſcriptiones denotant. Euſebius, Ruffinus, Theodoretus, Socrates, Sozomenus, Eutropius, Victor, cæteriq; probatæ fidei auctores, qui omnia Conſtantini geſta ſcripſere diligentiſſimè, non modò nullam Donationis ejus mentionem faciunt, ſed tradunt etiam, Orbem Romanum ſic inter tres illius filios diſtributum, ut Italia uni eorum tota contigerit.

*Imperium Romanum dependere à Papa*, Conſtans eſt Canoniſtarum opinio, inprimis Panormitani, ſcribentis Tom. 1. pag. 154. b. ſuper prima primi, de Electione, Imperator recognoſcit Imperium à Papa.

Panormitanus Conſilio 82. Imperium hodie dependet ab Eccleſia, Imperator non recognoſcit imperium à populo Romano, ſed ab Eccleſia.

In Annalibus Bojorum Clariſſ. Hiſtoricus *Andreas Brunner* part.3. pag.391. ad annum Chriſti 1157. de Henrico Leone, Henrici Superbi filio, Duce Bavariæ ita ſcribit: Legatos Rolandum & Bernardum, ambos Cardinales obvios habuit, qui Pontificis literis in publico Procerum con-

confeſſu recitatis, ſcintillas ſcilicet ſparſerunt illius incendij, quo paulò poſt Reſpub. Chriſtiana conflagravit. Autem ea epiſtola perveilebat Imperatori Adrianus, ut meminiſſet, Imperij inſigne beneficium ſummi Pontificis eſſe. Ad eam vocem ut arrogantiorem Cæſar Senatusq; Procerum omnis cohorruit, quaſi precarium Imperium Romani Pontificis Clienti & Beneficiario objectaretur, quod ne ſuſpicari temerè viderentur, exaggerata ad invidiam Innocentii Pontificis pictura eſt, qua Lothar j Cæſaris inaugurationem in Laterano factam prodidit cum hac epigraphe:

*Rex venit ante fores, jurans prius Vrbis honores,*
*Poſt homo fit Papæ, ſumit quo dante coronam.*

Eam cum induci Fridericus olim poſtulaſſet, Pontifex in eam uſque diem promiſſis non ſteterat. Id cum uſurpandi firmandique juris cauſa factum traduceretur, paſſimq; literæ voces velut ſervitutem abominantium jactarentur. Legatorum alter etiam ipſe commotior palam rogavit, unde nam tandem allapſum in caput Cæſaris diadema exiſtimarent, ſi in eo *beneficium* Pontificis agnoſcere verecundarentur? Cujus dicti acerbitatem Otto Wittelſpachius, qui proximus aſtabat, ulturus ferro fuerat, niſi Fridericus jam cervici imminentem repreſſiſſet. Idem tamen ſubmotis legatis & in urbem rejectis, plenam triſtium querelarum epiſtolam per omnem Germaniã ſparſit, qua hoſtes Reip. declaravit, quicunque Imperij inſignia Beneficium Pontificum appellaſſent.

*In Excubijs tutelaribus* idem Brunner. p. 290. de Ludovico Bavaro *πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων* ita ſcribit: deſperato obtinendæ æquitatis Septemviros ad Senatuſconſultum condendũ excitavit, quo ſtatueretur, Imperium Romanum ſacroſanctum, & proprium Dei munus nulli hominum eſſe obnoxium. Septemviralibus Comitijs ritè lectum, Regem Cæſaremq; jure quoque optimo eſſe, Romani Pontificis approbationem, conſenſum confirmationemq;, ut pompas arbitrarias ad ſummam rei & conciliationem Majeſtatis non pertinere.

Cæterùm in vita Bonifacij VIII Pontificis Romani ita ſcribit Papirius Maſſonus l. 5. p. 262. 263. Sunt iræ Regum plusquam leoninæ, præſertim cum graves eos cauſę impellunt, ut Philippum videntur impuliſſe, cùm Bonifacius non Galliæ ſolum, ſed mundi Dominum, ut Antonini verbis utar, ſe eſſe prædicaret, Pontificiaque autoritate in perniciem abuteretur. Igitur cũ anno milleſimo treceenteſimo ex omni ferme Europa con-

concurſus Romam factus eſſet, pietatis cauſa, ob conſequendam à mortalibus delictorum ſuorum liberationem, Bonifacii juſſu publicatam, accidit anno inſequente ut peſtifera orbi terræ diſcordia inter illum ac Philippum regem exoriretur, cum Bonifacius, ut ante dixi, mundi Dominum ſe diceret; Philippus moneret, ne eo loquendi genere in perniciem regni ſui uteretur. Cum id facere recuſaret, vetuit pecuniam è Gallia Romam deferri: admonitus ab Epiſcopo Romano ut interdictum ſolveret, mutare ſententiam noluit, nunciumq; Galliæ finibus ſtatim excedere juſſit. Tunc Bonifacius ſententiæ in regem regnumq; ferendæ conſilio omnes regni antiſtites, Theologoſq; & Juriſconſultos celeberrimos, ut Romam proficiſcerentur, publicè citavit. Verùm à rege ne id facerent, impeditum eſt, ipſeque ad futurum Concilium provocavit adverſus Bonifacium, quaſi hæreſis reum, appellationemque & capita in Bonifacium ſcripta, Lutetiæ in templo Virginis pronunciari per Petrum Flotam Conſiliarium juſſit. Irritatus illo facto Bonifacius plures Galliæ antiſtites exauctoravit. At verebatur Philippus, ne quas diras in ſe regnumque ſuum Pontifex jacularetur, itaque in finibus regni ſtationem cuſtodum poſuit, qui prætereuntes excuterent, ne quam hujuſmodi ſententiam ſecum ferrent. Interim Guilielmum Nogaretum Equitem anno milleſimo trecenteſimo ſecundo in Italiam miſit, ut conatus Bonifacii inſigni audacia reprimeret.

*Mercurius Italicus* D. Henrici à Pflaumern p. 299. Imperatorum dono Pontifices urbis Imperium accepere, tenentq; hodie.

Concludimus exercitium hoc acroamate Iſidori Peluſiotæ ita li. 2. Epiſt. 246. ſcribentis: Apoſtolorum tempore nulla erant templa. Et: Ego verò, ſi mihi optio daretur, temporibus illis fuiſſe mallem, in quibus templa quidem non perinde ornata erant, Eccleſia autem divinis ac cœleſtibus gratijs undique cincta & redimita erat, quàm his noſtris, in quibus templa quidem omnis generis marmoribus cohoneſtata ſunt, Eccleſia autem ſpiritualibus illis gratiis nuda & vacua eſt.

## De Idololatria.

*Æneas Silvius* Epiſt. 109. p. 143. Qui creaturam Deo præponit, Idololatra eſt.

*Pag. 318.* JOhannes Damaſcenus in vita Sanctorum Barlaami Eremitæ & Joſaphati Indiæ Regis apud Heribertum Roſvveidum, Idololatrarum amentiam ita quondam deſcripſit: Non vos pudet, miſeri, atq; ignis ſempiter-

piterni cibus, Chaldaiciq; generis similitudinem gerentes, non vos, inquam, mortuas statuas, humana manu extructas adorare pudet? Cœlum enim lapidem aut lignum aut fabrili arte politum, Deum nuncupatis: ac dein eximium taurum, aut aliud fortassè ex pulcherrimis cujusque generis animantibus assumentes, mortuo numini, qua vęcordia estis, immolatis. Atq; victima Deo tuo præstantior est. Nam illum homo elaboravit, Deus autem animal procreavit. Ac propterea etiam brutum animal te, qui ratione præditus es, prudentia & sagacitate antecessit: illud enim eum, à quo alitur, novit: tu contra ejus, à quo ex nihilo productus es, cujusq; beneficio vivis & conservaris, ignoratione laboras. Ac Deum appellas, quem paulò ante ferro verberari, atq; igne conflari, & malleis tundi videbas, quem argento atq; auro cinxisti, atq; à terra in altum sustulisti, proptereaq; in terram abjectus, abjecti lapidis abjectus es adorator, non Deum adorans, sed mortua, & animæ expertia manuum tuarum opera. Imò verò ne mortuum quidem æquum est simulachrum appellare: verum novum quoddam ac tanta amentia dignum nomen excogitare par est. Nam lapideus comminuitur, testaceus confringitur, ligneus corrumpitur, æreus rubigine inficitur, aureus & argenteus conflatur. Quin et Dii tui partim exiguo ac vili, partim summo pretio venduntur. Neq; n. ipsis divinitas, neq materia pretiū dat. Atqui Deū quisnā emere aut vendere queat? jā quonā pacto Deus appellatur qui motus expers est? an non illud cernis, nec eum, qui stat, unquā sedere, nec eum qui sedet, unquā stare? pudeat te, ô vęcors! manum ori appone, ô stulte, qui res hujusmodi laudas. Etenim in veritate aversus falsisq; picturis deciperis, atq; in fraudē induceris, statuas videlicet effingens, rebusq; manu tua effectis, Dei nomē attribuis. Respice miser, atq; illud intellige te Deo absq; te facto, antiquiorem esse, cujus tandem furoris ista sunt? Hoccine tibi persuasisti, te, cum homo sis, Deum efficere posse? Qui tandem istud fieri queat? quocirca non hominem efficis, verùm hominis aut cujuspiam animantis formam, non lingua, non faucibus, non cerebro, aut una aliqua interna parte præditam: ac proinde ne hominis quidem aut animantis similitudo est, sed inutilis quidem res, ac vanitatis plena. Quid igitur rebus sensus expertibus blandiris? quid mente carentibus & inanibus assides? nisi Latomi aut architecti aut malleatoris ars adesset, Deum non haberes. Nisi custodes præstò essent, Deum tuum amisisses. Nam quem postea stolidorum hominum copiosissima urbs tanquam Deum, ut ab eo custodiatur, obsecrat,

*Sacrificulus in Papatu, est creator creatoris sui.*

cum eo ipso pauci custodes ne surripiatur, remanent. Ac siquidem ex argento vel auro constet, diligenter custoditur: si autem ex lapide, aut argilla, aut alia quadam viliori materia, seipsum custodit. Ita de vestra sententia valentior est is, qui ex argilla, quam qui ex auro conflatus est. An non igitur optimo jure vos stultos & cæcos ac stolidos homines irridere, vel potius luctu prosequi possumus? quippe opera vestra furorem potius, quam pietatem redolent. Nam qui rei militari studet, statuam ad militaris speciei similitudinem expressam, ac certo loco positam, Martem nuncupat: qui autem mulierum amore ad insaniam usque flagrat, animæ suæ cupiditatem pictura informans suum Deum efficit, Veneris scilicet nomine eum appellans. Alius rursus temulentiæ suæ causa, efficto simulachro constituerunt. Ita Ethnici interdum in eum errorem inciderunt, ut Soli, Lunę, & sideribus, nempe quibus neq; pulchrius quidquam, neq; salutarius cogitare poterant, divinitatem tribuerent. Deinde à cœlo delapsi, Deum in terrenis sordibus, & impuris voluptatibus, in monstris horrificis inquirere & investigare cœperunt, atq; tandem impurissima religione constituta, finem ulterius progrediendi sibi statuendum esse decreverunt, quasi jam fuissent id, quod ardentissimè concupierant, felicissimè consecuti. Itaque vero Deo furenter & impiè neglecto tanta dementia vexati sunt, ut etiã flagitijs, horrificis monstris & quadrupedum & serpentium simulachris immolarent, & furias etiam atque adeò feritatis sempiternæ truculentiam, honoribus divinis afficerent. Alij ignem pro numine colebant, quem appellabant Vulcanum: alij æthērem sive aërem, quem nuncupabant Jovem aut Junonem, alij aquã, quem Neptunum nominabant, alij gyrum stellarum, qui à diversis figuris animalibus positiones & cursus distribuebant astrorum: alij Solem pro Deo venerebantur, quem Phœbum seu Apollinem vocabant: Alij Lunam, quam Dianam vocitare solebant: tali enim errore decepti, virtutem Omnipotentis Dei falsis figmentis suis adscribebant, ut quidã poetarum gentilium tribus versibus ita terminaret, dicens:

*Tot numero taliqne Deus simulachra figuris*
*Imposuit cœlo, perque atras sparsa tenebras*
*Clara ruinosæ jussit dare lumina nocti.*

*Rabanus Maurus* Tom.3.p.383. Quod si neq, cœlum, neque terra, neque mare, quæ mundi partes sunt, Dii esse possunt, ergo nec mundus quidem totus, Deus est.

Hinc

HincGregorius Nazianzenus Orat. 39. in S. lumina p. 602. Idololatræ ſunt execrabiliores ob eorum, quæ venerantur atque adorant vilitatem, ita ut minus quoque ſenſus habeant, quàm ipſa ſua numina, tantumque ea ſtupore ac væcordia ſuperent, quantum ab iis, quæ adorant, vilitate ſuperantur. Idem definit Idolorum cultum adorationisque à creatore ad creaturas translationem.

Orat 38. in Chriſti nativitatē p. 590. Ethnici ſapientiores, non ipſas imagines, ſed Deum in imaginibus coluerunt: ita enim *Arnobius* inducit gentes loquentes l. 6. p. 120. Sed erras & laberis, nam neque nos æra, neque auri, argentique materias, neque alias, quibus ſigna confirmant, eas eſſe per ſe Deos, & religioſa decernimus numina, ſed eos *in his* colimus Deos, per ſimulachra veneramur.

Jam ergò breviter diſpiciamus, an Pontificij Idololatriam induxerint? audite, judicate.

*Iſidorus Hiſpalenſis* l. 8. Originum c. 10. p. 69. Idololatria, Idolorum ſervitus ſeu cultura interpretatur. Nam λατρεία Græcè, Latine ſervitus dicitur, quæ quantum ad verā religionem attinet, non niſi uni & ſoli Deo debetur. Hanc ſicut impia ſuperbia ſive hominū ſive dæmonū ſibi exhiberi vel jubet vel cupit, ita pia humilitas vel hominū vel angelorum ſanctorum ſibi oblatam recuſat, & cui debetur, oſtendit: idolum autem eſt ſimulachrum, quod humana effigie factum & conſecratum eſt, juxta vocabuli interpretationem: Εἶδος enim Grecè formam ſonat, & ab eo per diminutionem Idolum deductum, quod apud nos formulam facit. Igitur omnis forma vel formula idolum ſe dici expoſcit. Inde Idololatria omnis circa Idolum famulatus & ſervitus. Quidam verò Latinè ignorantes Græcè imperitè dicunt Idolum, ex dolo ſumſiſſe nomen, quod Diabolus creatura cultum divini nominis invexit.

*Baſilius Magnus* epiſt. 74. pag. 458. Idola appellatione Dei denominat.

In epiſtola prima Canonica p. 495. debes Idololatras hic intelligere præſtigiatores: Chriſtiani enim, qui Idolis ſua ſponte ſacrificarunt, debent tota vita pœnitentiam agere.

*Gregorius M.* Tom. 4. l. 7. Indictione ſecunda, epiſt. 54 p. 271. Scio quidem, quod imaginem Salvatoris noſtri non ideò petis, ut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filij Dei, ut in ejus amore caleſcas, cujus te imaginem videre deſideras, & nos quidem, non quaſi ante divinitatem ante il-

te illam imaginem prosternimus, sed illum adoramus *per imaginem*, aut natum aut passum, sed in throno sedentem *recordamur*.

Possevinus Bibliothecæ selectæ l.11. p.456. Unde Christiani non colunt, neq; adorant Imagines credentes *in eis* virium, aut potestatis aliquid inesse, sed adorant & venerantur Deum ipsum & Jesum Christum, filium eius in cruce & aliis imaginibus adumbratum: & crucē ac cæteras imagines colunt & venerantur, ea ratione, qua figuræ sunt, nobis Deum & Jesum Christum ejus filium referentes.

Pari ratione Concilium Tridentinum sess.25. de sacris imaginibus p.202. loquitur: Imagines porrò Christi & Deiparæ Virginis, & aliorum sanctorum in templis præsertim habendas & retinendas, eisque debitum honorem & venerationem impertiendam, non quod credatur inesse aliqua in ijs divinitas vel virtus propter quam sint colendæ, vel quod ab eis sit aliquid petendū, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à gentibus, quæ in Idolis spem suam collocabant, sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illas repræsentant, ita ut per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus, Christum adoremus, & sanctos, quorum illi similitudinem gerant, veneremur.

Quis autem honor sit debitus Imaginibus Christi, Deiparæ, sanctorum, nec Concilij Tridentini Patres, neque Præses & Judex Pontifex Romanus determinare ausus est: sed Jesuitæ (oculi mentis Papæ) nobis reliquerunt.

Ita autem scribit *Bellarminus* de imaginibus sanctorum l.2. c.20. p. 328. secunda opinio est, quod *idem honor debeatur Imagini & exemplari*, & proinde Christi imago sit adoranda cultu Latriæ: B. Mariæ, cultu hyperduliæ, sanctorum aliorum cultu duliæ. Ita Alexander, B. Thomas, Cajetanus, Bonaventura, Marsilius, Almain Carthusianus, Capreolus.

*Anno 1612* Bellarminum sequuntur Jesuitæ cæteri, Suarez, Gregorius de Valentia: ante Jesuitas Synodus VII. p.455. editionis Romanæ. Constantinus Episcopus Constantiæ Cypri statuit, se amplecti honorabiliter sanctas & venerabiles imagines & latriam, id est servitutem soli consubstantiali & vivificæ Trinitati debitam, impendere.

Quicquid universale Concilium decernit, illud pro indubitato est tenendum.

Imagines Christi τῇ λατρείᾳ colendas esse universale Concilium

VII. de-

VII. decrevit, teſtimonio & approbatione Conſtantini Epiſcopi Conſtantiæ Cypri.

Ergò, imagines Chriſti τῇ λατρείᾳ eſſe colendas pro indubitato eſt tenendum.

Quantò verò rectiùs Conſtantinus Imperator, teſte Sozomeno lib.2.cap.3.p.250. Cum initio gentilis eſſet, poſtea tamen Chriſtianus factus, quanquam omnia alia religionis noſtræ inſtituta probabilia optabat, ſanctam tamen crucem ſalutis omnium cauſam, οὐ προσίετο, adorare nolebat.

Quin etiam clavos, quibus Chriſti manus cruci affixæ erant, Conſtantinus conſecutus in fræna curat & galeam fabricandos, illisq; in bello gerendo utitur.

*Socrat. l. 1. c. 13. p. 527.*

Imperatoris mater, cum id, quod erat in optatis, ad hunc modum didiciſſet, clavorum partem in Imperatoris galeam artificioſè includendam curavit, quo capiti filii conſuleret, & hoſtium tela depellerentur: partem equi illius freno admiſcuit, quo Imperatorem tutum ac ſecurum redderet. Idem habet Sozomenus lib.2.c.1.p.227.

*Theodoret. l. 1. c. 18. p. 34*

Si Conſtantinus M. fuiſſet benè inſtitutus Catholicus tum ſingulis diebus, quibus in equum aſcenderat, frænum ac galeam ſuam latriâ coluiſſet, quia typus & antitypon eodem genere latriæ coli debent, teſte D. Thoma & Schola patrum Soc. Jeſu.

*Iacobus Simanca*, Epiſcopus Hiſpanus in Catholicis Inſtitutionibus tit.32. de Idololatria p. 246. Eſt Idololatria, inquit, cultus Deo debitus creaturæ exhibitus, vel eſt honor divinus exhibitus creaturæ repræſentatæ per aliquam ſenſibilem formam ſeu figuram, quæ dicitur Idolum.

*Romæ 1575*

Neq; tantum committitur cum ſimulachra coluntur, ſed etiam cum creaturæ loco creatoris divino cultu honorantur. Hoc autem peccatum in Exodo maximum eſſe dicitur: quia ſicut in terrena Republ. graviſſimum eſt, regium honorem alteri, quàm vero Regi impendere: ſic maximum crimen eſſe videtur, ſi quiſpiam divinum honorem exhibeat creaturæ, quæ quantum in ſe eſt, alium Deum facit, & minuit principatum veri Dei, & *exæquat creaturam Creatori*: ex Origene, Tertulliano, Alexandro ab Ales, Thoma Aquinate 2.2.q 95.p.248.

Idololatræ, lege divina Vet. Teſt. pœna mortis coercebantur, Exod. 22. Deut. 17.

Eadem veneratio exhibenda est imagini, quæ sanctis ipsis, Honor siquidem imagini exhibitus, ad prototypum refertur. Et qui adorat imaginem, adorat & sanctum illum, cujus forma & figura est imago.

Bellarminus de Ecclesia triumphante lib.2.cap.24.p.331. Ergò æque colitur creatura, atq; ipse Deus, quæ rectè idololatria est. Nam Idololatria non solùm est, cum adoratur idolum relicto Deo, sed etiam cum adoratur idolum simul cum Deo.

Chrysost. in 1. ad Corinth. Orat.16. Tom.4. p.403. Idololatræ quidam ex dimidia parte eligunt impietatem ut Samaritani.

*Tom.4. ad Rom. hom. 7. p.51.*

Varii autem sunt Idololatriæ modi: & hic quidem Mammonam sibi Dominum, alius autem ventrem sibi Deum facit, alius aliam concupiscentiam perniciosiorem, at non ipsis sacrificas boves, quemadmodum gentiles? Sed quod multò pestilentius est, tuam ipsius animam pro victima offers: at genua non flectis, nec adoras? sed magis audiens dicto es, si quid præceperint, & venter & aurum, & concupiscentiæ, id genus alterius tyrannis: quando & gentiles hoc nomine execrabiles sunt, quod hominum affectus, Deos effecerunt: Concupiscentiam Venerem: Iram Martem: Ebrietatem Bacchum appellantes. At non Idola sculpis illorum exemplo? Verum majore cum animi studio, te ipse iisdem illis animi morbis submittis: quæ Christi membra sunt, ea meretricis membra efficiens, cæterisq; sceleribus coinquinans. Ob quod obsecro, absurditatis hujus magnitudine pensitato, Idolorum cultum ut devitemus. Sic enim Paulus avaritiam appellat, nec pecuniarum tantùm cupiditatem immoderatam, sed & appetentiam omnem malam, tum in vestium, tum in mensæ apparatu, denique rebus in cæteris: siquidem graviores certè quàm reliqui pœnas luituri sumus, nisi Domini legibus obtemperaverimus.

Chrysost. tom.2. in Matth. homil.20. p.804. Sicut sancti domus facti sunt Christi, ita & impii domus sunt inimici, ædificati autem fuerant super arenam, id est, super inconstantiam infidelitatis. Si enim constantia fidei dicitur petra, rectè & inconstantia infidelitatis arena vocatur, i.e. Idololatria, quę per varias idolorum culturas semper dispersa est, aut certè super arenam, i.e. super carnales homines ac infideles.

To.5. ad populum Antiochenum hom. 66. p.369. Sic idololatria principiũ cepit, cũ homines nimię supra meritũ haberentur admirationi:

ita

ricâ tertium decimum Deum esse putavit Alexandrum Romanorum Senatus. Hic enim hanc habebat potestatem Deos creandi & decernendi. Cum igitur ei omnia Christi opera renunciata fuissent, misit gentis princeps interrogatum, an eis videretur, ut ipse Deus decerneretur. Illi verò non annuerunt, indignantes & ægrè ferentes, quod ante decretum & sententiam suam effulgens, Crucifixi virtus omnem terrarum orbem in sui traxisset venerationem.

*Pilatus,*

Antidotarius Animæ de Veronicæ Sudario, pag. 126. b.

*Salve sancta facies nostri Redemtoris*
*In qua nitet species divini splendoris*
*Impressa panniculo nivei candoris*
*Data* Veronicæ *signum ob amoris.*
*Salve decus seculi, speculum Sanctorum*
*Quod quidem cupiunt spiritus cælorum*
*Nos ab omni macula purga vitiorum*
*Atque nos consortio junge beatorum.*
*Salve vultus Domini imago beata*
*Lumen funde cordibus ex vi tibi data*
*Et à nostris sensibus tolle colligata.*
*Salve robur fidei nostræ Christianæ*
*Destruens hæreticos, qui sunt mentis vanæ*
*Horum auge meritum, qui te credunt sane*
*Illius effigie,* qui rex fit ex pane.
*Salve nostrum gaudium in hac vita dura*
*Labili & fragili cito peritura*
*Nos deduc ad propria. ô felix figura*
*Ad videndum faciem, quæ est Christi pura.*

In libro sacrarum Ceremoniarum primo, sectione 7. pag. 37. legimus Urbanum V. Pontificem Maximum misisse ad Imperatorem Græcorum tres Agnus Dei, cum versibus infra scriptis.

*Venetiis 1516.*

*Balsamus & munda cera cum Chrismatis unda*
*Conficiunt agnum, quod munus do tibi magnum*

*Fonte*

*Fonte velut natum per mystica sanctificatum.*
*Fulgura desursum depellit omne malignum,*
*Peccatum frangit, ut Christi sanguis & angit.*
*Prægnans servatur simul & partus liberatur,*
*Dona defert dignis, virtutum destruit ignis,*
*Portatur mundè, de fluctibus eripit unda.*

Inde sic argumentamur.

Quicunque credit *Agnum Dei*, divina vi pollentem, fulgura depellere, peccata crimina frangere & angere, prægnantem servare, partum liberare, munera ferre dignis, destruere virtutem ignis, & de fluctibus demum undæ eripere, is est Idololatra.

Urbanus V. credidit Agnum Dei, divina vi pollentem, fulgura depellere, crimina peccata frangere & angere, prægnantem servare, & partum liberare, munera ferre dignis, destruere virtutem ignis, & de fluctibus demum undæ eripere.

Ergò Urbanus V. est Idololatra.

*D. Eccius* Dominica III. Quadragesimæ p. 380. Ubi notabile hoc est: quod quemadmodum nulla fuit ante diluvium Idololatria ita aliquando desitura est tota, quamvis nunc quoque ex bona parte cessavit, quando jam nec Turcæ, nec Persæ sunt Idololatræ: siquidem Æthiopes & Turcæ non adorant Mahometem suum pro Deo, sed magno amico & Propheta Dei.

Bellarminus de Christo l. 1. c. 8. p. 105. Post adventum Messiæ exterminandam Idololatriam.

Gregorius de Valentia sentit genuinam esse hanc rationem Idololatriæ, creaturæ divinum habere honorem, sicut Deo. Infelicia veterum Patrum ingenia, quorum hæsitantia non vidit pro uxore in alieni viri complexibus jacente, responderi posse hanc esse genuinam rationem adulterii, obsequium conjugale præstare alteri sicut conjugi. Quippe si negasset illa obsequium conjugale alteri hac mente præstitisse, ut pro marito eum haberet, dixissetque suam sententiam fuisse, ut ex ipso memoriam mariti renovaret, ut liberos susciperet in mariti gratiam, quemadmodum viro talem conjugem habenti, quidam apud Juvenalem dicit:

*Satyra 9.*

*Nullum ergò meritum est ingrate, aut perfide, nullum*
*Quod tibi filiolus vel filia nascitur ex me?*

firmissi-

firmissimo argumento absterfisset sibi & alteri eam labem, quam utriq; immerito aspergit Juvenalis, dum hunc adulterii nomine traducit, illam mœchæ, & omnem oblectandi calumniandique ansam accusatoribus præcidisset.

Proinde omnes imagines, quæ divino honore coluntur sunt idola.

Vitulus Aaronis aureus fuit imago veri Dei.

Vitulus Aaronis fuit idolum.

Ergò quoddam idolum est imago veri Dei.

Exod.32. Actor.7.v.41. Vitulum fecerunt per illos dies, obtulerunt sacrificium Idolo.

Testatur Michæ simulachrum libro Judicum c.17.v.5.&18.v.31. quod Hebraicè dictum תרפים & פסל in vetere vulgata versione Latina idolum nuncupatur.

Testantur duo vituli Danis & Bethelis, in Regum historia & Hosea, quos Græci quo Interpretes, non Latinus modò nominant idola, 1.Reg.12.v.28.Hose.4.17.&13.2.&14.9.

Præclarè Augustinus Tom.6. contra Faustum Manichæum l.20. c.5 p.251. Pagani ea colunt, quæ sunt, sed pro Diis colenda non sunt. Quæ sunt, id est subsistunt in natura rerum, substantiam veram habent, ut homines mortui quorum corpora in pulvere terræ dormiunt: animæ piorum in paradiso sunt, impiorum in carcere, sed quæ pro Diis colendæ non sunt, existimationis & gloriæ Deo debitæ qualitatem sibi adjunctam non habent, ut docuerunt Apostoli. Paulus & Barnabas, cum ipsos, qui erant populus Lystrensis pro Diis, quales non erant, colere instituerent.

*Actor.14.*

Labitur ergò Augustinus, quando Tom.4. scribit in quæstionibus super Judicum cap.14. pag.219. Idolum esse simulachrum Dei falsi & alieni.

Hinc Ariani rectè à Catholica Ecclesia Idololatræ appellati sunt, quod Christum creaturam esse affirmantes, non Deum (sicut loquitur Scriptura) manifestatum in carne, divino tamen cultu eum venerentur.

*1. Timoth. 3 v.16.*

Et quoniam Nestorius divinum cultum Christo deferebat, quem merum hominem esse volebat, non Deum, Anthropolatrarum nomen Nestorianis tributum à S. Patribus Nicæna illa Synodus sic probat, ex-

plicatque ut dicat, se fidenter anathematizare Nestorii Idololatriam in homine. Quid igitur? an Christum quando ab hæreticis pro Deo ipsum non habentibus colitur ut Deus, Idolum jure nuncupat Synodus Nicæna? Imagines verò Christi quando quæ Dii non sunt, & Deorum instar honorantur, idola nuncupandas, non absurdissimum sit, si neget?

*Omnis imago, quæ religiosè colitur, est Idolum.*

Quia verò adversarii nostri, Imagines N.T. religiosè cultas, negant esse Idola, & psalmistæ dictum malè detorquent: igitur imagines Christi, B. Virginis & Sanctorum, os habentes, loquentur, oculos habentes, videbunt, aures habentes, audient? Verùm experientia reclamat: proinde verum, non tantum simulachra gentium, sed etiam imagines Christianorum esse aurum & argentum, & testimonio Chrysostomi in Psalm. 136. pag. 504. ex editione Frontonis Ducæi Soc. Jes. primum quod simulachrum, secundum quod inanima & surda materia. Tertium quod hoc ipso quod sunt simulachra, non solùm ex seipsis habent parvitatem & imbecillitatem, suntque vilia & abjecta, sed etiam ex hominibus. Quocirca subjunxit etiam, opera manuum hominum, quod quidem est maxima reprehensio eorum, qui illa colunt.

*Actor. 17.*

Chrysost. homil. 76. de anathemate p. 912. O miraculum, O paterna viscera piè colere dicit Apostolus Græcos & Idololatras quamvis impiè colentes. Quare? quia ut pii & verè religiosi cultum suum verè perficiebant Deum se colere putantes, cum hos sibi persuasissent. Νὺξ αὐτοὺς εἶχε πυκνοτάτη τὸν κτίστην ἔβλεπον καὶ τοῖς κτίσμασι προσεκύνουν: altissima nox illos oppressos tenebat cum creatorem cernerent, & res creatas adorarent, eodem Chrysostomo teste Homil. 69. in SS. Petrum & Paulum p. 859.

*Rabanus Maurus* Tom. 3. in librum sapientiæ, p. 384. Quicquid de Idolis dictum est referri, & ad Hæreseos Principes, qui simulachra dogmatum suorum atque artifici corde componunt, & venerantur ea, quæ à se sciunt esse simulata, nec sufficit eis error proprius, nisi simplices quosque eorum ab oratione deceperunt, & qui quæstum putant esse pietatem & devorant domos viduarum, abutentesque vulgi imperitia; ita *arte Dialectica* quasi ascia tereti & lima & runcina formant Deum suum, & cudunt malleo atque inaurant sermonis Rhetorici venustate,

venuſtate, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum.

*Ephem Syrus* tom. 3. de pœnitentia p. 567. Pœnitentiam agis? Fuge divinationes, auguria, obſervationes atque vaticinationes. Cum & iſtæ ſint partes Idololatriæ, quippe in quibus conjecturaliter vaticinia & & divinationes exercentur. Idololatria pudicitiæ violatrix eſt, teſte Adamo Contzen politic. l. 3. c. 12 §. 2. p. 141. *Coloniæ 1603.*

*S. Theophilus* Epiſcopus Alexandrinus, epiſtola paſchali II. contra Originem p. 145. Chriſtus Magorum præſtigias ſuo delevit adventu. Reſpondeat novæ impietatis aſſertor, imò apertè audiat: ſi non eſt malum ars magica, non erit malum & Idololatria, quæ artis Magicæ viribus nititur. Quòd ſi malum eſt Idololatria, malum erit & ars Magica, ex qua ſubſiſtit Idololatria. *Biblioth. SS. Patrum Tom. III.*

Magnum eſt igne materiali perire: idololatræ æterno igne peribunt, teſte Johanne in Apocalypſi c. 21. v. 8. Timidis & incredulis & veneficis & *Idololatris*, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda c. 22 v. 15 foris canes & venefici & impudici & *Idolis ſervientes*, & omnis qui amat & facit mendacium.

Concludamus hanc verbis Euſebii de laudibus Conſtantini Magni, & Pontificios ad ſaniorem mentem revocemus. Illi quidem qui cultum fabricatoris mundi, & univerſarum rerum moderatoris Dei ad res ab eo procreatas tranſtulerint, & Solem, Lunam, cæteraſque mundi partes, atque adeò prima elementa, terram, aquam, aërem, ignem, τῇ ἴσῃ προσηγορίᾳ, pari veneratione, cum eorum effectore & opifice obſervarint, reſque iſtas appellarint Deos, quæ nec extitiſſent unquam, neque eſſentiam nomenvè habuiſſent, niſi verbo Dei, quo mundus conditus eſt, in lucem editæ fuiſſent, perinde mihi feciſſe videntur, atque hi qui architectum magnificorum operum, quæ in regia cernuntur, contemnunt, & tecta, muros, picturas quoque in iiſdem magna colorem, & opificii varietate colluſtratas admirantur, illiſque ipſis tum honorem artificis, tum nomen attribuunt, cum æquum & conſentaneum ſit non rebus illis ſub aſpectu ſubjectis, ſed ſoli earum architecto cauſam admirabilitatis adſcribere, & multiplicia eſſe ſapientiæ opera confiteri, eumque ſolum ſapientem, qui tam multis operibus ut tales ſint, cauſa & autor exiſtat. Quin etiam illi nihil à pueris admodum infantibus differre videntur, qui lyram ſeptem chordarum, inſtrumentum ſuavem *Pag. 420.*

planè concentũ fundens, admirantur: compoſitionis autẽ, quæ in eo cernitur, inventorem & artificem minimè propter ſapientiam ſuſpiciunt: aut qui neglecto duce qui in bello gerendo victoriæ autor fuit, haſtam & ſcutum triumphalibus coronis decorare ſtudent, aut qui in civitate forum, plateas, ædificia, templa inanima & gymnaſia pari honore afficiunt, cum potente Rege, qui tam illuſtrem & regalem autoritatem condiderit: præſertim cum non columnas, neque lapides, ſed ſapientem conditorem, qui tale opus conſtruendum & præclaris inſtituendum legibus curaverit, ſuſpicere venerarique oporteat. Eodem modo illi, qui hoc univerſum oculis corporeis contemplantur, non Soli neque Lunæ, neque ulli alii corpori cœleſti cauſam illius debent attribuere, ſed hæc omnia Sapientiæ opera confiteri: horum effectricem & opificem celebrare, cum honore & cultu proſequi, aliis rebus univerſis præponere, & ex iſtarum rerum aſpectu, ſummum omnium moderatorem Dei verbum, quod non amplius oculis corporis cerni poteſt, ſed ſola mente ſincera ac pura percipitur, cum omni animi affectione ac ſtudio divinis laudibus amare, ſanctęque & auguſtè colere. Nam nemo aliquando ſapientis & periti vel oculos, vel caput, vel manus, vel pedes vel reliquas partes, quæ in humano corpore hærent, ſapientes dixerit: tantum abeſt, ut pallium, quo circumveſtimur, aut demum ſupellectilem, aut alias res ad uſum neceſſarias ſapientes appellant, ſed prudens quisque mentem ab oculis & aſpectu ſecluſam admirari & ſuſpicere voluerit.

οἱ ἐπιτιμῶντες.

Quicunque ergò in cardine ſalutis, æquales vel etiam majores partes tribuit creaturæ, quàm creatori, is eſt idololatra.

Neo Catholici Romani in cardine ſalutis, æquales partes B. Virgini, vel etiam majores, quàm Chriſto tribuunt.

Ergò Neo-Catholici Romani ſunt Idololatræ.

Major eſt αὐτόπιστος.

Minor probatur ex Johanne Oſorio tom. 4. p. 530. Chriſtus in Calvario, Maria immolabat animam.

Quantò igitur præſtantiores & perfectiores paſſiones ſunt animæ, quàm corporis: tantò B. Virgo in cardine ſalutis præſtantiores & perfectiores generi humano exhibuit, quàm Chriſtus, cui corporales tribuuntur.

Videat ergò Eccleſia Catholica in toto mundo diſperſa, quid Sa-

tanas

tanas in passionibus Christi extenuandis tentet. Si hoc non est novam fidem introducere, nescio quid nova sit fides, quid nova religio.

Imò ipsa benedicta Virgo animam suam in passione Filii crucifixi cum Filio, & sic duas animas obtulit.

Mariale Bernhardini de Busto part. 4. serm. 2. de virtutibus Mariæ §. 10. p. 193. editionis Haganoensis 1513. Sed ô Virgo gratissima, num tu aliquid fecisti Deo: numquid vicem ei reddidisti? profectò, si fas est dicere, tu secundum quid *majora fecisti Deo quam ipse Deus tibi* & universo generi humano. Mariale part. 6. serm. 2. de Annunciat. Mariæ §. 5. p. 393.

Idem Mariale part. 3. serm. 6. de nominatione Mariæ, considerat. 1. p. 175. Filius quoque Dei inquit Esa. 63. torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum, quasi dicat, solùm Mater mea mihi verè compassa est.

[illegible]

---

## An cum Conciliis Pontifex Romanus in fide possit errare?

Johannes Franciscus Mirandula de Fide & ordine credendi theorem. 4. Argentorati 1506. 22. Decemb. p. 5. b. Ad Julium II. Pontif. Max.

REstiterunt alii, affirmantes errare posse Concilia, & jam errasse, ut Ariminense illud, tam celebriter damnatum, Ephesinum quoq; secundum. Item Constantinopolitanum illud de ponendis Imaginibus, sed & Aquisgranense, cujus sententiæ de matrimonio raptæ, Hieronymi determinatio præponitur. Præterea si hæc aberraverunt, alia quoque errare posse dicunt, qua de re fatentur nonnulli, Concilia ea sive universales Synodos, in quibus auctoritas Pontificis summi non præsidet, errare posse, non autem ea, quibus intervenit. Instât illi ex adversa, Ephesinum secundum legitime fuisse congregatū, Præsidentibus etiam Legatis Pontificis, nihilominus in eversionē fidei agitatū, & in ejus correctionem ab Leone Pontifice Chalcedonensem Synodū institutam. Rursus quia dari remedia videntur, dum Concilia discrepant, cui videlicet standum, adhærendum,

quod magis innuitur, ajunt, & apertè etiam ſignificatur, aberrare Univerſalia Concilia poſſe, imò an priori poſteriorive magis innitendum, Auguſtinus ab Hilario, Leone, Iſidoro diſſentire videtur. Sed cum ſibi invicem contradicunt Concilia, alterum aberrare oportere, cum altera contradictionis pars vera neceſſariò ſit, altera falſa.

Quòd autem Pontifex ipſe errare in judicando poſſit, aſſeverantiſſimè à pleriſque pronunciatur: ajunt enim notiſſimum eſſe, Pontificem ſummum hæreticum fieri poſſe, & deponi à ſede. Addunt alij, ſtatim eum eſſe depoſitum, ubi hæreticus eſt, ſubduntque, Liberium Pontificem Arrianæ pravitati ſubſcripſiſſe, Marcellinum Idolis ſacrificaſſe, Anaſtaſium perniciosè aberraſſe.

Nihil autem obſtiterit, inquiunt, ut hæreticus quiſpiam factus, ſententiam ſuam defendere non poſſit, & aſſerere, & credendā tradere eò præſertim, quòd Hæreſis vitium, voluntatis obſtinationem includat.

Adde quod ſi quis ob metum, uti Marcellinus idolis ſacra fecit, alius quoque vel ob metum, vel aliam ob cauſam poterit adverſus Catholicum dogma ſententiam ferre, ſed & quandoque accidiſſe, ut, qui Præſes Eccleſiæ creditus eſt, jure non præſideat, aut præſidere omninò non poſſit. Olim enim prodit memoria, Fœminam Pontificem creditam, *& noſtro ſeculo* memini hominem quendam doctum, & moribus probatum, ſua etiam in religione honores conſecutum, qui conſuleret, quanquam non omninò publicè eum, qui Pontifex credebatur, Pontificem non eſſe ob id, quod priusquam à duabus Cardinalium partibus eligeretur, Pontificis officium exercuerat: cautum autem Eccleſiæ legibus eſt, hujuſmodi hominem tantum abeſſe ut Pontifex ſit, ut etiam ad Pontificatum ineptus & impotens habeatur, ut qui irrigato id eſt anathemati ſubjaceat.

Sed & alium *meminimus* Pontificem creditum & adoratum, quem tamen præſtantes viri putarent, nec Pontificem eum eſſe, nec eſſe poſſe utpote qui nullum Deum credens, omne infidelitatis culmen excederet, peſſimaque ejus opera in coëmundo Pontificatu, in omnigenis ſceleribus exercendis id ipſum teſtabantur: ſed & peſſima quoque dicta confirmabant. Namque faſſum eum, affirmabatur, domeſticis quibusdam, *nullum ſe Deum aliquando*, etiam dum Pontificiam ſedem teneret, crediſſe.

*Et alium audivi Pontificem* ſumum, qui vivens, familiari cuidam aperuerat, apud ſe animarum immortalitatem minimè creditam. Mortuus

suus verò eidem per vigiliam apparuit, divino judicio manifestans, se quam mortalem crediderat animam, immortalem tum maximo cum damno & perpetuis cum ignibus experiri.

## Alexandrum III Papam,

### Calcasse collum Cæsaris Friderici.

*Biderman. Agonist.* l.3.p.654. Multa condidit vetustas, quæ seram in lucem protrahentur: nec ideò tamen suspecta est illorum fides. Et decretum est Deo, suis quæq; temporibus in publicum proferre, alia alijs citius tardiusve.

Q. Scævola apud Valerium Maximum, ita sibi credi oportere cupit. si & alij idem asseverassent, quoniam unius testimonio aliquem credere, pessimi esset exempli. Et scriptura privata sine alijs adminiculis non sufficit ad probationem plenam inducendam

*lib. 4. cap. 1.*

*Codex lib. 4 tit. 14. p. 159*

Alexandrum autem III. pontificem Romanum calcasse collum Imperatoris Friderici Barbarossæ, Historici Græci & Latini scribunt, esse factum; Baronio autem, Spondano, Henrico à Pflaumern, Jacobo Gordono, Gretsero, Jesuitis est fictum.

Adducam ergò testimonia prudentium, gravium, constantium, cordatorum, rerum peritorum, in dignitate constitutorum, amantium pietatis & veritatis, sobriorum & integris sensibus præditorum.

*AVDITE, IVDICATE.*

JOHANNES STELLA Sacerdos Venetus, qui vitas ducentorum & triginta summorum Pontificum descripsit, de Alexandro III. ita loquitur. Alexander talibus & tam continuis circumdatus seditionibus, cum etiam Fridericus omnem ferè Romanæ Ecclesiæ ditionem occupasset, hortante Philippo Francorum Rege & Gulielmo Siciliæ Rege strenuissimo & potentissimo, in transalpinam Galliam contendit, ubi & in Claremonte Concilio habito Fridericum Imperatorem, ac Victorem Antipapam, cum eorum complicibus schismaticis anathemate notavit. Quapropter Fridericus turbatus, destructis Mediolano ac alijs compluribus Italiæ urbibus, è vestigio in Germaniam concessit. Mortuo autem apud Lucam Etruriæ urbe Victore Antipapa, Guido Cremonensis à seditiosis surrogatur & Paschalem appellant: interim Alexander ab ami-

amicis suis, Consulibus Romanis ex Gallia revocatus, Cisalpinæ Galliæ populi in libertatis spem eriguntur, contra Fridericum Imperatorem sævissimè imperantem arma suscipiunt, & ejus præsidia ex munitionibus ejiciunt: quo audito Fridericus rursus ex Germania cum magno exercitu in Ausoniam venit, & ulciscendo injurias, ut ipse dicebatur, occasionem nactus, in Romam urbem, rerum Dominam, bellum movet. Pro quo Pontifex ejus vires perhorrescens, post duram Urbis obsidionem, & horrendas utriusq; partis cædes, decimo septimo sui Pontificatus anno, coqui sumtis vestibus, eo in habitu Venetias profugit, & ad Divæ Virginis De charitate Monasterium paulò ante à Marco Juliano conditum profectus, ibidem ab accolis recipitur, & hortulo præficitur. Post aliquot verò menses, cum quidam nomine Commodus eum ibidem agnosceret, velut insensatus confestim ad Sebastianum Ziano, urbis Principem concurrit, & secretè significavit, in urbe Veneta adesse Pontificem Romanum, qui re cognita mox Senatum congregans, cum omni apparatu Pontificis diversorium accessit, compertoq; ibidem Pontifice Romano, in tali habitu despecto cum crucibus aliisq; solennibus ceremoniis ad D. Marci templum, cum omni gaudio & plausu primò perduxerunt, cumq; ibidem Pontifex ante altare ex more consedisset, inprimis ipsum Principem & Senatum, ac omnem populum benedixit: deinde Venetis omnibus gratias egit. Imperator verò audiens summum Pontificem Venetijs adesse, Ottonem filium suum cum armata classe ad reposcendum ipsum Venetias misit, cui Sebastianus princeps occurrens, factoq; congressu, ipsum superavit, & Venetias captivum perduxit. Otto autem ad Pontificem perductus, eo procurante, pax inter Pontificem & Imperatorem Patrem componitur. Altera verò, quæ secuta est, die, Fridericus Venetias venit, & pacem à Filio confectam, hoc modo approbavit, ut Roma, & quæ ditionis erant Ecclesiasticæ, summo Pontifici restituerentur, & quicquid pro perpetrata culpa injungeret, patienter perferret. Isto igitur fœdere inito, Alexander summus Pontifex confestim ad januas templi Divi Marci Evangelistæ accessit, & ibidem universo astante populo Imperatori jussit, ut se humi prosterneret, & veniam denuò expostularet. Quo facto Alexander Pontifex *Imperatoris collum pede comprimens* ait, super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem; at Fridericus, non tibi, inquit, sed Petro, cui Successor

ſores, pareo: & ſummus Pontifex reſpondit: & mihi & Petro. Ac ſic inter Imperatorem & ſummum Pontificem, pace compoſita, ipſe Imperator cum bona venia recedens, ſe Conſtantiam contulit, atq; etiam ibidem pacis fœdera cum omnibus Romano Imperio ſubditis percuſſit, quæ *pax Conſtantina* nuncupata eſt, ac pro lege habita apud noſtros allegatur. Abiens autem Venetijs ſummus Pontifex cum Guilielmo Siculi Regis triremibus 13. quatuor Venetis ob acceptum beneficium, quibuſdam gratiis & privilegiis Venetorum Ducem atq; Senatum exornavit. Et primò quidem funale candidum conceſſit, quod ſolis Pontificibus Romanis portandum conſuetudo eſt. Item quòd plumbo eorum epiſtolas ac privilegia ſigillare deinceps poſſent, quod tantum ſummis Pontificibus licitum erat. Tertiò eidem Principi umbrellam conceſſit, quod eſt ornamentum galero perſimile. Quartò Venetorum Principi etiam in theatro ſedem fieri fecit, cum prius duæ tantum in Papæ theatro ſedes erant, quarum dextram ſummus Pontifex, ſiniſtram verò Cæſar tenebat. Demum in aſcenſione Domini noſtri Jeſu Chriſti plenariam indulgentiam in templo Divi Marci Evangeliſtæ perpetuò duraturam conceſſit, quæ in præſens uſq; perdurat. Quintò ipſi Duci octo vexilla ſerica diverſorum colorum conceſſit & obtulit. Sextò deniq; cereum album eidem condonavit: quæ omnia in Palatio Divi Marci, arte ac ingenio gentilis Bellino nunc miro artificio depicta videntur.

Teſtis eſt Græcus *Gennadius*, in defenſione quinti capitis, quæ in Synodo Florentina continentur ſect. 6. p. 122. Quomodo Romanorum Imperator Alexandro Papæ inclinata cervice collum ejus pedi ſubmiſit, cum diceret, ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem: at ille reſpondit: non tibi, ſed Petro obedientiam exhibeo; & Pontifex, & mihi & Petro. *Roma 1578*

Teſtis Johannes Nauclerus, qui rem geſtam hiſce circumſtantiis exhibet: Altera, quæ ſecuta eſt, die, Fridericus Venetias venit, pacem à Filio confectam, hoc modo approbat, ut Romani & quæ ditionis erant Eccleſiaſticæ, ſummo Pontifici redderent, & quicquid ille pro perpetrata culpa, injungeret, patienter ferret. Iſto igitur fœdere Alexander Pontifex inito, confeſtim ad januas templi Divi Marci acceſſit, & ibidem univerſo aſtante populo, Imperatorem juſſit ut ſe humi proſterneret, & veniam denuò poſtularet. At ſummus Pontifex Imperatoris collum pede comprimens ait: ſcriptum eſt, ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, *Volu. 3 generat. 40. fol. 235.*

&conculcabis leonem &draconem: at Fridericus, nõ tibi, inquit, sed Petro, cui succeſſor es, pareo. Et Pontifex respondit, mihi & Petro. Ac sic inter Imperatorem & ſummum Pontificem pace compoſita, ipſe Imperator cum bona venia abijt. Vel ut Blondus ſcribit, poſtquam Pontificis pedes Imperator exoſculatus eſt, deinde ad altare majus ambo Principes ſe amplexati & exoſculati ſunt.

Pag. 206. Tum *Angelus Politianus*, in oratione Clarorum virorum ad Alexandrum Sextum, quæ non minus Alexandro VI. Pontifice Maximo nunc exultat, quam olim Alexandro III. Cive ſuo Romano item pontifice exultavit illo, qui Friderici Imperatoris veniam petentis cervicem pede calcavit.

Lib. 5. p. 205. Ad hæc *Papirius Maſſonus* de Epiſcopis urbis: Senæ humaniſſimæ totius Italiæ non protulerant quenquam Pontificiæ ſedi deſtinatum ante Alexandrum III. Rainutij filium. Is mortuo Adriano, cum eruditiſſimus & prudens eſſet (hæc enim elogia ei tribui video) ſediſque Romanæ Cancellarius, delectus eſt à majori parte Presbyterorum Cardinalium, ac pro Orlando Alexander dictus. Hanc electionem non probabant ij, qui elegerant Octavianum nobilem genere & Victorem appellatum, quòd ab eo vincendum Alexandrum forte ſperarent, ut Radericus narrat, & Octaviani epiſtolam & Canonicorum baſilicæ Petri operi ſuo intexens, & Cardinalium, qui ipſi favebant, itemque Alexandri epiſtolas. Sed aliter ſe res habuit: etſi Fridericus Cæſar ab Octaviano ſtetit adverſariorumque ejus nomen & cauſam pertinaciſſimè defendit. Quas ob cauſas plena autoritate Apoſtolicæ ſedis ſolennibus ceremonijs à Chriſtianorum communione procisus eſt, ut Reginæ Angliæ epiſtola ad Cœleſtinum III. tradit. Tandem poſt longas multorumque annorum diſſenſiones illas, Concordiæ ſinus apertus eſt, paxque data Eccleſiæ Romanæ ipſique Alexandro quies & tranquillitas optata. Quamobrem Venetorum Reſpub. laudanda magnoperè eſt: humaniſſimè enim Alexandrum exulem & Fridericum hoſtem excepit, Venetijſque de pace & Concordia actum eſt. Ubi cùm *Cæſar inclinata cervice collum pedi* Alexandri ſubmiſiſſet, dixiſſetq; ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, conculcabis leonem & draconem. Reſpondit Fridericus: nõ tibi, ſed Petro obſequium exhibeo, ad quã ejus vocem ſubintulit Pontifex: & mihi & Petro. Cujus facti hiſtoria eſt apud Gennadium Patriarcham Conſtantinopolitanum.

Extat liber Italicus Venetijs excuſus, quem apud Excellentiſſimum

mum Virum Dn. Doctorem Johannem Henisium, S. Marci Equitem &c. Augustæ vidi, qui expressis omnibus circumstantijs, rem factam, non fictam, apertissimè convincit.

Taceo Albertum Brunum, in Tractatu tractatuum tom. XI. fol. 102.

Testis *Christophor. Besoldus* in Synopsi Historiæ universalis p. 436. Hæc quidem è Baronio anno Christi 1177. in dubium vocantur, sed prolixo Italico scripto defenduntur à Gyrolamo Bardi, Delle vittoria navale otenuta della Republica Venetiana contra Othone figlivolo di Federigo primo Imperatore.

Testis *Angelus Mattheacius* de via & ratione Juris universi l. 1. c. 36. p. 72. b. Quamobrem Jus maris Adriatici undiquaque amplissimũ Venetis dabit, tum ob longissimam eorum possessionem, qua superiorem neneminem cognoverunt unquam, præter Deum; tum propter aureum sanctumque titulum privilegij ad majorem rerum omnium confirmationem sibi ab Alexandro Pontifice Romano tunc indulti, cum furorem irati Friderici Imperatoris fugiens, sese Pontifex Venetias contulisset; ut Ciano Principe reverso victoriam gratulans, annulum porrigens aureum: accipe, inquit, Ciane, & me autore, ipsum mare hoc tibi pignore obnoxium reddito, quod tu, tuique successores, quotanis stato die servabitis, ut omnis posteritas intelligat, maris possessionem *jure belli* vestrũ esse factum, atq; ut uxorem viro, ita illud vestro subjacere Imperio, feruntque inter Alexandrum & Fridericum, inita pace, apud valvas & aram maximi templi divi Marci susurasse Pontificem: super aspidem & basiliscum ambulabo, & conculcabo leonem & draconem: Imperatoremque respondisse, non tibi sed Petro. Cui ille, & mihi & Petro. Cuius tamen memorandi facinoris solennia à Principe Venetorum, à Senatu & universo magistratuum Ordine, purpura & ostro maxima pompa, solenniq; apparatu, ingenti civium ac tot cymbarum frequentia, apud littora maris singulis annis Ascensionis Dominicæ die peraguntur, & aureo annulo Neptunum marève ipsum, ut uxorem viro sibi despondent & subarrhant.

Venetijs 1591.

Testis est deniq; *M. Alphonsus Ciaconius*, Ordinis Prædicatorum & Apostol. Pœnitentiarius, in vitis & gestis summorum Pontificum à Christo Domino usque ad Clementem VIII. Quo facto benigno, ac totius civitatis occursu exceptus, ad palatium Ducis, ubi

Romæ 1601 pag. 420.

hospitio excipiendus erat, accessit, atq; ad basilicam S. Marci palatio progressus, ubi ex composito Alexander Cardinalibus Episcopisq; circumfusus sedebat, solenniq; Pontifici debitam reverentiam atq; obedientiam ad pium pedum osculum inclinatus exhibuit, ubi Cæsar inclinata cervice collum pedi Alexandri submisisset, dixissetq;, super aspidem & basiliscum &c. Fridericus respondit, non tibi, sed Petro obsequium exhibeo: ad quam ejus vocem dixit Pontifex: & mihi & Petro, atq; ab eo pacis osculum retulit, inde sinistrum tegens Alexandri latus, ædem intravit, ac clero Deum solenni Ambrosij cantico collaudante, cum eo ad maximam aram pervenit, ac precationem ritè exhibuit, inde hospitij causa ad palatium Ducis divertit, postridiè ejus diei quo natalitia S. Jacobi celebrantur, Alexander rogatus à Friderico, sacrificium facturus, ad basilicam S. Marci accessit, atq; ei adventanti Fridericus obviam extra basilicam prodijt, & à dextra receptum in eam introduxit, ac peractis sacris ad fores prosecutus palo fretum ascendenti strepam tenuit, quam prędecessores ejus prædecessoribus habere consueverant. Hęc ita *referuntur*, prout Alexander ipse literis mandavit, quas 2. Calend. Augusti in ædibus Patriarchæ, Principibus & Cardinalibus pluribus præsentibus ex rivo alto ad Abbatem Casinatem dedit Cal. inde August. in ædibus Patriarchæ, Principibus & Cardinalibus pluribus præsentibus, pax & induciæ juratę fuêre. Tandem post multas longorum annorum dissensiones illas, Concordiæ sinus apertus est, paxq; data Ecclesiæ Romanæ, ipsiq; Alexandro quies & tranquillitas optata.

*Rex stetit ante fores jurans prius Urbis honores,*
*Post homo fit Papa, sumit quo dante coronam.*

Verùm instant adversarij & dicunt, nullum historicum illius temporis de Alexandro hæc scripsisse, proinde esse merum commentum.

Quasi verò ab autoritate humana liceat argumentari negativè: hic vel ille historicus non scripsit Constantiam Monacham nupsisse Henrico VI. dispensatione Apostolica: ergò fabula est, quod sanctimonialis & vetula dispensatione Clementis III. nupserit Henrico VI. ita colligente Bellarmino contra Barclaium p.201, & Spondano ad ann.1182. fol.958. non, inquam, valet consequentia: Parasiti veritatem non propagant, sed occultant. Audiatur & altera pars & quidem Hispana, uti apud Arnoldum Albertinum videre est, ubi asserit: Monachum quendam Remigium

*Quæst. 21. §.40. p.72.*

gium

gium, maritum esse factum, & procreasse filiam Petronellam, quæ postea nupserit Comiti Raymundo Barcinonensi.

De *Constantia* Moniali scribit Bartholomæus Carranza, & ipse quoq; Hispanus in Summa Conciliorum p.419.b. Cœlestinus III. Constantiam Monacham, Rege Rogerio natam, *occultè* Monasterio Panormitano eduxit, & Henrico VI. dispensatione Apostolica in matrimonium collocavit.

Henricus I. Rex Angliæ Monialem duxit Mathildin, sororem Edgari, Scotorum Regis, Monacham, referente nobili Theologo Gallo Claudio Espencæo, de Continentia fol.642.

Genebrardus in Chronologia pag.154. Bizetislaus Bohemiæ 18. Dux, ex matrimonio cum Juta Ottonis Ruffi filia, quam ex Ratisbonensi Monasterio anno 1050. *raptam*, in uxorem duxerat, eas nuptias confirmante postea Imperatore, relinquens 5. filias, obijt anno 1052. Æneas Silvius hist. Bohem. c.19.

Bellarminus quidem existimat contra Barclajum fol.202. non posse summum Pontificem facere, ut idem Monachus sit & conjugatus. Ubi Pontificis Romani potestatem nimium coarctare videtur. Potest tamen summus Pontifex facere, ut, qui Monachus fuit, fiat conjugatus. Continentia enim, ut refert Albertus Trotius, neq; est de Ordinis substantia, neq; de jure divino. Et Papa de jure divino uxorem habere potest.

Quæ si vera sunt, quæ scribit Albertus Trotius, Clarissimus utriusque Juris Ferrariæ Professor, an.1426. est dare casum, quo Papa uxorem legitimam habeat, quam Papissam hic vocat: quo nomine minus offendetur, qui legerit in Concilijs antiquis, Presbyterissas, Episcopas, Diaconissas, Hypodiaconissas.

*Claudius Espencæus de Continentia l.1. p.25.*

Sed quorsum abripior? Firmum & fixum ergò manet, non posse duci argumenta ab autoritate humana negata. Exempli gratia, Clemens I. & Gregorius M. non scripserunt, Cæsarem in coronatione Romæ debere tenere stapham Pontificis, quoad Pontifex equum conscenderit, deinde accepto equi freno, per aliquot passus ducere equum Pontificis. Ergo non est verum, & sic fictum. Atqui non est fictum, sed factum fuisse testatur Liber Ceremoniarum sacrarum & rituum Ecclesiasticorum S. Romanæ Ecclesiæ lib.1 p.26.b. Venetijs 1516.

Si itaq; Alexander III. rigidissimus Ecclesiasticæ libertatis patronus & vindex potuit & voluit Imperatorem Fridericũ, & Regem Siciliæ,

& Octavianum Antipapam excommunicare, quidni etiam potuerit & voluerit Friderici Cæsaris collum calcare?

*Hieron. in c. 6. Mich. p. 16 r.*

Verùm ſicut ſtellas cœli non extinguit nox, ſic mentes fidelium, inhærentes firmamento Sanctæ Scripturæ non obſcurat mundana iniquitas, & paraſitorum perverſitas.

Tota vis totumque robur argumentationis hiſtoricæ hoc ſyllogiſmo concluditur. Illud eſt verum hiſtoricè, quod eo tempore, quo res geſta dicitur, literis eſt à fide digno hiſtorico conſignatum.

Atqui Johannem VIII. fuiſſe fœminam & peperiſſe, eo tempore, quo res geſta dicitur, à nullo hiſtorico fide digno eſt conſignatum.

Ergò Johannem VIII. fuiſſe fœminam & peperiſſe, non eſt verum hiſtoricè.

Propoſitio major eſt falſiſſima. Ariſtoteles enim æternitatem mundi adſtruens, eadem facilitate dicere potuiſſet: Oſtendite vos, Judæi, unum ſaltem vetuſtum hiſtoricum, vel ſacrum veſtratem, vel gentilem noſtratem, qui literis conſignarit, ducentis, trecentis aut mille annis poſt creationem, mundum à Deo eſſe creatum. Hoc vos non poteſtis. Neque enim noſtri gentiles, utpote multò poſteriores, neque veſtri ante Moſen (qui ſcripſit poſt annum bis milleſimum) creationem mundi ex nihilo literis prodiderunt.

Deinde majoris propoſitionis falſitas inde liquet, quia ſcribi vel literis conſignari eſt accidens rei geſtæ: multa autem ſunt geſta in mundo, quæ nec unquam ſcripto comprehenſa fuerunt; ſcribi, inquam, eſt accidens, quod poteſt abeſſe & adeſſe citra rei geſtæ deſtructionem.

Omnia geſta ſunt ſcripta: nulla geſta ſunt ſcripta: ambæ hæ propoſitiones ſunt falſæ, quia materia eſt contingens. Ergo ſubcontrariæ ſunt veræ ambæ: quædam geſta ſunt ſcripta: quædam geſta non ſunt ſcripta.

Præterea quis non videt, chronologico hoc axiomate admiſſo (id tantum eſt verum, quod ſtatim cum re geſta literis conſignatum eſt) totam doctrinam in dubium vocari poſſe. Nam Evangeliſtæ, inprimis Johannes, Chriſto vivo in terris, non ſcripſerunt, imò Johannes finita penè prima centuria, in extrema ſenectute, Evangelium literis conſignavit.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Matthæus | ſcripſit anno Chriſti | 41 | è Baronio & Spondano. |
| Marcus | | 45 | |
| Lucas | | 58 | |
| Johannes | | 99 | |

Iudice

Iudice ergò Iohanne de *Pineda* in Iob. fol. 2. Hæreticorum est ingenium, ut certa & explorata, & communi Ecclesiæ voce stabilita, suspectæ veritatis nomine in judicium vocent. Omnem igitur veteris historiæ autoritatem elevant. Nam cum ipsi conscientia scelerum convicti tenebras ament, & lucem ipsam, qua nihil est amabilius, aversentur, historiam æquè detestantur, quæ à sapientissimis viris lux vitæ, meritissimò appellatur. Verentur itaque, ne si in historiæ lucem incurrant, ipsorum & mores & dogmata, non ad Christi lucernam, sed ad Satanæ caliginem elucubrata, prodantur.

*Ius Regium Hebræorum* Wilhelmi Schikardi cap. 4. fol. 9 [illegible] der III. Imp. Fridericum Barbarossam Venetiis in vestibulo S. Ma[illegible] dibus conculcavit, quasi super aspidem & basiliscum ambulaturus, ut illius ætatis Historiæ narrant.

# CATENA CATHOLICORUM,
## Pontificem Romanum esse Sponsum Ecclesiæ.

I.

ANtonius Sebastianus Minturnus in orationibus Trid. p. 151. Quamobrem Pontifex Romanus nunquam sivit se universalem Episcopum appellari, non sanè quod universæ præsidem Ecclesiæ se vel à Christo institutum ignoraret, vel haberi nollet, sed ne omnium Ecclesiarum, in quas cœtus omnis Christianus divisus esset, unus esse Episcopus videretur.

Pag. 109. b. Unus enim, ut diximus, Pontifex Romanus, universæ Ecclesiæ *Sponsus* nominatur.

II.

Libro IV. Decretalium c. 4. p. 590. Nos Justitiam nostram, & Ecclesiæ Sponsæ nostræ nolentes negligere, qui alios in sua justitia confovemus. Tit. 239. de Immunitate Ecclesiarum. Alexander IV.

III.

Bellarminus de Rom. Pontif. l. 2. c. 31. p. 272. Pontifices dicuntur Sponsi, quia cooperantur extrinsecus in generatione fidelium, tanquam ministri

ministri verbi & sacramentorum, & filios non sibi, sed Christo generant.

Sponsus Ecclesiæ appellatur Papa in Concilio Lugdunensi generali, ut habetur capite, ubi periculum, de electione, in sexto.

IV.

Illustrationes & Commentaria ad Bullam Urbani VIII. pro sacri Jubilæi anno 1625. Georgii Polacchi, Presbyteri Veneti, Venetiis 1625. pag. 220. Summus Pontifex Ecclesiæ sanctæ præest, quæ ejus *filia* itidem *uxor & mater* dici potest, & ideò tribus ipse coronis coronari debet. Dicitur siquidem *filia*, quoniam Pontifex Maximus, ratione prælationis & autoritatis, qua ut gubernator præest ipsi Ecclesiæ, ejus *Pater* dici debet. Dicitur *Mater* deinde, quoniam cum Pont. Max. sicut cæteri fideles, fit per baptismum regeneratus, & in Ecclesiæ gremio salutem obtineat, meritò ejus Filius dici debet. Dicitur postremò *Uxor*, & *ipse Sponsus appellatur*, quia sicut quilibet prælatus dicitur Sponsus Ecclesiæ suæ particularis, & à *B. Callist* uxor Episcopi, ejus Ecclesia dicitur, in cujus signum annulum portat: ergò à fortiori, Pontifex Romanus *universalis Ecclesiæ Sponsus dici debet*.

V.

Gretserus contra Mornæum pag. 410. Christus principalis Sponsus est ac Primarius, Pontifex Secundarius, & Christo subordinatus. Quemadmodum Christus est principale fundamentum Ecclesiæ, secundarium Petrus Apostolus, *sine ullo Christi præjudicio*.

VI.

Leonhardus Coquæus in Antimornæo part. 2. p. 166. Pontifices tamen & Sponsi dicuntur, quia cooperantur extrinsecus in generatione filiorũ, tanquã ministri verbi & Sacramentorũ, & filios non sibi, sed Christo generant: & spirituale quoddam matrimonium inter Pontificem & Ecclesiam contrahitur: nec repugnat, Ecclesiam & Sponsam dici Christi, & Sponsam item summi Pontificis, cujus curæ commissa est, licet diversa ratione.

ORA-

# ORATIO
## De octo Urbanis Pontificibus Romanis.

VAs illud electum, D. Paulus, Hebræos, imò omnes monet Christianos, obedite, inquit, præpositis vestris, & subjacete eis, ipsi enim prævigilant, quasi rationem pro animabus vestris redditurí, ut cum gaudio hoc faciant & non gementes: hoc enim non expedit vobis, Quo aphorismo tam discentium quàm docentium officium ostendit. Fuit officium ministrorum Christi prædicare Dei verbum, prædicarunt, redarguerunt populi peccata, redarguerunt afflictiones, ferre etiam ad sanguinem usque pro Ecclesia, tulerunt.

*Cap.13.*

*2.Tim.4.*
*Tit.1.*

Fuit Christiani populi officium, audire vocem boni pastoris, audiverunt: servire Domino Deo soli, servierunt: professionem fidei coram hominibus facere, fecerunt. Sacerdotium Isidoro Pelusiota lib.1. regno præstantius esse, patet, majoresque labores habere (nam cum labor unus desinit, alter vicissim exoritur) ac de rebus magis necessariis periclitari, (illud enim divina, hoc terrena moderanda & administranda suscepit) Quidam putant sacerdotium imperium quoddam esse, ab omni censura immune, non autem provinciam reddendis rationibus obnoxiam, negotium hujusmodi aggressi sunt, ad quod ipsis nullum aditum patere oportebat.

*Joh.[illegible]*

*Ep[illegible].27.*

S. Chrysostomus de verbis Esaiæ, vidi Dominum, pag.874.
[illegible]
[illegible]
Nam sacerdotis tantum est arguere, liberamque præstare admonitionem, non movere arma, non clypeos usurpare, non vibrare lanceam, non arcum tendere, sed tantùm arguere, ac liberam præstare admonitionem.

Pontifices olim ipsi prædicabant.

Ambrosius Novidius Fraccus l.3 Fastorum l.3.p.32.b.

*Hoc pia Pontifices majorum facta secuti*
*Pectora formabant plebis in æde modo;*

*Ast ubi majestas aucta est sua jura recusat,*
*Atque Viri alterius fungitur ara vice.*

Lib.1.epist. 149.

Isidorus Pelusiota: Episcopus ex ipso nomine quid ipsius muneris atque officii sit, perspectum habere debet. Eum enim invisibilium ac occultarum ferarum impetus, Ecclesiæ ignavias, Monachorum negligentias, iniquorum hominum improbitates, viduarum calamitates, pupillorum egestates, altaris suspiciones, Diaconorum morbos, juvenum flagitia, senum mala consilia speculari oportet, atque omni ex parte *oculum esse*, omnia prospicientem, nec quidquam negligentem.

Lib.3.epist.216. Opus est hæc res, non ludus atque animi oblectatio: cura, non hortus, munus referendis rationibus obnoxium, non imperium ab omni censura liberum atque immune: paterna procuratio, non tyrannica licentia, quæ sub reddendarum rationum necessitatem minimè cadat.

Lib.3. Epist.260. Ministri sunt, non participes, deprecatores, non judices, mediatores, non reges. In Canonistarum autem glossa insignis cujusdam regulæ instar cavetur, *Nemini licere Papæ dicere, Domine, cur ita facis?* C. ad Apostolatus Extravag. ne sede vacante. in glossa p 56. editionis Romanæ.

Decret. part.1.dist. 40.§.7.

Imò si Papa suæ & fraternæ salutis negligens deprehendatur inutilis & remissus in suis operibus, & insuper à bono taciturnus, quod magis officit sibi & omnibus, nihilominus innumerabiles populos catervatim secum ducit [primo] mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus. Hujus culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse judicaturus, à nemine est judicandus, nisi deprehendatur à fide devius: &: Pontifices enim homines sunt non angeli.

Jam de *Vrbanis octo* summis Pontificibus agemus, & quales fuerint, filo historico adumbrabimus, quia sic gesta sunt.

Quòd si Pontifices nolunt turpia aut nefaria de se narrari, nihil ejusmodi faciant, aut cum fecerint, non putent, ea ipsa ita latere ut & sciri & posteris narrari nequeant, quanquam in Pontificibus nemo hodie sanctitatem requirit: optimi putantur, si vel leviter boni sint, vel minus mali, quàm cæteri mortales esse soleant. Vestrum est audire & judicare.

I. URBANUS igitur I. genere nobilis ab infantia multos ad fidem convertit.

vertit. Omnia sacrata mysteria fecit argentea vel aurea vel stannea, tandem martyrio coronatur, sepultus cum S.Cecilia. Prædia cepit Ecclesia possidere tempore hujus, antea vivebant more Apostolico. Hæc Fasciculus Temporum.

Urbanus hic constituit, ne eligatur in Episcopum, nisi in sacris Ordinibus constitutus. Nullus in Episcopum eligatur, nisi in sacris Ordinibus religiosè vivens fuerit inventus. Sacros autem Ordines dicimus diaconatum & presbyteratū: hos siquidem solos primitiva legitur habuisse Ecclesia: Subdiaconos verò (quia & ipsi altaribus ministrant) opportunitate exigente concedimus, si tamen spectatæ sint vitæ, religionis & scientiæ, &c. *Dist.60.C. nullus.*

B. Ambrosius tamen ab Auxentio Mediolanensi defuncto divinitùs renunciatur Episcopus, diu reluctans fugiensque ordinatur, ejus electio, quamvis adhuc catechumeni, probata est occidentalibus & orientalibus. *Anno 374.*

Idem Urbanus Jejunia quatuor temporum instituit, Dist. 77. C. statuimus.

2. Urbanus Secundus, Otto dictus, Terracinam, quod est oppidum Italiæ, appositum mari mediterraneo, convenerunt, quorum intererat Episcopum Romanis dare, & IV. Idus Martias anni proximè insecuti, Othonem ex decessoris judicio, Romanum Pontificem dixere, indicto primis tridui Jejunio precibusque ad Deum fusis, ut pastorem gregis daret, qualem illa tempora poscebant. Sanè Presbyteri Cardinales in electione summi Pontificis debent utilitatem præ oculis habere, ut rectè à Baldo scriptum legitur, & habuerunt quidem in Urbano eligendo.

Hic Pontifex Vir egregius vita & moribus fuit.

Urbani hortatu bellum sacrum inchoatum à generosa Gallorum gente, brevissimoq; temporis spatio innumerabilibus peditum atq; equitum copiis superata viarum asperitate & molestia, victo ad Antiochiam ingenti exercitu Mahometanæ sectæ, eoq; fuso Hierosolymis feliciter expugnatis mense Septembri anno millesimo nonagesimo quinto Synodus apud Aroesnum habita est, Balduino id ita referente, & Martio proximè consecuto, de profectione cogitatum. *1095.*

Carolus *Scribanus* in Politico Christiano p.209. scribit, fuisse septingenta Christianorum peditum millia, equitum millia centum. *Gretser. de cruce to. 3. p. 2087.*

Baronius de Monarchia Siciliæ pag.232. Urbanus Papa II. malè asseritur *bellum sacrū indixit.*

asseritur autor Monarchiæ Siculæ. Philippum Regem Franciæ propter adulterium excommunicavit.

Gulielmus Rossæus de Reipub. Christianæ potestate supra reges, p.57. Hic Philippus Rex propter infames cum Comitis Andegavensis uxore, sua ipsius superstite, nuptias multos annos excommunicatus est à Pontifice Urbano II. Gallo, & diadema regium ei ablatum.

Rossæus p.458. Christiani non tenentur obedire principibus hæreticis.

Decret.2.part.causa 15. quæst.6. Nos sanctorum. Obiit Urbanus Romæ, quæ illum ut Episcopum luxit, Gallia ut parentem, etsi in ea natus esset, apud Castellionem in provincia Rhemensi.

3. URBANUS III. fuit Mediolanensis. Hoc Episcopo Christiani nuncium acceperunt omnium luctuosissimum, qui ante annos octoginta octo ab Oriente in Europam pervenisset, maximæ acceptæ cladis, Hierosolymæq; Saladino deditæ turbini Mahometanæ sectæ immanissimo. Qui nuncius Christianarum gentium animos graviter afflixit, maximè Gallorum, quorum sanguine regiones illæ, patrum memoria domitæ fuerant. Hujus quoque calamitatis tristissimo nuncio afficitur Urbanus, moriturque Vir eximiæ pietatis Ferrariæ ad Pactum flumen.

Hic Urbanus Venetias ante profectus, ut ibi classem novam in Turcas instrueret.

4. URBANUS IV. Tricasses clari Galliæ populi Jacobum tulerunt, humili quidem genere ortum sutorisque cognomine Pantaleonis filium (ut hodie quoque in urbe Tricassino constans fama est) verùm animi magnitudine, scientia, consilio, morumq; gravitate cæteris eminentem. Quibus virtutibus Pontificiam dignitatem adeptus est, etsi nihil tale cogitans, nam Patriarcha Hierosolymitanus tunc erat.

Festum diem Eucharistiæ Christianæ Urbanus quidem instituit Romæ, verùm non tam citò is dies in Gallia observari cepit. Nam in vetustis Annalibus traditum est, coli eum diem cepisse anno supra mille tricentesimo decimo octavo, id est multò post obitum Urbani, à quo is dies festus institutus est, Thoma ad eam rem adhibito, qui solennem hymnum & preces ejus dici composuit.

1318.

Fugavit exercitum Saracenorum per Cruce signatos, quem Manfredus contra Ecclesiam miserat, & contulit regnum Siciliæ Comiti

provin-

Provinciæ, qui fuit frater Regis Franciæ, ut fugaret Manfredum.

5. *Urbanus* V. 1370. electionis tempore Monachus Benedictinæ familiæ apud Massiliam, in templo Victoris Abbatis Avenione Pontifex salutatus est. Antistites Ecclesiarum ad sedes proprias reverti jussit, receptus est à Romanis, ut Deus aliquis delapsus de cœlo.

Romæ existens, ad obedientiam Catholicam recepit Imperatorem Constantinopolitanum, ad ejus pedes veniens, ante gradus Ecclesiæ S. Petri per ipsum Dominum Urbanum ad manum in Ecclesia intromissus, confessionem processionem S. Spiritus à Patre & Filio. Magni sumtibus reparari fecit palatium S. Petri, jam diu ante dirutum, & quintam partem Ecclesiæ Lateranensis, & Ecclesiam S. Pauli extra muros, capita Apostolorum Petri & Pauli reperta in capella, quæ dicitur sancta sanctorum, in vasculis argenteis satis parvis & minus nobilibus, quàm decet, statim suis sumtibus duas statuas argenteas, unam scilicet in forma mediæ personæ B. Petri scilicet sub umbicilico supra ponderantem mille septuaginta marcas argenti, & modo consimili aliam ad formam S. Pauli eodem pondere ordinavit, & illam in Lateranenensi Ecclesia collocari fecit.

Legimus *Urbanum Quintum* pontificem Maximum misisse ad Imperatorem Græcorum tres *Agnus* Dei, cum versibus infra scriptis.

*Balsamus & munda cera cum Chrismatis unda*
*Conficiunt Agnum, quod munus do tibi magnum,*
*Fonte velut natum per mystica sanctificatum:*
*Fulgura desursum depellit omne malignum*
*Peccatum frangit ut Christi sanguis & angit.*
*Pragnans servatur, simul & partus liberatur*
*Dona defert dignis virtutem destruit ignis*
*Portatus munde de fluctibus eripit unda.*

Ad hunc Urbanum S. Brigita fuit missa à Christo, pro confirmatione Regulæ. Hæc est revelatio quam habuit sponsa Christi in Roma de eodem Papa Urbano V. antequam rediret Avenionem, anno Domini M C C C L X X. quam ipse præsentavit ei monte Falisco.

*S. Brigita revelat. l. 4. c. 138. p. 407 editionis Romanæ.*

Cap. 138. Vigilante de nocte præfata persona in oratione visum fuit sibi, ac si loqueretur procedens de uno circulo splendoris ad modum solis. Quæ quidem vox dixit sibi hæc verba, quæ sequuntur. Ego sum

mater omnium qui ſunt in ſuperno gaudio. Quamvis infantes habeant ſuam neceſſitatem ſecundum ſuam voluntatem, tamen in augmentum ſuę lætitiæ, cumulatur eis gaudium, ex eo, quod viderint faciem matris ſuæ blandam. Sic placet Deo dare omnibus in cœleſti curia gaudium & exultationem de meæ virginitatis puritate, & mearum virtutum pulchritudine, quamvis habeant incomprehenſibiliter ex ejusdem divinitatis potentia totum bonum. Sum etiam mater omnium in purgatorio, quia omnes pœnæ quæ debentur purgandis pro peccatis ſuis in qualibet hora, propter preces meas quodammodo mitigantur ita placet Deo, ut aliquæ ex his pœnis, quæ debentur eis de rigore divinæ juſtitiæ minuuntur. Ego ſum mater totius juſtitiæ, quæ eſt in mundo, quam juſtitiam Filius meus dilexit dilectione perfectiſſima. Et ſicut materna manus ſemper parata eſt, ad opponendum ſe periculis, in cordis filij ſui defenſionem, ſi aliquis niteretur in ſui læſionem: ita ego ſum parata jugiter juſtos qui ſunt in mundo, defendere, & de omni ſpirituali periculo liberare. Ego etiam quaſi ſum mater omnium peccatorum, ſe volentium emendare & habentium voluntatem in Deum amplius non peccare, & ſum voluntaria ipſum peccatorem in meam defenſionem accipere, ſicut charitativa mater, dum videret filium nudum ab inimicis acutos gladios habentibus ſibi occurrentem. Nonne tunc ipſa opponeret ſe periculis viriliter, & filium ſuum de manibus inimicorum ſuorum liberaret, & eriperet, & in ſinu ſuo gaudenter conſervaret? Ita facio & faciam ego omnibus peccatoribus, miſericordiam meam à Filio meo petentibus ſub vera contritione, & divina dilectione. Audi tu & attende diligenter, quid ego volo dicere de duobus filijs meis, quos tibi volo nominare. Primus, quem dico, eſt filius meus Jeſus Chriſtus qui natus eſt de mea carne virginea, ad hoc, ut ſuam charitatem manifeſtaret, & animas redimeret. Propter quod non pepercit ſui corporis laboribus, nec ſangvinis ſui effuſionibus: nec dedignatus eſt audire contumelias, & ſuſtinere ſuæ mortis pœnam. Ille eſt ipſe Deus, & eſt omnipotens in æterna lætitia. Secundus, quem reputo pro filio meo, eſt ille, qui reſidet in Papali ſede, videlicet, ſede Dei in mundo, ſi obedierit præceptis ſuis & ipſum dilexerit perfecta charitate. Modò volo aliquid loqui ſuper iſto Papa qui nominatur URBANUS: propter precem meam obtinuit Spiritus Sancti infuſionem, ut deberet ad Romam per Italiam declinare, ad nihil aliud niſi ut juſtitiam & miſericordiam faceret, fidem Catholicam

ro-

roboraret pacem confirmaret, & sic Ecclesiam sanctam innovaret. Sicut mater ducit filium suum ad locum, ubi sibi placet, dum ostendit sibi ubera sua: ita duxi ego *Vrbanum Papam* prece mea & opera Spiritus S. de Avinione ad Romam sine quovis suo periculo corporali. Quid fecerat ipse mihi? Jam vertit ad me dorsum & non faciem, & intendit à me recedere, & ducit eum ad hoc malignus spiritus cum sua fraude. Nam tædium habet de divino labore, & libitum ad suum commodum corporale. Item trahit eum Diabolus cum delectatione mundiali. Nam nimis desiderabilis est sibi terra nationis suæ mundano amore. Item trahitur carnalium amicorum consiliis, qui magis attendunt suam dilectionem & voluntatem, quàm Dei honorem & voluntatem, vel animæ suæ profectum & salutem. Si contigerit ipsum redire ad terras, ubi fuit electus Papa, ipse habebit in brevi tempore unam percussionem, sive unam alapam, quod dentes sui stringentur seu stridebunt, visus caligabit & fuscus erit, & totius corporis, membra sui contremiscent. Ardor Spiritus S. paulisper tepescet in eo & recedet, & omnium amicorum Dei preces, qui pro ipso orare decreverunt, lachrymis gemebundis torpebunt, & corda ad ejus frigescent dilectionem, & de duobus coram Deo reddet rationem. Primò de duobus quæ omiserat ex his, quæ potuisset, in Dei honorem fecisse in sua magna majestate.

*Nota*

Urbanus propter precem meam obtinuit Spiritus S. infusionem, ut deberet Romam per Italiam declinare.

Hunc fuisse Urbanum V. dubitari minimè potest: ipse namq; tunc sedem Pontificiam obtinebat, quando B. Brigita sanctitate floruit, ut fatetur ipse Platina in vita illius circa finem & tradiderunt Joannes Nauclerus volum. 2. suæ chronographiæ, & Polydorus Virgilius l. 7. de Inventoribus rerum cap. 4. circa medium. Huic autem Pontifici B. Brigitam præsentem revelationem obtulisse in monte Falisco, insinuatur in argumento hujus capitis, ubi tunc temporis Urbanus morabatur, quoniam ædes Pontificias construi mandaverat, ut sibi suisq; successoribus eò proficisci liceret, vitandi, ut inquit Platina, urbanos æstus causa: hoc ergò loco à Christo Urbanus acriter reprehenditur, quod Italiam deserere, & in Galliam redire decrevisset, & ideò aliquando post medium capitis de eo Christus conqueritur, sic trahit eum Diabolus cum delectatione mundiali: nam nimis desiderabilis est sibi terra nationis suæ.

Quam

Quam ob causam prædixit B.Brigita: quod si in patriam rediisset, urbem Romam deserens, illum quàm citissimè moriturum fuisse: quod factum esse asserit Platina in vita ipsius. Dum enim proficiscebatur in Galliam, Marsiliæ mortuus est, vel, ut alij volunt, Avenione vitam finivit, Pontificatus sui anno octavo.

6. *Urbanus VI.* exigua statura, crassus corpore, coloreque fusco ad Pontificatum promotus est. Præclarè in eo quidem virtutes ante Pontificatum elucebant, eruditio propè singularis, amor justitiæ & castitatis, odium simoniæ ac munerum, benevolentia ingens erga bonos doctosq; viros: sed virtutes illas Pontifex factus, visus est aut nunquam habuisse, aut uno veluti momento amisisse tunc, cum magnoperè illis indigebat: plerunq; enim Deus iis, quos odit, mentem eripit.

Bartholomæus Carranza p.435. post Gregorium ingens schisma ortum est. Itali Italum Pontificem Urbanum VI. dictum crearunt, & is Romæ mansit, Galli item elegerunt Pontificem in Italia, quem Clementem VII. appellarunt, is Avenionem se recepit. Erant itaq; Pontifices duo; alter in alterum censuris sæviebat. Duravit hoc schisma usq; ad Concilium Constantiense.

Soli Cardinales tantæ perturbationis autores fuêre: facile est ignem accendere, at cum semel vagari cepit, & subjectam materiam corripere, non nisi difficilimè extinguitur. Utri igitur magis rei sunt læsæ majestatis divinę, Itali an Galli? Perinde hos atq; illos accuso: nihil enim boni fecerunt, cum plurimum mali intulerunt in orbem terrarum.

Catharina Senensis ad Urbanum aliquot epistolas mittit, quibus hortatur Ecclesiam Romanam, ut hortum optimis & suavissimis floribus, ita sanctissimis Cardinalibus muniendam, qui sint veluti columnæ firmissimæ, & ad instaurandam eam impellit. Simul ad Carolum Regem scribit, Bartholomæum Archiepiscopum Barensem sive Urbanum VI. legitimè electum coronatumque à Cardinalibus, nec in metum conferendam esse electionem.

Eadem scribit tribus Cardinalibus Italis, qui ab Urbano discesserant, ut ad sanitatem animi redeant, illum enim non metum ab iis, sed legitimè electum, coronatumq; cum Archiepiscopus Bari tantùm esset, nec in Cardinalium numero censeretur.

Urbanus se desertum cernens, Cardinales XXVI. creat, Genuæ Ligurum, ubi susceptus magnificè à Duce & civibus, fera immanitate, & plus

plus quàm barbarus occidi jussit 5. Cardinales, quos diu in fœdissimo carcere clausos detinuerat. Deniq; repentè amisisse visus est virtutes omnes, quibus abundare cum ante Pontificatum fama erat.

*Janus Vitalis* Poeta Siculus in elogiis Romanorum Pontificum ita de hoc Urbano loquitur:

*Sextus hic Urbanus rem collabentis ovilis*
*Est aggressus ovis, destituitq; lupus.*
*Italiam bello afflixit studiisq; nepotum*
*Immersus, sanctas dilaceravit opes.*

Hieronymus Gigas de crimine læsæ majestatis in Tractatu tractatuum, Venetæ editionis anno 1584. p. 35. Urbanus VI. Pontifex, septem Cardinales, qui jam cum Clemente, cum eo de Pontificatu contendente, conspirarant, saccis inclusos in mari demergi jussit.

*Collenutius* lib. 5. p. 151. de' sette Cardinali, il quali menava seco prigioni, cinq; ne fece mettere in sacchi, & buttargli in mare, gli altri convinti giudicialmente in Genova in presentia del clero & de popolo li fece ammazzare, con una accetta, poi fece seccare i corpi in uno forno & servargli in certi valigioni, il quali posti sopra muli quando cavalcava, si faceva portare innanzi, con li capelli rossi sopra, i valigioni, per ammonitione, memoria & terrore di quelli, che contra di lui volessero machinare alcuna cosa.

*Piccartus* part. 1. p. 211. E septem Cardinalibus, quos vinctos propter conspirationem adversus se initam ducebat, quinq; in saccos immissos ligatosq; in mare projecit, reliquos Genuæ in judicio convictos securi necavit, eorumq corpora in furno exsiccata, in sarcinis inde jussit adservari, & mulis imposita, cum peregrè proficiscebatur, ante sese illa cum purpureis pileis vehebat, ut omnibus ea ratione adversum se aliquid tentantibus terrori esse possent.

7. *Urbanus VII.* Romanus Johannes Baptista Castaneus, filius Cosinæ, ex Cardinale tituli S. Marcelli creatus Papa, 15. Sept. sedit dies 13. moritur ante inaugurationem 27. ejusdem.

*1590. in additionibus ad Platinam.*

8. *Urbanus VIII.* genere Barberinus, Florentinus, electus in pontificem anno 1623. sedit annos 21. vir doctus, eximius Poeta & Musicus.

Cæterum Urbanus hic cum adhuc esset Cardinalis & legatus ad Henricum IV. Regem Galliarum missus, Delphinum, Ludovicum XIII.

regem Galliarum è sacra Baptiſmatis unda levavit & ἀνάδοχος Regis factus eſt. Natus autem Delphinus fuit 1601. 27. Septemb. paulò ante terræ motum, de quo Ludovicus Cellotius Pariſienſis Soc. Jeſ. p. 47. Non es, inquit, in ſummo, ſupereſt aliquid poſt Rupellam.

Pag. 48. Si Deum ſequeris, Orbis Imperio Rupella prælufit.

Pag. 114. Orientem adjungas occidenti, Europam Aſiæ, Galliæ palęſtinam.

Pag. 141. Tam ingens nobis oborietur fiducia, fore, ut regno tuo ſtabilito, & impietate debellata triumphis aliquando ſuis orientem addas occidenti.

Quidam noſtri doctores dicunt, referente Rabano Mauro, Archiepiſco Moguntino, de ortu, vita & moribus Antichriſti p. 178. quod unus ex regibus Francorum Romanum Imperium de integro tenebit, quod noviſſimo tempore erit; ipſeque erit maximus, & omnium regum ultimus. An hæc ſint eventura, Deus novit, qui omnia.

Ad hæc apud Scholaſticos hactenus quæſitum eſt, poſſit ne Papa in fide & moribus errare?

Plerique ſenſerunt, Pontificem in fide non poſſe errare.

## De Potentia Romanorum Pontificum

### Faustus Sabæus p. 145.

*Quid juvat æternas portas ſeptemplice vallo*
*Arcis inacceſſæ jam potuiſſe Iovem?*
*Excubias vigiles, tot monſtra, tot arma, tot ignes*
*Fulminis horrificis intrepuiſſe minis?*
*Roma tamen non arma timet, non monſtra, nec ignes*
*Sed penetrat vetiti devia & aſtra poli.*
*Quodque magis mirum, Romana Colonia Cœlum eſt,*
*Hinc Stygis in barathro jus quoque Roma tenet.*
*Iam bello, nunc pace potens, tellure, mari jam,*
*Nunc tellure, mari, cœlo, Acheronte poteſt.*

Alphonſus à Caſtro Franciſcanus, Hiſpanus, qui Concilio Tridentino interfuit, ſcribit lib. 1. cap. 4 adverſus hæreſes pag. 9. Omnis homo errare poteſt in fide etiam ſi Papa ſit. Nam de Liberio Papa refert Platina, illum ſenſiſſe cum Arianis, & Anaſtaſium II. hujus nominis Pontificem faviſſe Neſtorianis, qui Hiſtorias legerit, non dubitat.

In

In moribus autem Pontificem errare posse maxima pars credit, & Bellarminus ipse testatur, quibusdam Pontificibus defuisse charitatem.

In vita Bellarmini l.3. p.252. Clemens VIII. aliquando dicitur Bellarminum rogasse, ut modum Reformationis urbis & Ecclesiæ Romanæ doceret, cui in hęc verba respondit. Videntur mihi sex quędam res esse, quæ Reformatione indigeant, nec sine periculo negligantur.

Prima res est *vocatio Ecclesiarum*, de qua re extat epistola S. Leonis ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem, in qua jubet sine mora provideri Ecclesiis, ne gregi Domini diu desit cura pastoris. Extant quoque plurimæ apud S. Gregorium epistolæ, in quibus admonentur ij, ad quos spectat electio quàm citissimè pastorem ut eligant. Et si fortè necessaria fuisset aliqua mora, consueverat idem Pontifex vacantem Ecclesiam commendare vicino Episcopo, non ad fructus percipiendos sed ad solicitudinem ejus Ecclesiæ interim gerendam. Itaque studebant sanctissimi illi prudentissimique continuò vacantibus Ecclesijs providere, ne rei efficerentur animarum, quas ob defectum pastoris perire contingeret. Difficile enim esset paucis explicare quantum detrimenti capiant Ecclesiæ viduatæ: in quæ vitiorum abrupta se grex præcipitet, dum caret pastore, quantum silvescat vinea Domini, dum caret agricola.

Pontifex ad hæc prima re, inquit, sive in hoc primo capite fatemur nos peccasse & peccare. Sed plerumque in causa est difficultas inveniendi viros idoneos. Et quamvis sæpè multi nobis proponantur, cum per nos ipsi nequeamus sumere informationes, & cum aliquando experti simus illos, quibus hanc curam demandavimus, nos decepisse, vel ipsos ab alijs deceptos fuisse, tutius interdum putavimus, memores sententiæ S. Pauli, manus citò nemini imposueris, differre, ne deciperemur. Tamen recordamur tempore magni Gregorij fuisse Ecclesias, quæ diu vacabant, & hac de causa solitum fuisse uni Episcopo aliam Ecclesiam non suam commendare, ut interim curam illius haberet.

Rursus Bellarminus.

Secunda res est, inquit, *Promotio minus utilium prælatorum*: deberent enim provideri Ecclesiæ de bonis personis, non autem personæ de bonis Ecclesijs. Fateor tamen optimā illam esse provisionē, cum utrumq; simul fieri potest, ut personæ bene merenti & Ecclesiæ vacanti utiliter provideatur. At, ut alia nunc præteream, Concilium Tridentinū affirmat,

peccare mortaliter eos omnes ad quos quocunq; modo ſpectat Epiſcoporum promotio, niſi eos præficiendos curaverint, quos Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint: quæ eſt communis Doctorum ſententia. S. Gregorius rectum oppidum eſſe dicit, ut quærantur homines ad Epiſcopatum, non ut quærant homines Epiſcopatū. Et ſanctus Bernardus: qui pro ſe rogat, inquit, iam judicatus eſt: & infra: cunctantes & renuentes coge & compelle intrare.

Subjungit Pontifex: Scimus hoc, & quantum in nobis eſt, ſemper præ oculis habemus, providere Eccleſiis, non autem perſonis, niſi quando & Eccleſiæ & perſonæ æquè nos providere putamus, ſed prima & maxima ratio Eccleſiæ habenda eſt. Sententia, quam affert, vera eſt, ſed ſi de dignioribus eſt agendum, nunquam providebitur Eccleſiæ, quia neſcimus modum, quem tenere poſſimus, ut ſciamus quis dignior ſit. Quoad ipſos Epiſcopos hoc etiam nos torquet, quia ſi nolimus dare Epiſcopatus petentibus, vel his, qui nobis ab aliis proponuntur, neſcimus quomodo poterimus Eccleſiis providere, præſertim Eccleſiis non ita magnis, & modici redditus. Si Dominatio veſtra ſcit aliquem modum, libenter audiremus, & amplecteremur. Multa enim poſſunt & quidem verè dici: ſed cum ad praxin devenimus, in magnas incidimus difficultates.

3. Bellarminus item: Tertia res eſt *abſentia Paſtorum* ab Eccleſijs. Quid enim prodeſt idoneum eligi, ſi non reſideat? nam oves ſuas agnoſcere, easq; Sacramentorum adminiſtratione ac bonorū operum exemplo paſcere non poſſunt, qui gregi ſuo non aſſiſtunt, ut per ſe notum eſt.

Inter hos numerantur Epiſcopi, qui nuncios Apoſtolicos agunt, quorum aliqui per annos multos Eccleſias ſuas non viderunt. Nonnulli relicto miniſterio paſcendi animas ſibi creditas, magiſtratum politicū gerunt: multi, relictis ovibus ſuis, Romæ ijs in rebus occupantur, quæ per alios commodè fieri poſſent. Fateor quidem aliquos Epiſcopos à reſidentia per obedientiam excuſari, neque illud inficior ſummum Pontificem, certis de cauſis atque ad tempu Epiſcopos aliquos à reſidentia eximere; ſed neſcio, an Deo placeat ut tantus numerus Epiſcoporum tam longo tempore cum tanto animarum detrimento à proprijs Eccleſijs abſit, quos certè ſuo muneri ſatisfacere non poſſe, perſpicuum eſt.

Pontifex ad iſta: in hoc fatemur, inquit, nos peccaſſe, quia nimis facilè indulſimus Episcopis, ut poſſint Romam venire, & difficilè Roma dimittuntur. Antea, ſi Dominatio veſtra velit recordari, longè pauciores reſi-

residebant. Quoad nuncios putamus decentissimum esse, ut nuncij sint Episcopi, quia Episcopi imperant, & majoris autoritatis sunt, quàm principes & populus, & nisi tanta hominum penuria laboraremus, citius eos mutaremus. Quoad eos, qui politicos magistratus gerunt, non est hoc tempore in statu Ecclesiastico nisi unus aut alter, & tam propè ad suum Episcopatum, ut quovis die, ne dum quavis hebdomada possit esse in sua Ecclesia, & ferè quavis hora in sua diœcesi. Revera nos non nisi nuncios diu absentes retinemus, quorum mutatio ob magna & periculosa negotia facilè fieri non potest.

Bellarminus iterum: Quarta res est, inquit *Polygamia* spiritualis, cum videlicet uni personæ plures Ecclesiæ committuntur. S. Bernhardus in epistola ad Comitem Theobaldum, rem totam tribus verbis absolvit, cum ait, id non esse licitum, nisi dispensatoriè ob magnam Ecclesiæ necessitatem. S. Thomas scribit beneficiorum præsertim curatorum multiplicitatem non solùm contrariam esse juri canonico, sed etiam juri naturæ, non quod ita sit intrinsecè mala, ut nullo modo honestari possit, qualia sunt adulteria, mendacia & similia, sed quòd absolutè mala sit: possit tamen ob certas circumstantias honestari, atq; ob Ecclesiæ necessitatem. Ex quo colligit idem S. Thomas, eum qui ex dispensatione duas Ecclesias habet non esse tutum in conscientia, nisi causa illa adsit, nempè Ecclesiæ necessitas, aut certè majoris utilitatis: quoniam dispensatio non tollit nisi vinculum juris positivi. Et hanc S. Thomæ doctrinam omnes Theologi probant. Quare timendum est, ne fortè non sint in conscientia tuti, qui aliquando duas Ecclesias habent, unam Cardinalitiam, alteram non Cardinalitiam. Causa enim, cur Episcopis Cardinalibus duæ permittantur Ecclesiæ, non videtur esse necessitas vel utilitas Ecclesiæ, sed major personæ dignitas vel commoditas.

Denuò Pontifex: quoad istam Polygamiam, inquit, ea interdum est solum ex istis sex Episcopatibus Cardinalitiis, circa quos nihil mutandum duximus, cum à prædecessoribus nostris etiam post Concilium Tridentinum res hæc examinata fuerit, & ita constituta. Et turbare Ordinem Collegij & redarguere facta prædecessorum nostrorum & tot Cardinalium, non visa fuit nobis res, quæ sine scandalo fieri possit.

Quinta res, inquit idem Bellarminus, *est facilis translatio Episcoporum* de una Ecclesia ad aliam. Translationem Episcoporum secundũ canones atq; usũ veteris Ecclesiæ nõ debet fieri, nisi ob Ecclesiæ necessita-

 tem

tem, vel majorem utilitatem. Neque enim sunt institutæ Ecclesiæ propter Episcopos, sed Episcopi propter Ecclesias. Nunc autem quotidie translationes fieri videmus, ea solum de causa, ut Episcopi vel honore vel opibus augeantur. Propterea notum est ex cap. Inter corporalia, de translatione Episcoporum, vinculum matrimonii spiritualis esse aliquo modo majus, quàm vinculum matrimonii corporalis, & ideò non posse solvi, nisi à Deo, sive à vicario Dei, declarante voluntatem Domini sui.

Quis autem credat, velle Deum, ut ob solum temporale lucrum vel honorem, vinculum hujus sancti conjugii dissolvatur? præsertim cum id sine detrimento animarum fieri nequeat, ut experimentum ipsum docet. Neque enim ipsi Episcopi Ecclesias diligunt, quas brevi se deserturos sperant, ut ad alias commodiores transeant.

Nos, inquit præterea Pontifex, cum difficultate transferimus, & non defuimus monere Principes per nos, & per nuncios nostros.

6. Sexta res, subdit ultimò capite Bellarminus, *est Episcopatuum resignatio* sine legitima causa. Nam si tam est arctum, ac penè insolubile vinculum inter Episcopum & Ecclesiam, ut Canones docent, unde fit, ut tam facilè vinculum istud quotidie resolvi videamus?

Alii retentis fructibus Ecclesiam resignant, ac si quis uxorem repudiet & dotem retineat. Alii divites ex redditibus Ecclesiæ effecti renunciant Episcopatui, ut ad majora, sibi viam aperiant. Alii nepotibus sedem renunciant, ut specie renunciationis possideant sanctuarium Dei. Alii malunt in Romana Curia Referendarii esse, vel Clerici, quàm extra Curiam sacerdotes magni. Denique alii causantur aëris insalubritatem, alii proventus exiguos, alii populi proterviam, sed Deus novit, an istæ justæ sint causæ resignationis, & utrum ejusmodi Episcopi quærant, quæ sua sunt, an quæ Jesu Christi?

Nos ultimò, inquit idem Pontifex, resignationes difficillimè admittimus, non nisi examinatis causis in congregatione rerum Consistorialium, & aliquando admittimus ob ineptitudinem resignantium.

Demum in fine addit Bellarminus. Hæc sunt beatissime Pater, quæ mihi hoc tempore suggerenda Sanctitati vestræ videbantur, ut conscientiam meam hac in parte exonerarem. Quæ sicut à me sincero animo scripta sunt, ita benigno vultu ut à Beatitudine vestra legantur, cum omni reverentia & demissione, etiam atque etiam precor.

Post

Poſt hæc Clemens etiam ipſe in verba deſinens, quibus videtur è majeſtate deſcendere ad Chriſtianam ac Pontifice dignam humilitatem. Hæc paucula, inquit, ita curſim diximus, non ad excuſandas excuſationes in peccatis, ſed ut ipſa potius miſereatur difficultatibus, quibus implicitiintra ærumnas incidimus. Fatemur enim ne dum in iſtis, ſed in aliis multis nos, imò in omnibus peccaſſe, & in nulla re muneri noſtro ſatisfeciſſe, nec ſatisfacere. Roget igitur Deum omnipotentem, vel ut ſua divina & efficaciſſima gratia nobis adſtipuletur, vel, quod magis optamus, ut nos ab hoc mortali vinculo abſolvat, aliumque ſubroget, qui omnibus numeris officium ſibi injunctum abſolvat.

In vita Bellarmini l. 4. p. 349. Rationem quoque ineundam relegandi ex urbe tot proſtratæ pudicitiæ mulierculas: quod pariter egit S. Ludovicus Rex, Lutetiæ Pariſiorum: cum ſit indecens in ſancta civitate eſſe incontinentibus ſemper paratam voluptatem. Atrocia in Deum & in Sanctos dicta, tori maritalis violationes, præpoſteras libidines puniri oportere ſuppliciis graviſſimis, juxta præſcripta veteris Teſtamenti, ne pudor ſit Chriſtianos homines non perinde atque Hebræos olim, iſtiuſmodi facinorum vindices haberi. Interdicenda quoque Hebræis ipſis in urbe fœnora tam aliena, quibus nec ineſt æquitas, nec adeſt modus.

Quòd ſi Clemens VIII. ingenuè faſſus eſt, ſe, ne dum in iſtis ſex, ſed in aliis multis, imò in omnibus peccaſſe, & in nulla re muneri ſuo ſatisfeciſſe nec ſatisfacere, peccatum igitur grande commiſit.

Aut igitur Romani probent, Urbanum VIII. Romanam Urbem & Eccleſiam reformaſſe, aut eadem peccata, quæ Clemens, commiſiſſe, taceo Urbanum à partibus Ludovici XIII. Juſti, regis Galliarum ſtetiſſe, & non à parte Cæſaris, vel Hiſpani, qua de cauſa Itali milites Lutheranum Pontificem apertè Auguſtæ anno 1636. vocarunt.

Fauſtus Sabæus lib. 5. Epigram. p. 748. in mores Sacerdotum invectus, ita canit.

*Evocat orbe alio centones Paulus, opim.*
*Ut vitia emendent inveterata gregis.*
*Non opus eſt cenſura illa, rigidoq; Catone,*
*Nec qui conſcripſit jura cruore viro.*

Sic

*Sic animum inficiunt morbosa hæc corpora pestes*
*Fœtorem ut nequeant terra, fretumq; pati.*
*Vulnera namque procul fugiunt obolentia Romæ*
*Teutones, & læsi nare Caledonii.*
*Indiget ista lues concreta Machaone sævo,*
*Cancer edax ferro non nisi & igne perit.*
*Evocat orbe alio Paulus, quos mittat in astra,*
*Et qui astra attingunt, dejicit inde suos.*
*Et dum virtuti applaudit, dum moribus idem*
*Virtutem & mores trusit ad usque famem*
*Quotq; sibi atque suis Cydari mercatur & auro,*
*Sentiet infestos tot sibi, totq; suis,*
*Scire cupis causam, dicam, si accedit, in aurem:*
*Fœdat enim ambitio cuncta & avaritia.*

*Anno 1516.*

Liber sacrarum Ceremoniarum Ecclesiæ Romanæ excusus Venetiis lib. 1. sect. 15. c. 2. p. 67. refert, Romanos Sacerdotes & Cardinales defuncto Pontifici, spatio novem dierum *quingentas Missas* celebrare consuevisse, verbis sequentibus: fiunt largæ eleemosynæ, pro anima Pontificis, religiosis viris & mulieribus, per Camerarium & Thesaurarium, & maximè si Camera est dives. In prima die exequiarum leguntur ducentæ Missæ cum eleemosyna. Missam solennem cantabit prior Episcoporum Cardinalium, fit sermo de laudibus Pontificis, & in fine fiunt absolutiones à senioribus, ut in exequiis Cardinalium scriptum est. Accenduntur eodem die intorticia multa circumcirca in Ecclesia, & candelæ super castrum doloris, & idem fit die nono. Missam tunc cantat Subprior Episcoporum Cardinalium: intra novenam quotidiè aliquis Cardinalium celebrat, incipiendo à senioribus post subpriorem Episcoporum, & leguntur centum Missæ.

*Monachii 1619.*

Discant vel tandem Pontifices & Cardinales à Virgine Vestali *Johanna de Cruce, Hispana*, in cujus vita Monialem Abbatissa ita est allocuta, als die Abbtissin diese ihre Forcht gesehen/ sagt sie voller Lieb und Zuversicht: Förchte dich nicht/ meine Tochter/ trawe dem HErrn Jesu Christo/ der dich erschaffen und erlöset hat/ so wirstu weder in die Höll/ noch ins Fegfewr kommen.

*Petrus*

*Petrus ritè typus tantoq; imitandus honore,*
*Quam lex Pastorum est Pontificumq; caput.*
*Ille nec argentum se dixit habere, nec aurum*
*Et sibi vel laudi duxit, habere nihil.*
*Ambitus à nostris utinam tam mentibus absit,*
*Quam nihili, afflatus numine, fecit opes.*
*At qui connivent, quantò sublimius errant,*
*Hoc lapsus casu mox graviore ruent.*

---

Πολυθρύλλητον ζήτημα.

## An Pontifex Romanus sit Antichristus?

IN Speculo vitæ humanæ *Rodericus* Episcopus Zamorensis, Castellanus & Referendarius Papæ Pauli II. Quid cogitandum est de eo summo Pontifice, qui vices veri Dei gerit in terris, &c. qui non ad humanum tantum principatum, sed ad divinum, non ad principandum solùm mortalibus, nec modo hominibus, sed angelis, non ad judicandum vivos, sed mortuos, non in terra solum, sed in cœlo, non ad præsidendum solis fidelibus, sed infidelibus.

*Lib. 2. c. 1. pag. 49. Argentinæ 1507.*

### Faustus Sabæus Brixianus lib. 1. Epigram. pag. 145.

*QVid juvat æternas portas septemplice vallo*
*Arcis inaccessæ jam voluisse Iovem,*
*Excubiasq; vigiles, tot monstra, tot arma, tot ignes*
*Fluminis horrificis intrepuisse minis?*
*Roma tamen non arma timet, nec monstra, nec ignes,*
*Sed penetrat vetiti devia & astra poli.*
*Quodq; magis mirum, Romana colonia cœlum est,*
*Nunc Stygis in baratro jus quoque Roma tenet.*
*Iam bello, nunc pace potens, tellure, mari jam,*
*Nunc tellure, mari, cœlo, acheronte potest.*

# CONCORDIA DISCORS.

*Mariale Bernhardini de Busti p.254.* Papa solum habet plenitudinem potestatis in vita ista, non in cœlo, nec in purgatorio, nec in inferno.

Bellarminus de Rom. Pontif. l.1. c.9. p.205. ait, Papam solùm regere eam Ecclesiæ partem, quæ est in terris, cum ipse vivit.

Idem de Indulg. l.1. c.14. p.456. Animæ defunctorum non possunt pasci à Pontifice, &c. non igitur sunt ei subjectæ, ac proinde non possunt ab eo ligari aut solvi.

*Argumentum*

1. Plerique apud Pontificios credunt, Antichristum ex Judæis, & quidem tribu Dan oriturum.

Hieronymus autem Vechetti, nobilis Florentinus, D. Theol. in libro de emendatione temporum statuit, cum maxima tribuum Judaicarum facta sit confusio, ut nullus scire possit, ex qua tribu sit ortus, Antichristũ oriturũ ex Dania. Ergò Antichristus non erit Judæus, sed *Danus.*

S. Franciscus habuit revelationem, Antichristum ex Ordine Franciscanorum proditurum. Ergò Antichristus erit Christianus, Monachus Franciscanus & *Latinus.*

*Irenæ: λατεῖν☉.*

2. Qui erit omnium Imperatorum potentissimus, vel maximum habebit imperium per totum penè orbem (Lessius pag. 103) is erit Antichristus.

Romanus Pontifex est omnium Imperatorum potentissimus, quia habet utrumq; gladium, temporalem & spiritualem. Quocirca,

Claudius Espencæus tractatu secundo p.726. Verũ ingenuos homines, nec quosvis, sed & Principes, atque adeò Monarchas ad oscula non pedum, sed calceorum non admittunt, sed invitant, ne dicam *quodammodo compellunt,* ut ne hac adoratione vel videntibus audientibusque referant, vel imitandos sibi proponant, magnos illos Regum reges & Satrapas Persas, aut profanos priscæ Romæ Sacerdotes & Cæsares, eosque pessimos, sed Apostolicam potius sequantur mansuetudinem, qua princeps Apostolorum PETRUS, Cornelium, primitias gentium, procidentem ad pedes & adorantem erexit, dicens, surge, & ego ipse homo sum.

*Venetiis 1516.*

*Liber Ceremoniarum* l.3. c.2. p.120. Romanus Pontifex nemini omninò mortalium reverentiam facit, assurgendo manifestè, aut caput inclinando seu detegendo.

Pontifex in temporalibus est REX.

Aplo-

Apologia pro Patribus Jesuitis, Paris. anno 1615. p. 33. Pontifex ipse, cujus temporalis in subditos dominatio, nomine solo à regia distat, &c.

In præfatione Enchiridii sive Manualis Confessariorum & pœnitentium *Martinus ab Azpilcueta* de Gregorio XIII. Pontif. Max. ita scribit: Accedit, quod eisdem ipsis visum est, ut opus in Hispania Hispano sermone ab homine Hispano compositum, Hispaniarum summæ eidemq; incomparabili proreginæ, Dominæ Johannæ Austriacæ, Lusitaniæ Principi dicatum, idem in Latino, ab homine jam quadantenus Latino, factum Latinum, *Latinorum Regi*, totiusque Christiani populi summo Patri dicetur, &c.

3. Qui dispensat contra Apostolum, & contra Concilia, is est Antichristus.

Pontifex dispensat contra Apostolum, & cōtra Concilia. Quocirca.

Olim enim decretum erat, Concilium esse supra Papam, & à Concilio posse Papam deponi.

Negat hoc Bellarminus de Conciliis l. 1. c. 17. Si eligatur malus Pontifex, non est remedium ullum, non enim habet superiorem, à quo deponi possit.

## Contradictio.

Bellarminus de Rom. Pontif. l. 2. c. 30. Papa hæreticus, ab Ecclesia potest judicari.

Philopater p. 148. Der Bapst mög und soll von Ketzerey wegen abgesetzt werden.

Pius II. in Conventu Mantuano anno 1459. Provocatio ad futurum Concilium, à Pio sublata, ac decretum interpositum.

Pag. 166. Judicem, qui non erat, & superiorem Romano præsule dabant, qui non invenitur in terris.

4. Qui extollit se supra Deum, est Antichristus.

Pontifex extollit se supra Deum.

Ergò Pontifex est Antichristus.

Assumtum: quia Verbum Dei & Sacramenta per contrariam dispositionem violat.

Dicit, Verbum Dei à Papæ pendere autoritate, omnium dogmatum firmitatem pendere ab autoritate præsentis Ecclesiæ, Bellarm. de sacram. in genere l. 2. c. 25. p. 86.

In S. Eucharistia Papam contrariam dispositionem introducere, fatetur Bellarminus & Gregorius de Valentia.

Peracta consecratione omnes communicent de Consecrat. Dist. 2. c. 10. *Hoc est antiquum, Iohan. Hofmeister.*

5. Qui abducit homines à studio bonorum operum, est Antichristus. Lessius p. 195.

Pontifex vera in Decalogo præcepta, opera bona postponit Rosariis, Lectioni Biblicæ, &c.

In vita servæ Dei, Theresiæ de Jesu p. 86. Cum Toleti degeret puella quædam ab ea religionis habitum efflagitavit, quam cum in religionem admitti decrevisset, dixit puella, habere se penes se Biblia, quæ ad Monasterium erat allatura. Confestim à Dei serva exclusa fuit, dicente: Biblia, Filia, *ne afferas*, nec huc venias, sumus enim mulieres, quæ præterquam nere nihil aliud scimus.

In der new Carmelitischen Schatzkammer deß würdigen Scapuliers unser lieben Frawen/ zu Augspurg 1629.

Pag. 83. Das Scapulier ist ein Versicherung Göttlicher Gnade.

Cultus divinus, Apostolis incognitus, est novus, & per consequens nullus.

Scapulare est cultus, Apostolis incognitus. Ergò.

Assumtum probatur, nuspiam enim Apostoli ita precati sunt, vel alios ita precari docuerunt, p. 146. Befreyet von der Verdamnuß/ auß dem Fegfewr/ werden aller guter Ding theilhafftig.

P. 61. Ex inferno liberata matrona, & 64.

P. 82. Die Muter Gottes ist gleichsam Bürg.

P. 82. S. Maria sagt/ wer in dem Scapulier stirbt/ söll das ewig Fewr nicht schmecken.

P. 45. Nicht auß Gnaden sondern auß Verdienst.

P. 63. Im geringsten nicht zu zweiflen. p. 78. 108.

Fatentur Dominicani Monachi, preces Rosariorum à Dominico institutas.

6. Quæ religio nititur enthusiasmis & raptibus, est nova & Antichristiana.

Pontificia religio nititur enthusiasmis & raptibus.

Ergò religio Pontificia est nova, Antichristiana & falsa.

In vita Servæ Dei Theresæ de Jesu, Ordinis B. Mariæ, de monte Carmeli,

Carmeli pag. 7. quadam die orans ingentem raptum passa (qui fuit primus eorum, qui ei acciderunt) in quo hæc à Deo accepit: nolo ut posthac converseris cum hominibus, sed cum Angelis.

Pag. 10. habuit autem alias visiones Particulares, præsertim tamen die quodam Spiritus ejus raptus, & elevatus in cœlum fuit.

Pag. 25. Statim verò ac Dei famula ad novum monasterium pervenit, & templum ingressa est, ut oraret, ectasin patiens, Christum vidit in quo illam amore recipientem, eique coronam imponentem, quasi præmium magni laboris & operis egregij, quod pro ejus matre patraverat. Alia quoque die cum in Choro esset, apparuit ei Deipara, magna gloria, pallioque candido amicta, quo ipsam & suas Moniales protegentem vidit. &c.

Pag. 63. dicere solebat, quod gratiæ sibi à Deo collatæ, ut raptus, revelationes & visiones divinæ erant veluti torrentes, qui raptim transeunt &c.

Pag. 82. Quatuordecim annis antequam è vita migraret, hos raptus pati destitit, erat enim adeò rerum cœlestium visionibus & revelationib. assueta, ut nihil nisi quod valdè extra ordinarium foret, ab usu sensuum jam removere posset.

Falsa tamen est, p. 41. se in revelationibus errare posse.

P. 56. dicere solebat, si hinc omnes angeli aliquid juberent, inde Cōfessarij vel Prelati aliud quid prçciperent, se solummodò prælatis obtemperaturam, etiamsi angelos cœlestes spiritus esse, illi aliunde constaret. fol. 63. & 64.

7. Qui juge aufert sacrificium, est Antichristus: Pontifex Romanus aufert juge Sacrificium. Ergò. Quia tollit alteram speciem in Eucharistia.

Johannes *Hofmeister de Missa* p. 179. Res ipsa clamat, apud veteres, tam in Græca, quam Latina Ecclesia, non solum Sacerdotem sacrificantem, sed & reliquos Presbyteros, Diaconos, nec non & reliquam plebem aut saltem plebis aliquam partem *communicasse*, quod quomodo cessaverit, mirandum est.

8. Qui dividit mysterium & grande sacrilegium committit, is est Antichristus.

Pontifex Romanus in Eucharistia dividit mysterium & grande Sacrilegium committit. Ergò.

Aſſumtum eſt Gelaſij Papæ de Conſecrat: Diſt.2. c.12. fol. 1189. Comperimus. Johannes Gloſſator ait, hoc caput intelligendum de Conficiente, non de laicis &c. ſed cum indefinitè loquatur, quod quidam &c. non ſatis probabili ratione nititur hujuſmodi interpretatio. *Editio Pariſienſis anno* 1570.

9. Qui rejicit Scripturæ partes (Leſſius p.202.) eſt Antichriſtus.

Pontifex Romanus hoc facit. Ergò.

Ad Romanos cap.11.v.6. Εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐςὶ χάρις, ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐςὶν ἔργον: ſin ex operibus, jam non eſt gratia; cum opus id non eſt opus.

Verſus hic in vulgata Latina verſione non extat.

Bellarmin. de Verbo Dei lib.2.c.14.pag.45. ait, hæc verba à nullis aliis agnoſci, excepto Theophylacto.

D. Kellertom.2.p.162. Dieſe Wort ſind von den alten Griechiſchen Patribus, ſo dieſe Epiſtel außgelegt / nit außgelegt worden / wie zu ſehen im Origene, Theodoreto, Chryſoſtomo.

Adamus Contzen in cap.11. ad Romanos p.416. Cum omnes Latini autores omiſerint, etiam in exemplaribus veteribus Chryſoſtomi deſit, ad ſenſum non neceſſarium ſit, nec rectè per omnia cohæreat, addititium videtur tam in Græcis, quàm Aldina & Hiſpanienſi editione.

Verum in catena Græcorum Patrum manuſcripta *Auguſtana* in epiſtolam D. Pauli ad Romanos, hoc dictum (*ſi verò ex operibus, jam non ex gratia*) expreſsè legitur.

S. Chryſoſtomus & Gennadius interpretantur & explicant. Non eſt ergò addititia pars, ſed genuina textus, atque ex antitheſi neceſſariò cohærens.

Ut autem Lectori fidem faciam, bona fide deſcribo loca è manuſcripta catena.

Εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων, ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι ἐςὶ χάρις. Εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐςὶ χάρις, ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐςὶν ἔργον.

## Chryſoſtomus.

πάλιν ἐπιπηδᾷ τῇ φιλονεικίᾳ τῶν Ἰουδαίων μετὰ τῶν εἰρημένων, καὶ ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἀποςερεῖ συγγνώμην. οὐδὲ γὰρ ἔχεται, φησὶν εἰπὼν, ὅτι προφῆται μὲν ἐκάλουν, καὶ ὁ Θεὸς παρεκάλει, καὶ τὰ πράγματα ἐβόα, καὶ ἡ παραζήλωσις, ἵνα μὴ ἡμᾶς ἐπισπάσα-

σθαι

ναι ἦν. φορτικὰ δὲ τὰ ἐπιταττόμενα, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐδυνήθημεν προσελθεῖν, ἐπειδὴ ἔργων ἐπίδειξιν ἀπῃτούμεθα, καὶ κατορθώματα ἐπίπονα [πῶς γὰρ ἂν ταῦτα ἀπῄτησεν ὁ Θεὸς παρ' ἡμῶν. ὁ πότε καὶ τὴν χάριν αὐτοῦ τοῦτο ἐπισκιάζειν ἔμελλε.] ταῦτα δὲ εἶπε βουλόμενος ἐνδείξασθαι, ὅτι σφόδρα ἐβούλετο αὐτοὺς σωθῆναι, οὐ γὰρ ἡ σωτηρία αὐτοῖς προηγουμένως μόνον ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ τῷ Θεῷ δόξα μεγίστη ἦν. τὸ τὴν φιλανθρωπίαν ἐπιδείξασθαι τὴν ἑαυτοῦ. τί τοίνυν ἐφρόντισας προσελθὼν, οὐκ ἀπαιτούμενος ἔργα. τί δὲ φιλονεικεῖς καὶ φιλονεικεῖς χάριν σοι προκειμένης, καὶ νόμον μοι προβάλλῃ εἰκῇ καὶ μάτην. οὔτε γὰρ ἐκεῖθεν σωθήσῃ. καὶ ταύτην λυμαίνῃ τὴν δωρεάν. Εἰ γὰρ φιλονεικεῖς ἐκεῖθεν σωθῆναι, ἀναιρεῖς τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν. εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσι τοῦτο ξένον εἶναι, προσκαλῶν, καὶ τοὺς ἑπτακισχιλίους ἐκείνους ἀπὸ χάριτος ἔφησε σώζεσθαι. ὅταν γὰρ εἴπῃ, ὅτι οὕτω καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονε, δείκνυσιν, ὅτι καὶ ἐκεῖνοι χάριτι ἐσώθησαν, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰπὼν, καὶ τὸ λοιπὸν ἐμφαίνει. τοῦτο γὰρ ἐμφαινόμενός ἐστιν, ὅτι τὸ πλέον αὐτὸς εἰσήνεγκε. καὶ εἰ χάριτι, φησὶ, διὰ τί μὴ πάντες ἐσώζοντο; ὅτι μὴ βούλεσθε. ἡ γὰρ χάρις καὶ χάρις ἦν, ἀλλὰ τοὺς θέλοντας σώζει, οὐ τοὺς ἀποστρεφομένους αὐτὴν καὶ πολεμοῦντας αὐτῇ διηνεκῶς καὶ ἀντιτεινομένους.

## Gennadius.

Οὐ τηνάλλως δὲ ἀδολεσχῆσαι βουλόμενος, οὕτω ταῦτα ἔθηκεν ὁ ἀπόστολος, ἀλλὰ δεῖξαι σπουδάζων ἀσύμβατα ὄντα παντελῶς τὸν νόμον τῇ χάριτι, καὶ οὐ δυνάμενα κατὰ ταυτὸν ἀμφότερα ταῦτα, ἀλλ' ἀναγκαίως ἐχομένου ἑτέρου θάτερον ὑπεξίστασθαι, ὡς εἰ χάριτι ἐκλεγόμεθα. ῥᾴδιον τὸ προσελθεῖν καὶ πιστεῦσαι Χριστῷ. οὐδὲ γὰρ ἔργων δεόμεθα τὸ προσδραμεῖν αὐτῷ καὶ πιστεῦσαι Χριστῷ, ἀλλὰ μόνη γνώμη καὶ προαίρεσις ἀρκεῖ. κατὰ χάριν γὰρ προσδέχεται. ὥστε εἰ χάριτι καλεῖ καὶ προσδέχεται, οὐκ ἔχομεν εἰς τοῦτο χρείαν ἔργων ἐπεὶ καὶ εἰ χρείαν σχοίημεν, οὐκ ἔτι ἡ χάρις, χάρις μὲν ἔτι. οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἀκολουθήσει τὸ ἄτοπον, ἐὰν νομίσωμεν, ὅτι δεῖ ἡμῖν ἔργων εἰς τὸ προσελθεῖν καὶ πιστεῦσαι Χριστῷ, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ὅμοιον. Εἰ γὰρ ἐξ ἔργων προσιέναι δεῖν ἡμᾶς νομίσωμεν, δῆλον ὡς ἀνῄρηται ἡ χάρις. Ἐπεὶ εἰ μὴ ἀνῄρηται οὐκ ἔτι οὐδὲ τὸ ἔργον μένει τῆς χάριτος οὐκ ἐώσης ὅλως ἔργον ὑποστῆναι, ἀλλὰ προῖκα τὴν ἐκλογὴν ἐπιδεικνυμένης κεχώρισται μὲν γὰρ ἀπ' ἀλλήλων τῇ φύσει, χάρις καὶ ἔργον. καὶ τῷ μὲν ἔργῳ ἕπεται μισθὸς, καὶ οὐ χάρις. Εἰ δὲ χάρις δίδοται, οὐχ ὡς ἀντιμισθία, ἀλλὰ δῶρον, καὶ φιλοτιμία. δῆλος οὖν, ὅτι μὲν εὐεργεσίαν τῆς χάριτος παρεχομένης, εἴ τις οἴεται διὰ τῶν ἔργων ταύτης ἀπολαβεῖν, ἀναιρεῖ τὴν χάριν τὸ, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ οὐ μένει ἡ χάρις ἔτι χάρις. πάλιν οὐδὲ τὰ ἔργα μένει ἔργα. τὸ γὰρ δικαίως οὐ σώζει φύσιν. ἐπεὶ τοῖς ἔργοις μισθὸς, ἀλλ' οὐ χάρις ἀκολουθεῖ. τῆς

χάρι-

χάριτος οὐ χορηγούσης τὴν εὐεργεσίαν, κἂν τις δι' ἔργων ταύτης τυχεῖν παρασκευάσῃ, εἰς μάτην ἔσται ἡ πεῖρα, μήτε τῶν ἔργων, ἔργων ἔτι δυναμένων. οὐ γὰρ ἔσται τούτοις μισθὸς τῆς χάριτος προλαβούσης καὶ ματαιοπονοῦντος λαβεῖν δι' ἔργων, ὃ προῖκα παρέσχεν. ἡ χάρις, εἰ γοῦν χάριτι, φησὶν, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων. ἐπεὶ εἰ συγχωρισθῇ τὸ ἐξ ἔργων, ἀνῄρηται ἡ χάρις, χάρις εἶναι. πάλιν εἰ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις, ἐπεὶ συγχωρηθῇ ἡ χάρις, οὐκ ἔτι μένει τὸ ἔργον, ἔργον.

## Theodoretus.

εἰ δὲ λέγει τις, διὰ τί οὖν οὐ πᾶσιν ἐχαρίσαντο; λεκτέον, ὅτι ἡ χάρις ἐν τῇ πίστει καὶ τῷ βαπτίσματι δίδοται, ᾧ ἀπιστήσαντες φῶς ἔμελλεν τυχεῖν τῆς χάριτος καὶ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν.

## Chrysostomus.

Διότι γὰρ οὖν ἐκεῖνο κατασκευάζει ὁ θεῖος ἀπόστολος, τὸ, οὐχ οἷον δὲ, ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, δεικνὺς, ὅτι εἰς τοὺς ἀξίους ἦλθεν ἡ ἐπαγγελία, καὶ ὅτι οὗτοι εἰ καὶ ὀλίγοι εἰσὶ, δύναται εἶναι λαὸς τοῦ θεοῦ. καίτοιγε ἐν παροιμίαις, τῆς ἐπιστολῆς μετὰ πλείονος αὐτὸ ὑπερβολῆς τέθεικεν, εἰπὼν, τί γὰρ εἰ ἠπίστησαν τινὲς, καὶ μηδὲ μέχρι τούτου στὰς, ἀλλ' ἐπαγαγών. γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, καὶ νῦν δὲ πάλιν τοὺς μὲν σωζομένους, τοὺς δὲ ἀπολλυμένους.

## Oecumenius v. 6.p.270.

*Photij* Si per gratiam eligimur, facile erit, ut ad Christum accurramus, & in eum credamus. Haud enim operibus indigemus ad Christum currendum, sed sola voluntas & mentis intentio sat est. Nam secundum gratiam & nō propter opera nos recipit Deus. Igitur si ex gratia vocat & accipit, nullis ad hoc operibus opus est: alioqui, si operibus indigeremus, haudquaquam gratia maneret ipsa gratia. Nedum istud; consequeretur porrò absurdum, si quidem arbitraremur necessaria nobis esse opera ad accedendum Christum & in eum credendum, verum etiam alterum haud dissimile huic. Quod si operibus accedendum fuerimus arbitrati, planum est quòd gratia tollatur.

P. 222. Gratia est, quicquid per Christum contigit, *nec opera ad fidem sunt necessaria*: neque enim qui crediderunt, ob præterita opera vocatione illa digni visi sunt, verum gratia Dei hoc factum est.

Græcè

Græcè pag.337. Εἰ χάριτι ἐκλεγόμεθα, ῥᾴδιον τὸ προσελθεῖν καὶ πιστεῦσαι Χριστῷ. οὐδὲ γὰρ ἔργων δεόμεθα εἰς τὸ προσδραμεῖν αὐτῷ καὶ πιστεῦσαι, ἀλλὰ μόνη γνώμη, καὶ προαίρεσις ἀρκεῖ. Κατὰ χάριν γὰρ, καὶ οὐδὲ ἔργα προσδέχεται. ὅτε δὲ χάριτι καλεῖ καὶ προσδέχεται, οὐκ ἔχομεν εἰς τοῦτο χρείαν ἔργων. ἐπεὶ εἰ χρείαν σχοίημεν ἔργων, οὐκ ἔτι μένει χάρις ἡ χάρις. εὐμόνον δὲ τοῦ ὁ ἀκολουθήσει τὸ ἄτοπον ἐὰν νομίσωμεν, ὅτι δεῖ ἡμῖν ἔργων εἰς τὸ προσελθεῖν καὶ πιστεῦσαι Θεῷ, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ὅμοιον. Εἰ γὰρ ἐξ ἔργων προσιέναι δεῖν ἡμᾶς νομίσομεν, δῆλον ὡς ἀνῄρηται ἡ χάρις. διὰ τοῦτο φησι, χάρις ἐστὶ τὸ πᾶν, καὶ οὐ χρεία ἔργων εἰς τὸ πιστεῦσαι. οὐδὲ γὰρ οἱ προσελθόντες διὰ ἔργα προηγούμενα ἀξιόχρεοι πρὸς τὴν κλῆσιν ἔδοξαν, ἀλλὰ χάρις Θεοῦ ἐστὶ τὸ πᾶν.

10. Qui tollit mysterium sanctissimæ Trinitatis, erit Antichristus. Lessius p.213.

Pontifex Romanus tollit S. Trinitatem. Ergò.

Qui approbat baptismum collatum in nomine Patris & Filii & Spiritus S. *& Diaboli*, is tollit mysterium Trinitatis.

Pontifex approbat baptismum collatum in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti & Diaboli.

Ergò Pontifex Romanus tollit mysterium S. Trinitatis.

Major, quia jungit creaturam creatori.

Minor est in Decreto part.3. de Consecratione Dist.4. cap.72. Si non significatur.

11. Qui Deum & Sanctos blasphemabit (*Lessius* pag.218.) erit Antichristus.

Pontifex Deum & Sanctos blasphemat. Ergò.

Blasphemat Deum, asserens facilius per S. Mariam quàm per Christum salvari posse Monachos: fingit duas scalas, unam rubeam, alteram albam ex Mariali part.9. serm.2. p.42.

Blasphemat meritum Christi, statuens meritum Christi, non sufficere, sed necesse esse, ut ad meritum Christi addant meritum proprium, ex Scholasticis.

Blasphemat Sanctos, hos subjiciens ut & angelos potestati Pontificis: potestatem enim habet in cœlo, in terra, in Purgatorio, in inferno.

12. Qui erit insignis hypocrita (*Lessius p.244.*) est Antichristus.

Pontifex quidam fuit insignis hypocrita. Ergò.

Bonifacius enim VIII. intravit ut vulpes, regnavit ut Leo, mortuus est ut canis. stella in vita Bonifacii VIII. de quo etiam *Ianus Vitalis.*

*Dum reges premit Octavus Bonifacius, ipse*
*Cogitur in manicis compedibusq; mori.*

13. Qui falsis miraculis homines fallere nitetur (*Lessius p.258.*) erit Antichristus.

Pontifex Romanus homines fallere nitetur. Ergò.

Videat amicus lector tractatum, cujus titulus, Appendix loci XVI. de Catholicis miraculis.

14. Qui doctrinam Apostolicæ contrariam fovet, est Antichristus.

Pontifex Romanus doctrinam Apostolicæ contrariam fovet. Ergò.

Minor: dixerat Paulus Rom.13.v.7. Cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal. Docebant Patres verbo, & confirmabant exemplo, quod & Christus docuerat verbo, Matth.22.v.21. reddenda esse Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & confirmaverat exemplo, solvendo ipse tributum personale, Matth.17.v.27.

Hic Bonifacius VIII. major penè Deo effectus, quod jure divino poscunt reges, id eis eripere est ausus, ut etiam Excommunicationi Imperatores, Reges, Principes, Comites, Barones, Capitaneos, officiales Rectores &c. supposuerit, si collectas aliasque *tallias* ex bonis Ecclesiasticorũ assumere voluerint. VI. Decretal. l.3.c.3. clericis Laicos p.587. editionis Romanæ de immunitate Clericorum.

Hujus tamen hominis audaciam & agnovit & correxit *Clemens* V. cum Concilio Lateranensi, qui totum Bonifacij decretum cum omnibus suis declarationibus expunxit & delevit, *revocamus, inquit, & eas haberi volumus pro infectis.* Clemens lib. 3. Quoniam, de immunitate Ecclesiarum p.250.

15. Qui sacris Canonibus, imò Evangelicæ Apostolicæ penitus doctrinæ adversatur, & adversum docet, est Antichristus.

Gregorius III. Zachariæ antecessor, id docuit. Ergo.

Minor extat in Secunda parte Decreti, causa 32. quæst. 7. Quod supposuisti: f.2156. editionis Romanæ: *Licet ducere aliam viro, cui sua ob infirmitatem corporis, debitum reddere non valet.* 16. Qui statuit, sanctos in cœlo ante ultimum judicium non videre Dei faciem, is est Antichristus.

Jo-

Johannes 22. statuit ; sanctos in cœlo ante ultimum judicium non videre Dei faciem. Ergò.

Minor probatur testimonio Gersonis, Cancellarij Paris. ser. in festo Pascha, to. 4. fol. 36. Z 3: Propter quod insuper apparet falsitas doctrinæ. Johannes 22, quæ damnata fuit cum sono buccinarum vel tubarum coram Rege Philippo, avunculo tuo per Theologos Parisienses de visione beata, & credidit potius Theologis Parisiensibus, quàm Curiæ Romanæ.

17. *a* Cui Christus (loquor ex relatione adversariorum) terreni & cœlestis Imperij jura commisit, cui *b* Constantinus omnia regna donavit, quique *c* transfert imperium de gente in gentem, is est Antichristus.

Sed Papæ Christus terreni & cœlestis imperij jura commisit, illique Constantinus omnia regna donavit, Iquiq; transfert imperium de gente in gentem. Ergò Papa est Antichristus.

*A*) Sextus Decretalium lib. 1. tit. 6. de Electione c. 17. Fundamenta. Extravag. commun. lib. 1. tit. 8. de Majorit. & obedientia c. 1. unam sanctam p. 207.

Certè qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, malè verbum attendit Domini proferentis, converte gladium tuum in vaginam. Johannes Mariana de regis institutione l. 3 c. 2. p. 224. Errant & gravissimè falluntur, quicunq; repetita primi temporis memoria, disputant è Repub. atque communi salute fore, si pontifices, Apostolorũ exemplo, opes omnes & principatus curamq; Reipub. *abdicare compellantur.*

*B*) Dist. 96. c. 14. Constantinus.

*C*) Decret. Gregor. lib. 1. tit. 6. de elect. c. 34. Venerabilem.

18. Verus Petri successor è cathedra docet.

Multi Pontifices è cathedra non docuerunt.

Ergò multi Pontifices non fuerunt veri Petri successores.

Assumtum nobis dat Johannes Mariana de institutione regis l. 3. c. 2. p. 225. Præterea Pontifices Romanos criminari licebit, quasi non satis suo officio fungantur, *cum multis seculis, vix quisquã reperiatur è cathedra docuisse.*

19. Cui nemo potest contradicere, cur ita facis? est Antichristus.

Papæ nemo audet contradicere, *Domine, cur ita facis?*

Ergo Papa est Antichristus.

Assumtum est in Glossa. Extravag. Johan. XXII. tit. 4. de Concess. præbend. c. 2. Ad Apostolatus in verb. Continetur fol. 56. editionis Romanæ.

20. Qui se vocat Ecclesiæ caput, est Antichristus.

Papa Romanus se vocat caput Ecclesiæ.

Ergò Papa Romanus est Antichristus.

Minor est in Extravag. communibus de majoritate & obedientia c. 1. Unam sanctam, p. 206. Unum caput non duo capita, q. monstrum.

21. Qui se vocat sponsum Ecclesiæ Catholicæ, est Antichristus.

Papa se vocat sponsum Ecclesiæ Catholicæ.

Ergò Papa est Antichristus.

Minor extat in sexto Decret. l. 3. tit. 23. de immunitate Ecclesiarum c. 4. Quoniam. p. 590. nos justitiam nostram Ecclesiæ *sponsa nostra* nolentes negligere &c.

Bellarm. de Rom. Pontif. l. 2. c. 31. Pontifices dicuntur Sponsi, quia cooperantur extrinsecus in generatione filiorum, tanquam ministri verbi & sacramentorum, & filios non sibi sed Christo generant.

Antonius Sebastianus Minturnus in orationibus Tridentinis p. 109. b. Unus enim, ut diximus, Pontifex Romanus universæ Ecclesiæ *sponsus* nominatur.

Gretserus contra Mornæum p. 410. Christus principalis sponsus est ac primarius, *Pontifex secundarius* & Christo subordinatus: quemadmodum Christus est Principale fundamentum Ecclesiæ, secundarium est Petrus *sine ullo Christi præjudicio*

22. Qui sibi vindicat officium Propheticum, est Antichristus.

Papa Romanus sibi vindicat officium Propheticum. Ergo Papa Romanus est Antichristus.

Assumtum probatur.

1. Omnes sanctiones suas esse accipiendas, tanquam ore D. Petri hoc est voce Dei ipsius firmatas Dist. 20. c. 2. Omnes p. 260.

2. Sibi soli sumit jus interpretandi pro libito Scripturam sacram. Causa 24. q. 1. c. 2. Quoties p. 1836.

3. Cum definit, eum, qui decreta sua violat, in Spiritum S. peccare, Causa 25. q. 1. c. 5. Violatores fol. 1897.

4. Se sacris Canonibus autoritatem impertiri, & tamen eis non alligari Causa 25. q. 1. c. 16. Ideò pag. 1901.

23 Qui

23 Qui sibi vindicat officium Christi regium, est Antichristus.
Papa Romanus vindicat sibi officium regium. Ergò.

Assumtum probatur: Petrus dictus est Cephas, quod interpretatur caput. Papa est successor Petri. Ergo.

Papa dicitur caput. Glossa. Extravag. commun. l. 5. tit. 9. de pœnitentijs & remissionibus c. 1. Antiquarum in verbo confitebuntur p. 345.

24. Quicunque regnum obtinet, super reges terræ, est Antichristus.
Pontifex Romanus regnum obtinet super reges terræ. Ergo.

Assumtum probatur.

1. Super gentes & regna Romanus Pontifex à Domino constitutus est, Extravag. commun. l. 1. tit. de consuetudine super gentes p. 181.

2 Habet utriusque Potestatis, temporalis nempe & spiritualis Monarchiam, Sext. Decretal. l. 1. tit. 6. de elect. & electi potestate c. 17. Fundamenta p. 132.

3. Ex necessitate salutis credendum est, Papæ Romano omnem creaturam subesse: Extravag. commun. l. 1. de majoritate & obedientia c. 1. unam sanctam p. 212.

4. Oportet Imperatorem præstare juramentum fidelitatis, Clement. l. 3. tit. 19. de jurejurando p. 114.

5. Papa superioritatem habet in Imperiũ, & vacante Imperio, Imperatori succedit. Innocentius III. coram Imperatore Constantinopolitano pronunciavit. Clement. l. 2. tit. 11. de sententia & re judicata c. 2. p. 136.

6. Deum duo lumina fecisse, nempe duas instituisse dignitates, quę sunt Pontificalis autoritas & regalis potestas: sed illam, quæ præest diebus, hoc est spiritualibus, majorem esse, ut quanta est inter Solem & Lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscatur. Decret. Greg. 1. tit. 33. de major. & obed. C. Solitæ, p. 426.

Jus eligendi Imperatorem ad Papam spectare Greg. lib. 1. tit. 6. de Elect. & electi potestate c. 34. Venerabilem p. 166.

25. Qui est exlex, omnia ad suum libitum vertit, ac facit, omnia sibi licere putans non solum in Ecclesiasticicis, sed & in politicis, est Antichristus.

Papa Romanus est exlex, omnia ad suum libitum vertit ac facit, omnia sibi licere putans non solum in Ecclesiasticis, sed & in politicis.

Ergo.

Assumtum probatur.

1. Papa secundum plenitudinem potestatis de jure potest supra jus dispensare. Decretal. Greg. l.3. tit. 8. de concess. præbend. c.4. proposuit. fol. 1072. nam contra Apostolum dispensat.

Contra canones Apostolorum, contra V. T. in voto, in Juramento, item secundum quosdam non dispensat in secundo gradu consanguinitatis, quod non est verum.

2. Non potest judicari ab Imperatore, Dist. 96. c. 8. in Scripturis p. 619.

3. Nec ab ullo prorsus homine Dist. 96. cap. 7. Satis evidenter pag. 620.

4. In his, quæ vult, *Papæ est pro ratione voluntas*, nec est ei qui dicat, Cur ita facis? Glossa Decr. Greg. l.1. tit. 7. de translatione Episcopi c.3.

Quartò ad verbum veri Dei vicem: p.217. unde dicitur habere cœleste arbitrium, & ideò etiam naturam rerum immutat, substantialia unius rei applicando alii.

De nullo potest aliquid facere: & sententiam, quæ nulla est, facit aliquam, quia in his, quæ vult, ei est pro ratione voluntas.

Nec est, qui ei dicat, cur ita facis?

Potest contra jus dispensare.

Item de injustitia potest facere justitiam, corrigendo jura & mutando.

26. Qui dicit, à se omnem articulorum fidei firmitatem pendere, est Antichristus.

Pontifex Romanus dicit, à se omnium articulorum fidei firmitatem pendere. Ergò.

Major, quia solius Dei est condere articulos fidei, & qui hanc dignitatem sibi vindicare satagit, contra Deum insurgit.

Assumtum probat Bellarminus de Sacramentis in genere l.2. c.25. p.86. Omnium Conciliorum veterum, & *omnium dogmatum firmitatem pendere ab autoritate præsentis Ecclesiæ.*

Omnium dogmatum firmitas pendet à Papa.

Omnes articuli fidei sunt dogmata.

Ergò omnes articuli fidei pendent à Papa.

27. Ar-

277. Argumentum Guilielmi Postelli. Qui est maximus, & maximè peccat, est Antichristus.

Pontifex Romanus est maximus, & maximè peccat.

Ergò Pontifex Romanus est Antichristus.

Major est Postelli, & Bellarmini in vita p.250.

Summus Pontifex nullos habet in orbe terrarum limites, nisi quos ipse Orbis terrarum habet.

Minor probata fuit Inductione eorum Pontificum, qui capitales errores foverunt, quos neque nos, neque adversarii nostri recipiunt.

In vita Bellarmini p.251. Nam S. Johannes Chrysostomus magno cum animi sensu scribit, paucos ex Episcopis salvari, propterea quod difficilimum sit, tot animarum sibi creditarum bonam rationem reddere. Neque blandiri nobis debemus de bona conscientia, & recta intentione, de sanctis operibus, &c.

Pag.349. Adhæc censuit in regimine supremo urbem Romam à Christi Vicario, qui ejus Antistes est, haud negligi debere: par ideò esse, ut illius Ecclesias per se circumspiciat semel, quemadmodum egit olim S. Gregorius M. & frequentius id muneris obeat per Cardinales, qui ipsarum titulos habeant.

Bellarm. de remissione gratiæ l.2.c.18.p.66. Non peccat magistratus, si meretricibus certum locum urbis incolendum attribuat.

Rationem quoque ineundam *relegandi ex urbe* tot prostratæ pudicitiæ *mulierculas*, quod pariter egit S. Ludovicus Rex Lutetiæ Parisiorum. Cum sit indecens, in sancta civitate ita esse incontinentibus semper paratam voluptatem. Atrocia in Deum & in Sanctos dicta, thori maritalis violationes, præposteras libidines puniri oportere suppliciis gravissimis, juxta præscripta Veteris Testamenti: ne pudor sit Christianos homines non perinde atque Hebræos olim, istiusmodi facinorum vindices haberi.

In vita Bellarmini l.3.c.5.p.248.&c. *Clementi VIII.* Pontifici Bellarminus aliquando Concilia dederat *reformandi Ecclesiam* p.252. pergit Bellarminus: videnter mihi sex quædam res esse, quæ Reformatione indigeant, nec sine periculo negligantur.

I. Res est diuturna vacatio Ecclesiarum.

II. Res est promotio minus utilium Prælatorum.

III. Res est absentia Pastorum ab Ecclesiis. Quid enim prodest idoneum eligi, si non resideat. Nam oves suas agnoscere, easque Sacramentorum

mentorum administratione ac bonorum operum exemplo pascere non possunt, qui gregi suo non assistunt, ut per se notum est.

IV. Res est polygamia spiritualis, cum videlicet uni personæ plures Ecclesiæ committuntur. Cui Pontifex: quod ad istam polygamiam, ea interdum est solùm in istis sex Episcopatibus Cardinalitiis circa quos nihil mutandum duximus, cum à prædecessoribus nostris, etiam post Concilium Tridentinum res hæc examinata fuerit, & ita constituta. Et turbare Ordinem Collegii, & redarguere facta prædecessorum nostrorum & tot Cardinalium, non fuit visa nobis res, quæ sine scandalo fieri possit.

V. Res est facilis translatio Episcoporum de una Ecclesia ad Ecclesiam.

VI. Res, subdit ultimo capite Bellarminus, est Episcopatuum resignatio sine legitima causa.

Posthæc Clemens etiam ipse in verba desinens: fatemur (*pag.260.*) ne dum in istis, sed in aliis multis, *imò in omnibus peccasse, & in nulla re muneri nostro satisfecisse, nec satisfacere.*

Habemus confidentem reum, & conclusioni Postelli non adversantem.

Audiamus *Ruevvardum Tapperum* Decanum & Cancellarium Lovaniensem in orationibus Theologicis ita perorantem pag.199. Et agnoscimus ipsi & ingenuè confitemur, gemimus & deploramus, in corpore Ecclesiæ, à planta pedis usque ad verticem capitis, non esse sanitatem, *& corrupta esse omnia* præsertim in statu Ecclesiastico, omnesque quæ sua sunt, quærere & studere avaritiæ, atque per dispensationes super beneficiorum pluralitate, & super aliis plurimis, super quibus nec Christus ipse dispensare posset, per Commendationes Abbatiarum & Episcopatuum, per monstrosas provisiones, regressus & retrogressus *omnia esse venalia*: sub prætextu tamen nescio cujus causæ rationabilis, quæ ex more, nullo facto examine prætexitur, & bullis inseritur semper, multamque præterea in capitibus Ecclesiæ *damnabilem esse hypocrisin.*

NB.

*Iohannes Fridericus Lumnius* de vicinitate extremi Judicii Dei & consummatione seculi lib. 2. c. 17. p. 219. Spem Reformationis Ecclesiæ modernæ tollit B. Apostolus.

Proinde Simon Ogerius in Ennedibus rectè scripsit.

Duaci 1592.

*Aletheam*

*Aletheam negligimus*
*Superbo calcatam pede*
*Pseudophilem diligimus*
*Alta collocatam sede.*

28. Asserens sibi, uni Christum omnia contulisse, est Antichristus.

PapaRomanus asserit, sibi uni Christum omnia contulisse plenitudinem potestatis. Ergò Papa Romanus est Antichristus.

Minor patet ex antecedentibus & e. ipso Bellarmino de Rom. Pontif.l.1.c.9.p.206.scribente: Pontifex noster habet supernaturale lumen fidei, Scripturas sacras, cœlestia Sacramenta, *& peculiarem Divini Spiritus assistentiam.*

P.205. Mortuis Apostolis Apostolica autoritas *in solo* Petri successore permansit.

*Bencius* p.54. Vocat Papam beatissimum terrarum moderatorem & pastorem populorum omnium, ad quem omnis Dei immortalis potentia ita translata est, ut & regum regna confirmet.

Pag.35. Autoritas Deo proxima, ut unus vitæ æternæ necisque in homines habeat potestatem.

29. Qui similis est Lucifero, injustior Pilao, immitior Juda, & abominabilior Judæis, est Antichristus.

Pontifex Romanus est similis Lucifero, injustior Pilato, immitior Juda, & abominabilior Judæis.

Ergò Pontifex Romanus est Antichristus.

Assumtum legitur apud S. Brigitam, Revelationum l.1.c.41.p.65. editionis Romanæ p.1606. Nunc ergò conqueror super te caput Ecclesiæ meæ, qui sedes in sede mea, quam Petro & successoribus ejus tradidi ad sedendum in ea triplici dignitate & autoritate. Primò ut potestatem haberent ligandi animas & solvendi à peccato. Secundò ut aperirent cœlum pœnitentibus. Tertiò ut clauderent cœlum maledictis & contemnentibus. Sed tu, qui deberes solvere animas, & ad me præsentare, tu verè es animarum interfector. Ego enim institui Petrum Pastorem & servatorem ovium mearum: tu autem es dispersor & lacerator earum. Tu autem pejor es Lucifero: ipse enim habebat ad me invidiam, & nullum concupivit occidere, nisi me, ut pro me dominaretur, tu autem

 tantò

tantò deterior es, quòd non ſolùm occidis me, removendo me à te per malum exemplum tuum. Ego redemi animas ſanguine meo, & commiſi eas tibi iterato inimico, à quo redemi eas: tu es injuſtior Pilato, qui nullũ judicabat ad mortem niſi me: tu autem non ſolùm judicas me, quaſi nullius dominatorem, & nullius boni dignum, imò & animas innocentes condemnas, & nocentes dimittis. Tu es immitior Juda, qui me ſolùm vendidit: tu autem non ſolùm me vendis, ſed & animas electorum meorum pro turpi lucro tuo & vano nomine. Tu es abominabilior Judæis: ipſi crucifixerunt corpus meum ſolum; tu autem crucifigis & punis animas electorum meorum, quibus malitia tua & transgreſſio amarior eſt omni gladio. Et ideò quia tu es ſimilis Lucifero, injuſtior Pilato, immitior Juda, abominabilior Judæis, ideò meritò conqueror ſuper te.

Eadem *Brigita lib. 4. c. 132. p. 398.* Sacerdotes perdiderunt Clavem, qua miſeris deberent aperire cœlum: illam autem, qua aperitur infernus, diligunt, & reconditam habent in ſe in ſindone munda.

Tertiò, de juſto faciunt iniquum, de ſimplice Diabolum, de ſano ſauciatum, quia omnis, qui accedit ad eos cum tribus vulneribus, ab eis habebit quartum: Si cum quatuor venerit ad eos, recedit ab eis cum quinque, quando viſo exemplo pravo Sacerdotum peccator fiduciam peccandi ſumit, & incipit de peccato, quod prius reputabat erubeſcibile, gloriari. Ideò ipſis erit amplior maledictio præ aliis, quia ſe vita ſua perdunt, & alios exemplo ſuo lædunt.

Quartò, quia me ſanctificare deberent, ore ſuo vendunt. Ipſi ſunt deteriores Juda. Judas enim peccatum ſuum recognovit & pœnituit, licet infructuoſe: Iſti ſe juſtos dicunt & oſtendunt. Judas retulit peccatum ad emptores; iſti autem obſervant ſuis uſibus: Judas vendidit me, antequam redemiſſem mundum, & non compatiuntur ſuper ſanguine meo, qui plus clamat vindictam, quàm ſanguis Abel: Judas vendidit me pro ſolis denariis: iſti autem omni mercimonio, quia non accedunt ad me, niſi ſperent ſibi fructum.

30. Qui eſt Chriſto contrarius in vita & moribus, is eſt Antichriſtus.

Papa Romanus eſt Chriſto contrarius in vita & moribus.

Ergò Papa Romanus eſt Antichriſtus.

Aſſumtum probat *Franciſcus Guicciardinus* in Alexandro VI.

P. 3.

p.3. Nam in Alexandro VI. (sic enim voluit novus Pontifex appellari) solertia & sagacitas singularis, consilium excellens, vis ad persuadendum admirabilis, & ad res graves pertractandas diligentia ac dexteritas incredibilis fuit. Sed has virtutes longo intervallo *vitia moresque* turpissimi superabant, non sinceritas in homine, non pudor, non veritas, *non fides, non religio*, sed insatiabilis avaritia, ambitio immoderata, crudelitas plusquàm barbara, sitis ardentissima.

Audiamus vernacula lingua loquentem.

Per che in Alessandro sesto (così volle esser chiamato il nuovo Pontefice) fu solertia & sagacità singulare, consiglio eccellente, efficacia a persuadere maravigliosa, & à tutte le faccende gravi, solleci, Judice & destrezza incredibile; ma erans queste virtù avanzate di grande intervallo da vitii, costumi osceenissimi, non sincerità, non vergogna, non verità, non fede, non religione, avaritia insatiabile, ambitione immoderana, crudeltà piu che barbara & ardentissima cupidità di essaltare, in qualunque modo, i figlivoli, i quali erano molti.

*Iacobus Sadoletus lib.* 12. *epist.* 5. *p.* 285. Sed dicam apertè, ut res se habet. Qui potest videri amore religionis in suis provinciis Lutheranos persequi, qui in eisdem provinciis tantoperè *sustinet Iudaeos?* Sustinet autem? Imò verò auget, condecorat, honestat? Nulli enim unquam ullo à Pontifice Christiani tot gratiis, privilegiis concessionibusque donati sunt, quot per hosce annos à *Paulo III.* Pont. honoribus, prærogativis, beneficiis non aucti solùm, sed *armati sunt Iudaei.*

Ac cæteris quidem fidelibus & optimè meritis, nova Juris beneficia ad propulsandam, si qua illata sit, injuriam conceduntur: Judæis solum ad inferendam. Quanquam non est illa Pontificis Optimi culpa, sed eorum, qui ad suum ex Judæis quæstum, Pontificis nomine abutuntur, de quibus honestius est vos existimare, quàm me scribere.

*Lib.* 13. *Epist.* 3. *pag.* 324. Præcipuè contra Judæos, quorum est dominatus in his locis non ferendus. Nam tot privilegiis isti sunt muniti, ut planè *Domini Christianorum sint effecti*, cum maxima quidem pernicie & tanquam strage horum populorum; è quibus quotidie aliquos cedere bonis, & suis laribus familiaribus emigrare cogunt, &c.

ΧΡΙΣΤΟΠΟΙΙΑ.

# Hiſtoria de iis, qui in & ſub Papatu ſe pro Chriſto venditarunt, ſibique nomen Chriſti tribuerunt.

Matth. 24, v. 5. Multi venient in nomine meo dicentes: EGO SUM CHRISTUS.

## I.

*Baronius to. 8. ad an. 595. §. 82. ex Gregorio Turonenſi l. 10. c. 25.*

SIgebertus Gemblacenſis ad annum Chriſti 593. pag. 513. In Gallia quidam in ſilva, cædens ligna, adeò à muſcis infeſtatus eſt, ut per biennium amens fieret. Deinde ſub religionis habitum exhibebat ſe Prophetam, deinde magum, deinde etiam ſanitates deſuper infirmos faciens. Chriſtum ſe eſſe dicebat, & pro Chriſto ſe adorari jubebat: nolentes ſe adorare cum populo, qui ei multus adhærebat, impetebat hoſtiliter. Qui poſtea à quodam fideli occiſus eſt, & ita ſequaces ejus diſperſi ſunt.

*Spondanus* ad annum Chriſti 596. fol. 595. Impoſtor quidam in Gallia apertè dixit ſe Chriſtum, aſſumta ſecum muliere, quàm Mariam vocavit.

## II.

*Spira 1581.*

Sarmatia Europæa Alexandri Guagnini Veronenſis, in vitis Regum Poloniæ, fol. 22. b.

Martinus Bielski Polonus, qui Annales Polonorum vulgari lingua conſcripſit, facit mentionem in principio Imperii hujus Sigiſmundi primi, nobilem quendam Jacobum Melſtinski prætorem de Brezinii civitate, ex levitate quadam animi ſeu potius deſperatione nomen autoritatemque Chriſti ſibi aſciviſſe, Petrumque Zatorski civem Cracovienſem, cæterosque ſibi ſimiles latrones XII. ſecundum numerum Apoſtolorum elegiſſe, ſingulisque nomina Apoſtolorum impoſuiſſe; ſe verò Jeſum Chriſtum appellaſſe, &c.

III.

III.

Præclarissimum Opus *Antiminorica* vocatum adversus Minoricam fratrum dictorum de Observantia p.39. Imo in Insulis da Madera sub Rege Portugalliæ, nostris diebus XIII de vestra secta, peccato superstitionis graviter peccaverunt, quando caput XII. illorum *finxit se Christum*, & post suam mortem resuscitandum.

*Venetijs 1505. 25. Iunij.*

IV.

Rob. de Monte ad Chronicon Sigeberti ad an. Christi 1148. p. 629.

A Papa Eugenio Rhemis 11. Calend. April. Concilium celebratur in quo hæreticus quidam de Britanijs adductus damnatur, qui se Prophetam vel magnum quemlibet, & nomini suo alludens (Eon enim dicebatur) *Eum*, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem, se esse dicebat, & de suis quosdam quidem angelos, alios autem Apostolos faciebat, & proprijs Angelorum seu Apostolorum nominibus appellabat. Qui in Concilio damnatus, sub custodia Rhemensis Archiepiscopi, non multò post defunctus, vita pariter caruit & memoria.

V.

E Paulo Langio Monacho, in Chronico Citizensi fol. 902. Anno Domini 1514. Judæus baptizatus *Iohannes Pfefferkorn* Halæ Saxonum confessus fuit, complures se medicinæ sub specie perimisse Christanos, item quod se ad tempus *pro Messia gesserit*, & cum 12. discipulis per pagos & oppida quæstus causa ierit, multaque mira apparenter, sed & fictè fecerit:

&:

Morti adjudicatus primum candentibus uncins discerptus fuit, deinde ad locum supplicij, ad cœmiterium videlicet Judæorum tractus, ibidem igne affatus & combustus horribiliter interijt. Obijt autem (& ut vox & fama communis erat, & impressum vèrnacula lingva extat) ut verus Christianus demeritas pœnas sub bona spe fideque sufferens.

VI.

Adalberti epistola qua *se Iesum esse* divulgabat. Baronius ad annum Christi 744. §. 31.

*Tom. 9.*

*D. Luther* Tom. 2. Lat. Jen. p. 385. b. Rectè ergo prædixit venturos istos Antichristi Apostolos in nomine suo. Cæteri enim hęretici, etsi veritatem simulent, nunquam tamen Christi proprium nomen præte-

Prætexuerunt: hoc enim soli AntiChristo reservabatur. Unde Christus Matth. 24. non contentus prædixisse, quod venturi essent in nomine suo, addit, seipsum explicans, *ego sum Christus*, ac si dicat, nomen meum proprium prætexent, quod est Christus, dicentes, se esse me Christum.

Tom. 2. Lat. Jenens. p. 523. b. De votis Monasticis. Qui enim dicit, *ego per opera mea salvabor*, nihil aliud dicit, quàm *ego sum Christus*, cum solius Christi opera salvent, quotquot salvantur.

## Gesta Dei per Monachos.

MAgnam esse Ordinum Monasticorũ apud Pontificios dignitatem, utilitatem & jucunditatem; *Gabriel Bareleta*, frater Ordinis Dominicani exertè testatur, qui in festo Sancti Dominici sermone 7. ita loquitur: Anno Domini MCCXVI. apparuit Christus in aëre *totus furibundus* cum tribus lanceis contra tria peccata Superbiæ, Luxuriæ, Avaritiæ. Virgo autem Maria genibus flexis ad pedes Christi provoluta: parce peccatoribus, quia dabo tibi duos servos meos Dominicum & Franciscũ, qui mundum convertent ad te. Quod & factum est; quia hi duo Ordines sunt duo candelabra in mundo.

P. 149. b.

Non est dubitandum, teste Balduino Junio Franciscano, Seraphicum Patrem nostrum Franciscum expressam habuisse Dei revelationem de Minorum Religione instituenda, cum non semel, sed ter Christus cruci affixus, eidem divo in voce delapsa prædixerit, Francisce, vade, repara domum meam; *nam tota, ut cernis, labitur*.

*Part. 4. pag. 519.*

Cæterùm vulgò circumfertur distichon, quod Æneæ Silvio, qui 15. annos fuit Secretarius Friderici III. Im. tribuitur.

*Non audet Stygius Pluto tentare, quod audet*
*Effrenis Monachus plenaque fraudis anus.*

Quod acroama verum ne sit an falsum, libet paucis dispicere: ex fructibus dignoscitur arbor. Arbori radix bonitatem tribuit, radicis bonitatem fructus ostendit, ut in opere Mariano loquitur Martinus del Rio. pag. 367.

P. 311. Frater Nicolaus Basetius in additionibus ad Cronographiã Johannis Naucleri ita scribit: Eodem anno (1509) pridie Calend. Junij apud Bernam

nam in Helvetia, quatuor S. Dominici conventus ibidem fratres, Prior, Lector, Subprior & Custos capti, per torturam examinati, degradati, ad ignem condemnati, miserabiliter sunt combusti, propter quasdam dolosas, falsas, impias & Diabolicas machinationes, quas in odium immaculatissimæ Virginis Mariæ conceptionis occasionaliter excogitarunt. Nam quendam simplicem & justum idiotam superstitiosis quibusdam incantationibus diaboli arte dementarunt, ac plurima tam in Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, quam sculptis imaginibus tentaverunt, quemadmodum ferè facta eorundem Hæresiarcharũ in lucem arte chalcographiæ sunt impressa, ideò præsentibus eorum confessata superfluum inserere duxi. Tandem verè ad instantiam Bernensium Haimo Lausannensis Episcopus loci ordinarius inquisitionem contra eos fecit, quo astante una cum Matthæo Walesiano Pontifice, Achilles Castelli Episcopus, & Apostolicæ sedis Legatus, ad hoc à Papa Julio specialiter missus, ab omni gradu & privilegio Clericali depositos, 23. *die mensis Maij* potestati traditi sunt seculari, atque dehinc ultima die ejusdem mensis igne ut hæretici sunt *incinerati*, in prato trans Ararim fluviũ, præsentibus ibidem utriusque sexus & conditionis multis hominum millibus.

Anno 1028. ut refert Balduinus Junius, Seraphicæ religionis in Chronico Morali parte. 4. pag. 180. obijt S. Fulbertus, Episcopus Carnotensis, de quo præclara sunt scriptorum hujus temporis elogia, ut Glabrij & autoris Historiæ Aquitanicæ atque aliorum. In quo præter scientiam & vitæ integritatem maximè commendatur, quod erga sanctissimã Virginem Dei genitricem addictissimius servus, & promtissimus ejus amator fuerit: in cujus laudem librum conscripsit, basilicam construxit, gloriamque cecinit: ab ea verò singulari remuneratus est dono, dum ipsi ægrotanti per visũ apparens, *sugenda aperuit sacra ubera*, sicut testatur Guillerinus, & ex eo Vincentius.

Coloniæ. 1622.

Gregorius VII. Monachus ante Cluniacensis Henricum Imperatorem excommunicavit & deposuit, Rudolphum AntiCæsarem confirmavit, Coronam ei misit cum hac inscriptione:

*Bald. Iun. part. 4. fol. 180.*

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

Idem Balduinus refert fol. 414. Hadrianum Pontificem in præparata sibi sede consedentem, cum Fridericus Imperator ad ejus vestigia procidisset, & deosculatis pedibus ad pacis osculum accedere voluisset, Pontificem ei illud denegasse, ob non impensum sibi ab eo (consuetum ab Orthodoxis Imperatoribus pro Apostolorum Petri &

Pauli

Pauli reverentia, reddi Romanis Pontificibus) stratoris obsequium; respondenteq; Rege, se ad hoc nõ teneri, demum investigata diligenter antiqua consuetudine, & veteribus monumentis, judicio Principum, qui aderant, decretum esse, totiusque exercitus consensu confirmatum Regem debere Pontifici stratoris officium exhibere, & ejus *streguam* seu suppedaneum tenere, dum conscenderet equum aut descenderet: idque protinus Fridericum præstitisse, ac postea ad osculum admissum esse.

Alteram fraudem & imposturam *Dominicanorum* in miraculo conficto eleganter Hieronymus Osorius Lusitanus, Silvensis in Algarbijs Episcop⁹ describit de rebus Immanuelis Lusitaniæ Regis l. 4. f. 114. Hisce verbis. Illis fortè diebus multæ è Gallia belgica & Germania Olyssipponem naves cum mercibus appulerant, 19. verò die April. non pauci ex ijs, qui in urbe manserant, in ædem nomine D. Dominici consecratam, cujus superius mentio facta est, ut rebus divinis operam darent, convenêre. Ad sinistrum latus templi est sacellum sanctum & mira omnium religione celebratum, quod Jesu sacellum appellant. In eo super aram *est imago crucifixi* collocata, in cujus latere vulnus illud assimulatum, operculum vitreum contegebat. Cum multi in vulnere illo oculos & mentem defigerent, ex eo splendor emicuit. Conclamant igitur omnes ingens esse miraculum, cœlesteque numen præsentiam suam signis admirandis ostendere. Quidam ex Hæbreis illis, qui non ita pridem Christo nomen dederant, maxima voce miraculum esse negavit: nec enim esse verisimile, ut aridum lignum miraculum ederet. Quamvis autem multi de miraculi veritate dubitarent, non tamen tempus, neque persona, neque concio erant satis apta, ut quisquam ... genere deberet tunc in errore illo, intimis hominum sensibus penitus insito, depellendo operam frustra consumere. Multitudo igitur natura præceps & inconsiderata, & specie quadam religionis attonita, cum audiret hominem Hæbræum, miraculo fidem derogare, fremere cæpit, Judæum perfidum & sceleratum, religionis proditorem & Christi hostem immanem & importunum appellat, extremoque supplicio & cruciatu dignissimum.

*An. Christi 1506.*

Cum ad hunc modum probra undiq; multi congererent, exarsit iracundia concio, & impetum in hominem facit, & in capillum involat & raptat & vexat, & in forum, quod ante templũ illud est, pertrahit, crudelissimè necatum dilacerat, ignemque repente facit, in quem cadaver illud conijciat.

Ad hunc tumultum plebs universa confluxit. Ibi *Monachus* quidam orationẽ satis popularem habuit, qua multitudinem ad Christi vindictam nimis acriter incitavit. Multitudo satis sponte sua furens, ea ratione vehementius efferata est. Duo verò Monachi crucem sustulerunt, maximisq; vocibus populum ad cædem concitarunt. Et altero quoque verbo *Hæresin, hæresin* dicebant, nefandã vindicate, gentemq; sceleratam extinguite. Galli & Germani, qui in navibus erant, in terram desiliunt, & se ad Lusitanos qui jam cædem im̃anem faciebant, adglomerant. Quingentos homines fuisse constat illos, à quibus fuit hoc immanissimum facinus institutum. Ruunt igitur amentia & scelere flagrantes, & in gentẽ miseram nimis ferociter invadunt, multósque trucidant, in ignem semivivos abijciunt. Erant ad eam crudelitatem pyræ satis frequentes extructæ, eo in loco, ubi primus ille, qui multitudinẽ offenderat, crematus extiterat. Servi & homines etiam vilissimi sum̃o studio & alacritate materiam undique convehebant, ne ignis posset tanto facinori perficiendo deficere. Mulierum luctus & lamentationes, & virorum implorationes acerbissimæ, omniumque miserabiles ejulatus ejusmodi erant, ut hostes immanes misericordia frangere possent. Illi tamen, qui cędem faciebant, ita humanitatem exuerant, ut nulli neque sexui, neque ætati parcerent, sed in omnes absque ullo discrimine crudelitatem suam exercerent. Et eo quidem die supra quingentos homines ex Hebræo genere fuerunt necati atque combusti. Sequenti die cum immanitatis illius rumor latè dissipatus fuisset, homines ex pagis scelere & audacia furentes supra mille in urbem convenere, & se ad reliquos sicarios aggregarunt. Itaq; cædem instaurant Et quia omnes Hebręi generis formidine perterriti in domibus suis latitabant, fores perfringebant, & in domos irruebant; pueros & infantes ad pariętes allidebãt, omnes partim enectos, partim spirantes pedibus trahebant, ut in ignem cõijcerent. Multi quidem simul concisi vulneribus, vivi tamen adhuc eodem igni consumebantur. Ingens eo jam die stupor adeo miserrimę gentis sensus oppresserat, ut ne lamentari quidem cladem illã, & deplorare miseriam suam possent. Qui se occultabant, quãvis filios aut parentes suos ad supplicium abripi viderent, ne lugubri gemitu proderentur, vocem emittere non audebant. Sic autem eos metus exanimaverat, ut vivi non multum à mortuorum similitudine distarent. Domus interim diripiebantur. Sicarij aurum, argentum, & pretiosam suppellectilem coacervabant, Galli prędam in navibus imponebant, eo-

que prædandi studio factum est, ne multo plures eo die occiderentur. Eò autem progressus est hominum perditorum furor, ut in ædes sacras absque ullo numinis metu invaderent, & inde pueros & servos & Virgines quæ ad aras confugerant, crucibus & hominun sanctorum imaginibus affixas, & Chrsti fidem mirabiliter implorantes evellerent, quos repentè crudelissimè necabant, aut vivos in ignem proijciebant. Multi specie quadam & similitudine cum Hebræi existimarentur, summum vitæ periculū adierunt, aliqui etiam ob eam causam interfecti sunt: & quidam antequam explorari posset, sibi cum Hebræis nullā esse necessitudinem, plagis atque vulneribus deformati fuere. Multi cum inimicos suos inciderent, eos Judæos esse dicebant: qui antequàm falsum testimonium refutare possent, sanguine suo inimicorum crudelitatem satiabant. Magistratus non tantum animi habebant, ut multitudinis furori se opponere auderent: multi tamen honesti viri, ad quos Hebræi confugerant, eos summa fide tuebantur, & clanculum è periculo crudelissimæ necis educebant & in tuto collocabant. Eo tamen die supra mille ad hunc modum interierunt. Tertia rursus die ad eandem cædem sicarij mente prorsus alienata redierunt: sed neque quem occiderent, reperiebant. Omnes enim fermè qui ad Hebræum genus pertinebant, aut fuga sibi salutem pepererant, aut in domibus proborum hominum latitabant. Aliqua tamen cædes facta fuit. Illis tribus diebus circiter duo hominum millia, ex Hebręa gente ad eum modum occisa sunt. Cum tamen advesperasceret, Arius Silvius & Alvarus Castrensis, viri adprimè nobiles, qui tunc regiis judicum decurijs præerant, cum præsidijs in urbem se contulerunt. Eorum adventu furor repressus est, Galli & Germani se confestim in naves cum præda magna recipiunt, datisque velis in patriam ea, qua potuerunt, velocitate confugiunt. Immanuel ubi nuncium de tam insigni facinore percepit, ira nimis acriter exarsit, & continuo Jacobum Almeidam & Jacobum Lupium, viros primarios, cum summa authoritate Olysipponem misit, qui tantum scelus debito supplicio vindicarent. Magnus hominum numerus extremo supplicio pœnas immanitatis & amentiæ dedit. Monachi verò, qui sublata cruce hortatores cędis extiterant, sacerdotij primum dignitate solenni ritu privati sunt, deinde *strangulati atque combusti, &c.*

*F. Bernardus* Ordinis Dominicani, Henrici, V I I. Imperatoris Romani Confessor & cappellanus, qui ab inimicis Cæsaris ad hoc conductus

ctus, cum ipsi sacramentum administraret oblitam toxico hostiam porrexit, & necem intulit an. 1313.

Licet autem F. Hyacinthus, choquetius, Dominicanus in sanctis Belgij propè finem columniam vocet, & rem fictam pronuciet, tamen Nauclerus, Krantzius & Trithemius cum alijs facinus hoc enumerant.

*Mercurius Italicus D. Pflaumern ait esse mendacium falsò, imperitè improbe cõfictum.*

*Nauclerus* generat. 43. Quidam Jacobinus de Ordine B. Dominici subornatus, ut ajunt, præmijs & pollicitationibus, nec sine suspicione Florentinorum, qui tum coram Imperatore celebrabat, venenum sub sacramenti specie dedit, vertens calicem vitę in calicem mortis, sensit mox Imperator mortem adesse, fertur tamen dixisse, completa Missa: O Domine recedatis: nam si percipiunt nostri devoti malum, quod nobis fecistis, morte miserabili moriemini, Deus vobis ignoscat. Superante autem morbo hoc in loco, è vita migravit.

*Albertus Krantzius* in Saxonia l. 9. c. 7. p. 234. Signa veneni in cadavere apparuisse *multi scribunt.* Ptolemæus verò Lucensis affirmat, *veneno cum perijsse*, à Prædicatorum Ordinis fratre in Eucharistia dato: aliusque addit, id Florentinorum procuratione factum: ipsi fratres multa in purgationem sui fratris congesserunt.

*Trithemius* in historia Monasterij Hirsaugiensis ad an. 1313. f. 210. Sunt qui scribant, ipsum (Henricum) veneno perijsse per administrationem fratris Bernhardi, Ordinis Prædicatorum, Confessoris & Capellani sui, à quo ipsum in die assumtionis B. Mariæ semper Virginis communicantem, in hostia consecrata *ferunt* intoxicatum, & ob id prædicatores omnes à Papa hac pœna notatos, *ut usque in hanc diem ac deinceps communicantes in altari, eorum sacerdotes sinistra manu se communicent.*

## Iter Sena Romam.

MErcurius Italicus Henrici à Pflaumeren p. 149. Buon convento. Ingens, ut canit, imò queritur quidam noster:

*Tellus crimen habet, Germani morte notata*
*Cæsaris Henrici, quem quando vincere ferro*
*Impia non valuit, violare est ausa veneno:*
*Nec scelus hoc potuit Monachi nisi fraude parare.*

Henricum Septimum ejus nominis intelligit, de quo vitæ ejus quidam scriptor: Cum, inquit, Florentinos qui jam de salute desperabant, gra-

gravi obsidione premeret, veneno in Eucharistia dato, opera Monachi cujusdam Prædicatorij è medio sublatus est.

Parisiis 1616.

*A Dominicanis veniamus ad Franciscanos*: ita autem scribit Carolus Sausseyus in Annalibus Ecclesiæ Aurelianensis fol. 618. Anno MDXXXIII. fatis concesserat nobilis & Catholica mulier Ludovica Demareau, uxor Nobilis viri Francisci de sancto Maximino scutiferi præpositi Aurelian. illataque in tumulum Dominorum de S. Maximino in Ecclesia fratrum Franciscanorum Aurelianensium, qui multis conventum illum beneficijs olim affecerant. Cum verò aliquanto post tempore copiam aliquam lignorum ab ipso, silvas cæduas concidente dicti fratres, qui tunc erant, in illo conventu numero 30. sibi dari postulassent, nec obtinuissent, visum est illis in repulsæ vindictam familiæ & nomini defunctæ injuriam irrogare, fratribus quibusdam Johanne \ olim ant Provinciali & Petro d' Arras Religioso negotiū illud vafrè promoventibus cum alijs septem ex eodem conventu. Inducunt ergo quendam in testudinem Ecclesię, qui *se spiritum fingat illius defunctæ Ludovicæ*, & signo tabulæ ligneæ, quam manu gerebat, ad interrogata nocte respondeat. Intempesta igitur nocte dum fratres ad matutinum convenirent, *spiritus ille tumultum* & fragorem exscitat. Petrus d'Arras hunc adjurat in nomine Domini, & imperat, si vera sunt, quæ illum est interrogaturus, ut tabulæ ictibus præscriptis, veritatem quæsitam exprimat: sin minus, conticescat. Interrogat illum ementitum spiritum per aliquot noctes, ad multa respondentem signo tabulæ, hoc maximè, *se spiritum esse Ludovicæ*, seque damnatam inferni supplicijs *ob hæresin Lutheranorum*, & corpus suum ibi sepultum indignum esse sepultura. Interim ex altari Ecclesia corpus Dominicum in capitulum suum transferunt, quasi locus ob illam sepulturam sit interdictus, officiumque divinū ibidē cessant celebrare. Publicant ubiq; spiritus illius regressum. Unus eorum pro concione in Ecclesia Aurelianensi prædicans, affirmat Ludovicam illam ob hæresin esse damnatam, & ut rei fides sit major, cōvocant nocte aliquot cives diversis vicibus, & inter cæteros Priorem Sancti Sansonis & Antonium Descomptes, Officialem Domini Episcopi, & Johannem Texier proprætorem particularem & Robertū du Courreau Cantorem & Canonicum Aurelianensem, sed his præsentibus adjurante quantumvis & exclamante Petro d' Arras nihil amplius spiritus ille respondet. Excandescit super ea re majorem in modum Franciscus de S. Maximino præpositus Aurelianensis, & litem movet Franciscus, ob inju-

injustam famæ suæ & uxoris memoriæ injuriam, omniaq; illa imposturæ cõstanter asserit, & cum de Judicibus inter partes non conveniret, tam ille quàm fratres Franciscani apud Franciscum Regem conqueruntur. Dantur ergo judices ex parte quidem Regis, Adam Fumeus Eques, libellorum supplicum primarius magister: ex parte summi Pontificis per Dominum Antonium à Prato Cardinalem Legatum Archiepiscopum Senonensem & Cancellarium Franciæ, Nicolaus Quelin, Præses Senatus Parisiensis. Parisios deducuntur illius facinoris autores & conscij carceribusq; mancipantur. Super eo negotio facultas Theologorum Parisiensium consulitur, & auditis partibus, & perspecta rei veritate novem ex illis Joh. Collimant, Petr. d'Arras, Roland. Pressin, Petrus Brossier, Joh. Multoris, Philipp. Queronier, Steph. Chrochel, Gulielm. Fallean, Joh. de Gay, falsitatis & imposturæ convicti *condemnantur*, ut Aurelianis, in auditorium regium educti, nudo capite, nudis pedibus faculas ardentes in manibus gestantes, veniam à Deo, Rege, Justitia, & Domino Francisco de Sancto Maximino deprecarentur, publicè pronunciarent se falsò & contra veritatem dixisse & publicasse, Spiritum dictæ Ludovicæ Demareau damnatum esse & reversum esse: & quia corpus Dominicum transtulissent ex Ecclesia in suum capitulum & divinum officium ibidem celebrare intermisissent *è regno exularent*. Datum Parisiis die 18. Febr. an. MDXXXIV. Et hæc est Veritas rei sine fuco depromta ex Instrumentis authenticis &c.

In diebus istis, inquit historicus Thomas Walsinham Hist. Angl. in Richardo II. in ore cujuslibet bonum argumentum, tenens tam de forma, quàm de materia: *This is a frier, ergo a lier. Hic est frater, ergo mendax:* sicut & illud: hoc est album, ergo coloratum.

In *Speculo S. Francisci*, Venetijs anno 1504. edito cap. 59. pag. 38. b. de statua simili statuæ Nabuchodonosor, vestita tamen erat sacco, quæ locuta fuit beato Francisco, & dixit, de quatuor Statibus Ordinis. Cum semel S. Franciscus devotè oraret altissimum in loco S. Mariæ de Angelis, & ecce apparuit corporalibus oculis præsentialiter visio valde mirabilis. Nam apparuit ante ipsum quædam *statua magna nimis*, similis statuæ Nabuchodonosor, quam Rex in somnio habuit, quæ habebat *caput aureum* & faciem pulcherrimam: pectus autem & brachia de argento: ventrem & femora de ære: tibias autem de ferro: pedes verò ex parte ferreos & fictiles. & erat vestita sacco: de quo facto multum erubesce-

re videbatur. Beatus verò Franciscus respiciens in statuam mirabatur vehementer de illius quasi indicibili pulchritudine, & de ejus mira magnitudine, & insuper de erubescentia, quæ videbatur habere de sacco vili, quo erat induta. Et dum sic miraretur & intentè aspiceret caput ejus pulcherrimũ & speciosissimam faciem, statua ipsa *locuta est* B. Francisco, dicens: Quid miraris? Deus hoc exemplum misit ad te, ut in me disceres, quæ circa tuum Ordinem sunt futura.

I. *Caput ergò aureum*, quod in me vides, & facies tam decora, est primum Ordinis tui positum in Evangelicæ perfectionis. Et sicut ipsius substantia est cunctis metallis pretiosior, & facies cunctis membris eminentior: ita *primum tui Ordinis* erit tantæ pretiositatis propter fraternam *& auream charitatem*, & tantæ pretiositatis propter angelicam honestatem, & tantæ altitudinis propter Evangelicam paupertatem, quòd totus mundus mirabitur: & regina Sabba, id est sancta mater Ecclesia mirabitur & delectabitur in corde suo: cum viderit in primis electis tui Ordinis tantam Christi pulchritudinem sanctitatis & sapientiæ spiritualis splendorem tanquam in angelicis speculis relucentes. Et beati erunt, qui illorum priorum lapidum pretiosorum, imò caput aureum, virtutes & mores Christo se totaliter conformatos studuerint imitari magis illorum cœlesti pulchritudini, quàm florentis mundi fallaciis adhabendo.

II. Pectus & brachia de argento erit secundus Ordinis tui status, qui tantò erit primo inferior, quantò argentum est inferius auro. Et sicut argentum pretiositatem & claritatem & sonoritatem habet: ita in sancto statu pretiosi erunt scripturis, & clari luce sanctitatis, ac verbi Dei sonoritate sublimes, in tantum, quod aliquis eorum ad Papatum, & aliquis ad Cardinalatum & ad Episcopatum plurimi assumuntur. Et quia per pectus & brachia ostenditur hominis fortitudo, ideò in illo tempore excitabit Dominus in isto Ordine tuo homines scientia argenteos & virtute præclaros, qui tam scientia, quàm virtutibus defendant religionem istam, & etiam universam Ecclesiam à multiplicibus impugnationibus Dæmonum, & à variis impulsionibus hominum impiorum. Sed quamvis mirabilis illa generatio erit, tamen usque ad priorem statum perfectissimum non perveniet; sed hic erit respectu status primi, sicut argentum respectu auri.

III. Post hos erit tertius Status in Ordine, qui ventri æreo simulabitur, & femoribus æreis. Quia sicut æs æstimabitur minori pretio, quàm

quàm argentum, ita illi de illo statu erunt primis secundisque minores. Et quamvis tanquam æs in numerositate & multa latitudine per orbis spatia distenderentur: tamen erunt de his, quorum Deus venter est, & gloria religionis in confusione ipsorum, qui sola terrena sunt, sapiunt. Et quamvis propter scientiam habebunt linguam, tanquam æs, mirabilem & sonoram, sed quia erunt cultores ventris & femorum, heu heu reputabuntur apud Dominum, secundum Apostolum, sicut æs sonans aut cymbalum tinniens, quia aliis resonabunt vitæ fontem, ipsi ventre arido gratia adhærebunt in terra.

IV. Post illos verò erit status quartus terribilis & pavendus, qui tibi nunc ostendetur *in tribus ferreis*. Nam sicut ferrum domat & disciplinat æs, argentum & aurum: ita status ille tantæ duritiæ & ferreæ pravitatis, quod ex frigiditate & horrenda rubigine ac ferreis moribus illius periculosi temporis oblivionum tradetur, quæcunque bona charitas aurea priorum. Et argenteos veritas secundorum, & ærea sive sonora loquacitas tertiorum ædificaverant in Christi Ecclesia: tamen sicut tibiæ sustinent corpus, ita illi in quadam fortitudine rubiginosæ hypocrisis corpus Ordinis sustentabunt. Et ea causa venter prædictus, quòd tibiæ istæ ferreæ latebunt sub vestibus, quia sub religionis habitu contegentur: habitum quidem pietatis habentes intrinsecus erunt lupi rapaces. Et isti tales solùm ventri servientes, & etiam rubiginosi & ferrei: mundo quidem latentes, sed Domino manifesti, quia pretiosissima bona quasi ad nihilum prave malleo redegerunt. Ideò ipsi tanquam ferrum durissimum igne tribulationum & malleis angustiarum terribilium affligentur, ita ut non solum Dæmonum sed etiam rectorum seculi cladibus secularibus durissimè ignibus & carbonibus excoquantur, ut potentes potenter tormenta patiantur.

Et quia per irreverentem duritiam peccaverunt, ab irreverentibus durissimè torquebuntur. Propter autem illas angustias ad tantam impatientiam movebuntur, quòd sicut ferrum, quod omnibus metallis resistit, sic in omnibus se opponent: ita quod non solum secularibus potestatibus, sed etiam spiritualibus obstinatè resistunt, putantes se tanquam ferrum posse omnia conculcare: propter quòd Deo maximè displicebunt.

V. Quintus verò status erit ex parte ferreus, quantum ad hypocritas, supradictus, ex parte terreum, quantum ad illos, qui secularibus nego-

negotiis totaliter se miscebunt. Et sicut vidisti in pedibus, quòd testa ex luto cuncta & ferrum simul apparuit, quæ tamen videri nullatenus possunt: ita erit in extremo Status istius Ordinis, quòd orietur tanta abominatio, divisio inter ambitiosos hypocritas & testeos ex luto temporalium & concupiscentia carnis excoctas, quòd sicut testa & ferrum nequibunt ex discordia maxima convenire, & contemnent non solum Evangelium & regulam, sed etiam pedibus testeis & ferreis hoc est pravis affectibus & immundis, conculcabunt omnem sancti Ordinis disciplinam. Et sicut testa & ferrum divisa sunt invicem: ita multi ipsorum inter se dividentur intus & extra. Intus quidem contentiosè viventes, extra verò partialitatibus & curis secularibus adhærentes. Propter quod venient in tantam displicentiam omnium, quòd non solùm in terris vix intrare potuerunt vel morari, sed vix portare habitum manifestè. Et multi eorum punirentur & destruentur tormentis horribilibus per homines seculares, quia tam abominabiles pedes non dirigit. Hoc autem totum eveniet illis, quia totaliter ab aureo capite *recesserunt*. Beati autem erunt, qui in illis periculosis diebus ad pretiosi capitis monita revertentur, quod tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausta medullata coronabit & accipiet in æternum. Saccus verò de quo fuit induta, de quo erubescere videor, est sancta *paupertas*, quæ cum sit totius Ordinis decor & speculum, & custodia singularis & corona & fundamentum omni mundo sanctitatis, deficientibus tamen omnibus studiis virtuosis, ut dictum est supra de paupertate sanctissima, filii degeneres erubescent, & abjectis vilibus indumentis eligent prętiosa, & cappas vanas anxiè & simoniacè procurabunt. Felices verò & beati erunt, qui usque in finem perseveraverint in his, quæ Domino promiserunt. Et his dictis statua illa disparuit. Et beatus Franciscus de his omnibus vehementer admirans, oves suas præsentes & futuras tanquam bonus pastor Deo multis lachrymis commendabat ad laudem Domini nostri JESU CHRISTI, Amen.

Cæterum *de corrupta Minorum Regula* eleganter scribit Nobilis Poëta Ambrosius Novidius Fraccus Ferentinas ad Paulum III, Pontificem Romanum, sacrorum Fastorum lib. 10. p. 129. b.

Ant. ... 1537

*Tempe-*

*Temporeq́; aut agris errat, datq́; area fruges:*
*Aut quacunque lacus fervida musta tenent.*
*Aut fora inops intrat, lustratq́; aliena per urbem*
*Limina, & obliquo postulat ore cibum.*
*Et modo habet peram, modò onustum ducit asellum,*
*Res aut poscit emi, cum minus æra petat.*
Scilicet ære emptus Deus est, *corrumpitur auro,*
*Hincque nefas nummum tangere, triste putat.*
*Unde sedet habitus, quis cinctum repperit ipsum.*
*Curve illis velent vincula rara pedes.*
*Quidve brevis tonsura, tegat cur summa cucullus,*
*Cur nota versa placet, vitaque parca, canam.*
*Venerat huic ætas, animus, moresq; juventæ*
*Vanaque nec curis tempora certa suis.*
*Seu Superis visum sic, ut sua sacra juvarent,*
*Seu quia non alio sidere natus erat.*
*Confusæ tactus vitæ, morumque pudore,*
*Pectore concepit numina sacra suo.*
*Atque Deo plenus populos, urbesque perosus,*
*Deseruit celeri patria tecta fuga.*
*Dum fugit, inquit, opes sunt nobis causa malorum:*
*Dives erat, pauper maluit esse Deus.*
*Contigerat silvas, semotaq; lustra ferarum:*
*Ergò quæ lædunt, abjiciamus, ait.*
*Corporeq; imprimus pretiosus cedat amictus,*
*Quicquid & ad cultus criminis antè fuit.*
*Causa mihi erroris deponite vincula plantæ,*
*Iteq; jam nudi per loca nuda pedes.*
*Quique vagi circumfunduntur colla capilli,*
*Tempora sint circum parva corona mihi.*
*More meo agresti capiti tollatur amictus,*
*Tortilis in nodos cingula funis eant.*
*Neve mihi possit nomen quoque voce nocere,*
*Dictus Ioannes non ero, Francus ero.*
*Et quia mensa trahit, trahit & nos potus ab ara,*
*Nota sit ut primi sic quoque causa cibi.*

*Præbeat herba dapes, currentia flumina potum,*
*Antra domum, ſtudium ſacra, ſaxa torum.*
*Dixerat: & lætus parcis vivebat in antro,*
*Ordinis & factus cauſa minoris erat.*
*Venit in exemplum, cœperunt jura miniſtri*
*Inque habitus toto corpore ſanctus erat.*
*Sic mores venére pii, ſic ſidera curæ,*
*Hac via ad Elyſium lege reperta fuit.*
*Quò fugit heu ritus? mutarunt ſecula factum,*
*Peneq; ſeceſſit ſanctior ille furor.*
*Scilicet & longo pietas corrumpitur uſu,*
*Moribus & ſanctis longa ſenecta nocet.*
*Nam quibus ab fuerant ſoleæ ſatis ante ſalignæ*
*Molliter in plantas rurſus aluta redit.*
*Exquiruntur opes, & equus, torus unus & alter,*
*Atque placet rerum commoditate frui.*
*Æra manu tangunt, paupertasq; illa receſſit,*
*Si placet, ad fratres jam precor illa redi.*
*Dicta quoque ipſorum Patientia filia fratrum,*
*Heu mihi, quàm raros nunc habet illa patres.*

## Geſta Dei per S. Franciſcum ex Speculo vitæ B. Franciſci & Sociorum ejus, excuſo Venetiis Anno 1504.

CAp. 1. p. 8. Frater Helias ait: iſti fratres ſunt miniſtri, qui audientes, quòd facis novam regulam & timentes, quòd facis eam nimis aſperam, dicunt & *proteſtantur*, quòd nolunt eſſe obligati ad eam, facias eam pro te, non pro eis. Tunc Beatus Franciſcus vertens faciem ſuam in cœlum, & loquebatur Chriſto ſic: Domine, nonne dixi tibi, quòd ipſi non credent mihi. Tunc audierunt omnes vocem reſpondentis in aëre: Franciſce, nihil eſt in regula de tuo, *ſed totum eſt meum, quicquid eſt ibi*, & volo, quòd Regula ſic ſervetur: *ad literam, ad literam, ad literam*, ſine gloſſa, ſine gloſſa, ſine gloſſa, & addit: ego ſcio, quantum poteſt humana fragilitas, & quantum volo eos juvare. Qui ergò nolunt eam ſervare, exeant de Ordine, &c.

Cap.

Cap.67.pa.49. Ideò nolo, quòd mihi nominetis aliquam regulam, neque S. Benedicti, neque S. Augustini, neque S. Bernhardi, nec aliquam vitam & formam vivendi, præter illam, quæ à Domino mihi est ostensa misericorditer & devotè, & dixit mihi Dominus, quia volebat esse unum novellum pactum in hoc mundo.

Cap.80.p.66.b. Thesaurus paupertatis tibi & tuis sectatoribus perfectissimè est concessus, & tibi ex parte Christi dicimus, quod quicunque hoc desiderium perfectè tuo exemplo sequentur, *de regno beatitudinis sunt securi.*

P.78. Mulier loquitur: bene credo, quod nescis mihi respondere, nec est mirum: quia si hic essent omnes sapientes Ordinis Fratrum Minorum, qui sunt meliores & sapientiores omnibus de mundo: & si essent hic omnes meliores & sapientiores Ordinis Prædicatorum, ego *sola* omnes confunderem per Scripturas. Tunc ait illi Sacerdos: est ne major & melior Ordo Minorum quàm Prædicatorum? Respondet illa: est in triplo: interrogata, ubi talia didicerit? Respondit, in cœlo empyreo, de quo ejecta sum cum Lucifero & aliis multis, propter unam cogitationem, in qua omnes pariter consensimus.

NB.

Pag 87. Nomina primorum fratrum.

Primos denique duodecim socios sancti Francisci & discipulos, quibus & regulam scripsit, & eadem *pene* mandata, quæ Christus Apostolis suis dedit, omnes sanctos fuisse audivimus, præter *Iohannem de Capella*, qui Ordinem exiens, leprosus factus, laqueo, ut alter Judas, interiit, ne beati Francisci cum Christo vel discipulis, similitudo deficeret.

*In Mariali Bernhardini de Busti*, quinta parte, serm.10. de annunciatione B. Mariæ fol.536. editionis Brixiensis. In quadam Italiæ civitate, ut mihi retulit quidam frater noster fide dignus, erat *quædam Monialis*, quæ diu vexata fuit à Diabolo, & tandem decepta fuit ab eo, *ut seipsam suspenderet* per gulam. Et cum ipsa respondisset Diabolo, sibi visibiliter apparenti, quod non haberet chordam idoneam ad suspendium, statim Diabolus dedit ei *catenam ferream*, cum qua se suspendit. Casu verò Abbatissa vadens ad locum, in quo erat illa Monialis suspensa, & videns eam sic suspensam, genu flexa cepit fortiter clamare & dicere: O JESU, & statim illa catena confracta est & evanuit, & illa Monialis, quæ adhuc

adhuc mortua non erat, liberata fuit, omniaque ſicut per Ordinem acciderant ipſi Abbatiſſæ, & prædicto fratri, qui hæc mihi retulit, enarravit.

*Speculum S. Franciſci p.123.* Duobus annis ante obitum ſuum, dum eſſet apud ſanctum Damianum, in cella quadam facta de ſtoris, & ſummè affligeretur ex infirmitate oculorum, ita quod ultra ſpatium quinquaginta dierum non potuit videre lumen diei, nec lumen ignis. Factum eſt divina * promiſſione, ut ad augmentum afflictionis & meriti ſui venirent tunc *mures* in cellam, qui die noctuque diſcurrentes ſupra ipſum, & in circuitu ejus non ſinebant eum dormire, nec orare, nec quieſcere, imò quando comedebat, aſcendebant ſuper menſam ejus, & ipſum plurimum infeſtabant, unde tam ipſe, quàm ſocii ejus cognoverunt manifeſtè, quòd erat tentatio Diabolica.

* [illegible]rè. permiſſione.

Pag.166.b. De S. Fratre ÆGIDIO. Cum ſemel Frater Ægidius Aſſiſium propter reverentiam corporis ſancti Franciſci veniſſet, duxerunt eum fratres per domos, ubi erant ædificia ſumtuoſa, quæ ibi conſtruxerant quaſi gloriantes in eis. Quibus diligenter viſis, dixit fratribus, qui ibi erant, ſanctus Ægidius. Dico vobis, fratres, in veritate, *quòd vobis non deficit, niſi unum, ſcilicet quòd non habetis uxores.* Cum igitur hæc fratres graviter audientes, iterum dixit eis: Fratres mei, vos ſcitis, quod ita eſt vobis illicitum diſpenſare in paupertate, ſicut & in *caſtitate.* Poſtquam igitur paupertatem repuliſtis à vobis, ita poteſtis ſecurè *& veſtram caſtitatem repellere à vobis.* Et his dictis deſcendit cum ſocio, & repedavit ad ſuum eremitorium. Cum quidam frater domeſticus ſancto Fratri Ægidio diceret: Frater Ægidi, bona nova nuncio tibi: & frater Ægidius dixit: dicas: & ille dixit: hac nocte ductus fui *ad Infernum, & exiens, nullum Fratrem noſtri Ordinis inveni.* Reſpondit Frater Ægidius clamans & dicens: bene credo tibi, & hoc dixit ter, & ſtatim raptus fuit in ſe, & ad ſe reverſus interrogavit frater, dicens: quomodo intelligitur, quòd nullus frater ſit in Inferno? Reſpondit frater Ægidius: non deſcendiſti tu in infernum, ubi ſunt illi miſeri, qui portant tunicam fratrum Minorum, & apparent fratres, opere tamen ſunt contrarii. Dicebat ſanctus Frater Ægidius: ſi quis Frater Coquinarius faceret coquinam cum magna diligentia, & in-

& increpatus à fratrib' durè, quod non fecisset bonam coquinā, studeret die sequenti tertiò & quartò coquinam melius facere, & majori diligentia licet singulis diebus increparent eum omnes fratres verbis asperis, quòd non bonam coquinam fecisset: ego libentius comederem de coquina illius fratris, quam de coquina quam fecisset unus angelus de cœlis.

Pag.181.b. S.Franciscus resurget ante resurrectionem.

Extat libellus Latinus excusus Venetijs 1505. 29. Maij, cujus titulus est *Minorica* elucidativa rationabilis separationis fratrum Minorum de observantia ab alijs fratribus ejusdem ordinis una cum regula. Minorica hæc pag.10.b. exertè scribit, Regulam S.Francisci *esse cœlitus datam*, & per operationem Spiritus S. confirmatam.

Pag.8. Non animas quærunt Ministri provinciales, quæ Jesu Christi sunt, sed potius contributiones, munera, popinas, & immensas donationes ac commoda propria.

Pag.9. b. Quidam ovem vicini sui furatus erat atq; etiam comederat, & cum sæpius hortaretur furem Patricius, quis ille esset, & nullus appareret, cumque semel totus populus ad Ecclesiam venisset, præcepit Patricius in virtute Jesu Christi, ut in cujus ventrem *ovis intrasset*, coram omnibus balatum daret, & mox de reo ita factum est, & pœnitentiam de furto confusus egit. Si, inquam, Deo jubente hæc vox acceptorū munerum de ventribus plerumque ministrorum & custodum insonaret, ut prædicitur, audiretur incunctanter non cymbalum tinniens, sed dulcia cantica dragmatis, sed potius rumor sonorosus argenteorum cochlearium, tassearum, crucibilium, peccuniæ, Begrinarum, specierum, equorum, ovium atque volatilium, nec non cultellorum, pannorum nobilium &c.

Pag.11. Privilegium Franciscanorum est, *nihil habere*.

Pag.6. Ex istis patet quòd Papa sæpius deviat & in agendis nesciens oberrat, & contra justitiam facit. Et: Licet plenitudo potestatis sit in Pontificibus Romanis, attamen nihil facere possunt, nisi cum potestate clavium & cum debita moderatione.

Præclarissimum opus *Antiminorica* vocatum, adversus *Minoricam* fratrum dictorum de Observantia, noviter editum Venetijs 1505. 25. Junij, expresse scribit, fuisse Monachum quendam *Franciscanum*, *qui finxerit se Christum*, *& post mortem resuscitandum*: ita enim legimus f.38. & 39. Ad secundum veritate ductus confiteris in tua stricta Observantia

tia reperiri unum vel paucos malos, sive des unum vel reliquum, semper sequitur, quod sunt multi. Patet sic, impossibile est per naturam idem corpus simul esse in diversis locis eodem instanti seu tempore, sed eodem tempore quo unus de vestris peccat in uno loco, reperitur in alio loco peccatum per aliquem sectæ vestræ commissum (imò in Insulis da Madera sub Rege Portugalliæ nostris diebus XII. de vestra secta peccato superstitionis graviter peccaverunt, quando caput 12. illorum *finxit se Christum* & post suam mortem resuscitandum) Igitur si est unus malus, sunt plures.

Tantum Antiminorica, cujus autor Reverendus S. Theologiæ Doctor clarissimus M. Petrus de Cruce, Hispanus Portugallensis, Ordinis Minorum ad Reverendissimum in Christo patrem artium & S. Theologiæ Monarcham eximium D. D. Dominicum Grimanum, tituli S. Marci Presbyterum, Cardinalem, Patriarcham Aquilegiensem dignissimum, totiusq; Ordinis Minorum Protectorem meritissimum.

Qui impugnat Romano-Germanicū Imperium, is committit crimen læsæ Majestatis, Johannes Maldonatus Jesuita Gallus impugnat Romano-Germanicum Imperium.

Ergo Johannes Maldonatus Jesuita Gallus committit crimen læsæ Majestatis.

*Cum approbatione P. Henrici Scheroni Provincialis Rhenanæ. Moguntiæ.*

Assumtionem Maldonatus prodidit in explicatione capitis secundi in Danielem fol. 628. hisce verbis: Alij objiciunt, manere etiam nunc sub Turca Romanum Imperium qui Constantinopoli, ubi Romani Imperij sedes erat, dominatur: alij adhuc Romanum Imperium *apud Germanos esse*. Nos ista usque eò levia esse dicimus, ut non putemus ullis esse rationibus refutanda. Non enim locus ac nomen sed gens ac Reipub. forma facit Imperium, quam antiqui Romani Imperij formam quisquis non videt *penitus obliteratam esse*, cæcus est: qui adhuc Romanos imperare putat, insanus est. Notetur Syllogismus.

Apud Germanos non est Romanum Imperium.

Austriaci Exarchi sunt Germani.

Ergò apud Austriacos Exarchos non est Imperium Romanum.

Fortassis Maldonatus hausit acroama suum ex Joachimo Abbate Calabriæ, super Jeremiam scribente p. 14. b. Imperium Alemannorum corruet & deficiet.

Pag. 46.

Pag.46. Alemannorum Imperium semper extitit nobis durum, dirum & mirum: durum in jugo, dirum in virga, mirum in sceptro.

Pag.54. Quia Romanum Imperium contra omnes invaluit, necesse est, ut qui flagellavit alios, flagelletur & ipse.

*Reges Hæreticos occidere*, an opus sit Dei, an Diaboli, quæritur?

Jesuita Mariana de Rege & regis institutione, approbatus prius viris doctis & gravibus ex eodem ordine nostro, scribit c. [illegible] Clemens, cognito à Theologis, quos erat sciscitatus, [illegible] jure interimi posse.

Pag.52. Vocat insignem animi confidentiam, facinus memorabile.

Pag.57. In magna laude fuisse, quicunque Tyrannos perimere aggressi sunt.

Pag.58. Amoveatur quacunque ratione.

Pag.65. sanè quid interest, ferrone an veneno perimat.

Cap.9.p.84. Regem imperio deijcere, morte plectere, rebus exigentibus superius est datum.

*Gulielmus Rossæus* de justa Reipubl. Christianæ in reges impios & hæreticos autoritate justissimaque Catholicorum ad Henricum Navarrum & quemcunq; hæreticum à regno Galliæ repellendum confœderatione *μαριανίζει*, id est Marianæ socius idem credit & loquitur. *Antverpiæ* 1592.

Pag.501. Rex hæreticus Tyrannus quovis cane vilior.

Pag. 649. Bella subditorum contra reges hæreticos, Deo maximè probantur.

Pag.647. Deus liberat omnes subditos ab obedientia regis hæretici.

Pag.610. Lex Dei armat subditos contra regem hæreticum.

Pag.624. Populus justè rebellat contra Regem hæreticum.

Pag.762. Jacobus Clemens singulare Dei organum.

Hunc Gulielmi Rossæi (qui à quibusdam *Reinaldus vel Reginaldus* Jesuita dicitur) librum suo calculo 1591. confirmarunt Henricus Sibertus Dunghius S.Theol.D. librorum censor. Silvester Pardo S.Theol. Licent. Michael Hetsrocy Bruegelius Canon. B. Mariæ Antverpiensis.

Verùm Mariana, inquit Apologia pro PP. Jeſuitis, edita Pariſijs 1615. ad Ludovicum XIII. Regem Chriſtianiſſimum, Jeſuitas ita excuſat, nomine du Perron. fol. 26. Mariana, inquam, hoc enim regeri ſentio, mactandos eſſe tyrannos ſcripſit. Scripſiſſe concedamus, improbamq; quod res eſt, ſententiam hanc eſſe, & qua abuti proclive ſit, an ideò conſequetur, accuſari iſtos, vel ordinem univerſum oportere? an privatum unius errorem toti ſocietati attribui decet? Pro uno vel altero, qui ita fortè locuti ſunt, denos contrariam in partem ſcripſiſſe, quis neſcit?

Pag. 32. Denique ut oſtendamus, non communem omnium eſſe hanc labem, ſed privatam potius *pauculorum errorem*: cum difficile ſit præſtare, quin ampla in hujuſmodi ſocietate exoriantur interdum nonnulli, qui à communi lege & regula deflectant, cum inter Apoſtolos duodecim, tanti magiſtri ſapientia inſtructos atque informatos, repertus ſit, qui non modò à præſcripta ipſis lege deſciverit, ſed in illum conjurarit, atq; ad mortem ipſam turpiſſima nundinatione prodiderit, ut inquam oſtendamus, non omnium eſſe hunc ſenſum. &c.

Viri docti & graves ex Ordine Jeſuitarum, librum Marianæ approbarunt.

Omnes Jeſuitæ Hiſpani καὶ σπανίζοντες, penuria veritatis & ſinceritatis laborantes, ſunt viri docti, & graves, ex Ordine Jeſuitarum.

Ergò omnes Jeſuitæ Hiſpani καὶ σπανίζοντες, penuria veritatis & ſinceritatis laborantes, librum Marianæ approbarunt.

Quemadmodum ergò Dominus Jeſus unum habuit Judam, ita Domini Jeſuitæ, unum habent Judam Marianam, Hiſpanum: & quia Gulielmus Roſſæus ὁμόψηφος eſt, unius ejuſdemq; ſententiæ cum Mariana, crediderim ego, Reverendos Patres non unum tantum Judam, ſed duos pluresvè habere. Sorex ſe ſuo prodit indicio.

## Vaticinia de clade & Internecione Jeſuitarum.

MArtinus del Rio in Opere Mariano, de præſentia Dei, lectione 13. fol. 204. S. Maria Chriſtum ſemper intuens, eundem ſemper exhibebat intuenti, non minutatim, neq; paniculatim, ſed integrum totumq;: nos nec attollimus cogitationes ad Chriſtum, niſi rariſſimè, nec ille in nobis conſpicitur, niſi imperfectiſſimè, imò quidvis aliud potius, & ſi quid ſimilitudinis ejus præportamus, adeò id minutulum eſt, tam exigua eſt particella, & adumbratiuncula quædam, ut aliquid Chriſti dici non

merca-

mereatur. Tam dissimiles imagines istæ in hoc Speculo comparent, *quia non imprimimus Iesum & Mariam*, ut signaculũ super cor nostrum, ut signaculum super brachium nostrum: nõ imprimimus cordi, quia vix obiter illos cogitamus, non imprimimus brachio, *quia nostra opera non dirigimus in Deum*, quia non operamur in Dei honorem, sed bona quæ facimus, *si qua facimus*, ut ab hominibus videamur, æstimemur, prædicemur. Maria sibi Deum quasi signaculum impresserat per amorem ei fortiter inhærendo. Nos abstrahimus nos ipsos, & recedimus à Deo, quia vix amamus: utinam etiam amare non contemnamus, vel, quod pessimum *amare nos non simulemus*!

Idem de pulchritudine Christi lectione p. 59. sæpè quidem resurgimus, sed iterum sæpè corruimus, vehementer timendum, ne tandem ita *corruamus*, ut viribus, aut tempore *dejecti, assurgere amplius nequeamus*.

Pythagorica Marci Antonij de Dominis *Metempsychosis*, autore *Paulo Bondot* Sorbonico S. Theologiæ Doctore Canonico & Archidiacono in Ecclesia Metropolitana Cameracensi p. 14. Præclusæ sunt omnibus Societatis Patribus fores ad dignitates appetendas, & graves pœnæ per eorum leges impositæ injunctæque ijs qui quoquo modo vel quæsito colore per se, vel per interpositas personas, ad honores clam vel palam anhelant; & meritò quidem. Nam cum in ea religione tot tamque celebres viri reperiuntur, qui non tantum omni scientiarum genere referti, sed rerum etiam gerendarum peritissimi sunt, quando hæc illis janua pateret, dareturq; ambitioni locus, tota hæc Societas suis, quas tam altas jam egit, quasi radicibus evulsa, *brevi sine dubio corrueret*. Wann die Jesuiter zu hohen Aemptern vnd Ehren kommen/so sollen sie fallen.

*Antverpiæ 1617.*

*Pag. 15.*

*Gerson, Parisiensis Cancellarius* tom. 1. de susceptione humanitatis Christi p. 5. Rursusque status iste tertius & citò manifestandus erit destructivus status Pharisæorum modernorum, quos notat, Prælatos cum Clero & religiosos omnes, maximè fratres Minores, qui non vivunt vita Christi crucifixi, neque ut suus nuncius Franciscus & Sancta Clara vexilliferi Jesu Christi.

*P. Franciscus Spinula* Mediolanensis in Epigram. Venetijs 1563. In sensum contrarium recurrens.

*Pag. 85.*

*Progenies bona sunt Monachi non noxia curant,*
*Turpia devitant, non male conveniunt.*

## De Laudibus Jesuitarum.

*Arist. in Rhet. Lucian. Demosth. Macrob. Ister.*

CElebrantur ab Ethnicis Athenienses Judices Areopagitæ, *Auditores*, quod tam accusatorem, quàm reum sine procemijs dicere juberent, & jurejurando adigerent, se non calumniaturum: ipsi verò causam summo silentio, dum ageretur, audirent, & summa æquitate, cum acta esset, deciderent. Factum bene! Judicia enim sine affectibus, odio vel amore exequenda, & testimonia non numero sed pondere æstimanda. Hinc & *Scævola*, vir Excellentissimus, testimonio Valerii Maximi voluit ita sibi credi oportere, si & alij idem affirmavissent, quoniam unius testimonio aliquem credere, pessimi esset exempli. Scriptura privata, inquit Codex l.4.tit.19.p.159. sine alijs adminiculis non sufficit ad probationem plenam inducendam.

*Lib.4.c.11 pag 148.*

Sepositis igitur omnibus affectibus, de laudibus Patrum Societatis Jesu acturus sum, & more B. Augustini res cum re, causa cum causa certabit: benignè audite, benignius judicate, benignissimè Societatem illam amate, accipite, defendite.

Et primum quidem Ordinem hunc boni nominis esse & ominis appellatio commendat. Si enim à Deo Patre Ordines dici possunt paterni, si à Spiritu S spirituales, si à B. Maria, *Mariani* vocantur, cur non à sanctissimo Jesu, etiam Jesuitæ, Jesuati, Jesuini dici queant? Si ab Augustino, Basilio, Benedicto Ordines vocantur Augustiniani, Basiliani, Benedictini, Franciscani, Dominicani, *Ignatiani*, cur à Christo non vocentur Christiani. Rectè igitur Jesuitæ à Jesu nomen & appellationem sortiuntur.

Plato enim in Cratylo p 438. asserit majorem quandam extitisse potentiam, quàm humanam, quæ prima illa nomina rebus indiderit. Judicet vel ratio nondum renata; an non secundum naturam rectè dicatur à justitia justus, à terra terrenus, à libertate liber, à continentia continens, ab homine humanus, cur non à *Iesu* etiam *Iesuita*?

> Jesu *nomen habes dulcissime, dulcius omni*
> *Melle, mero, manna, nectare & ambrosia:*
> *Excelsum* Jesu *est quovis magè nomine nomen,*
> *Cor, mentem, aures entia quæque creans.*

Scitum est illud acroama, definitio aut est demonstratio, aut demonstrationis principium. Proinde non abs re fuerit, si & ab initio statim

tim Societatem Jesu definiamus aut qualicunque modo describamus. Est autem Patrum Jesuitarum Societas ordo Monasticus 1. mendicans, 2. divinitus per Ignatium de Loiola Equitem Hispanum institutus, 3. à Paulo III. Pontifice Maximo anno 1540. approbatus, ex omni pene hominum genere collectus, 4. à Salvatore nostro Jesu nomen habens, 5. ad Ecclesiæ Catholicæ labentis reparationem, 6. ad hæreticorum profligationem, 7. ad artium liberalium instaurationem, 8. ad Monarchiæ Hispanicæ corroborationem.

Descriptio hæc plenius & uberius explicanda, & veritas ubique sequenda.

Ordinem esse Monasticum, nemo ibit inficias. Soli cum solis habitant, neque ullis conjugijs constringuntur.

Vides hic, in vita Casparis Barcæi, Belgæ, Societatis Jesu P. Nicolaus Trigaultius, ut orbem spernimus, & mori cupimus, ut cum Christo quiescamus, totum detestamur, præter unum ejus obsequium, in quo gloriamur. In paupertate sumus admodum divites, quid enim illi deerit, qui habet in se omnia? Nihil habemus & omnia possidemus, Deum scilicet ipsum, ejus conditorem universi. In Obedientiæ captivitate liberiores sumus ijs omnib*, qui in mundo vivunt: quoniam vivimus ex arbitrio nostro, secundum rationem directo, quod semper cum Dei convenit voluntate; atq; ita nostro semper vivimus arbitratu. In Castitate ab omnib. amamur: in castis enim relucet ipse Deus, velut in speculo. Plane mihi videor de pudicitia cum Bellerophonte posse contendere.

Coloniæ 1611. Pag. 415.

Ordines autem mendicantes *divinitùs* esse institutos probat Gabriel Bareleta in festo S. Dominici p. 149. ex Zachariæ capite sexto, ubi Propheta dicit, ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium. In quadriga prima *equi rufi*, i. e. Minores. In quadriga secunda *equi nigri*, id est Eremitani, jam *Jesuitæ*, in quadriga tertia, *equi albi*, id est Carmelitæ: in quadriga quarta, equi varij & fortes & quærebant ire & discurrere per omnem terram, quod intelligitur de Prædicatoribus prout Alexander IV. Papa declaravit, dicens, hi sunt viri probati in lege domini, fratres Ordinis Divi Dominici, efficaces quidem in opere, atq; potentes in sermone.

Idem Bareleta eodem loco: anno Domini apparuit Christus *in aere totus furibundus*, cum tribus lanceis contra tria peccata, *superbiæ*, *luxuriæ*,

*xuriæ, avaritiæ*: virgo autem Maria genibus flexis ad pedes Christi provoluta: parce, ait, peccatoribus, quia dabo tibi servos meos, *Dominicum & Franciscum*, qui mundum convertent ad te. Quod & factum est, quia hi duo Ordines sunt candelabra in mundo.

*Dionysius Petavius* Soc. Iesu. orat. 2. fol. 51. Cum duo illa Religionis ac sanctitatis lumina Dominicum & Franciscum idem pietatis ardor ejusdemque impulsus spiritus, uno tempore Romam attulisset, ejusmodi quiddam alteri ex ijs per visum oblatum fuisse memorant. Videbat enim patefacto cœlo Christum cum matre, sanctorumque omnium comitatu magna atque insolita cum luce descendere, non ut quondam mitis humano generi ac salutaris advenerat. Iratus hominum sceleribus ac *furens* accingere se ad eorum exitium ac perniciem videbatur: inflammati erant oculi, atrox & horribilis aspectus, toto ex ore minæ ac terrores emicabant. Tria porro manibus jacula tenebat: quibus universum genus confixum & profligatum, ad internecionem extingueret. Cum nemo qui se justissimo furori auderet opponere ex eo numero esset inventus, sola ad Filium accurrens advolutaque Mater, iram ut lenire vellet, enixè flagitabat. Causante illo hominum nequitiam ac dubitante, habere se benigna Mater famulos duos adjecit, quorum opera ac studio corruptelæ temporum ac morum improbitati subveniret. Tum utroque repræsentato approbatoq;, omnis illa procellæ vis ac tempestas sedata est.

Part. 3. t. 23 c. 14. p. 276.

*Catharina Senensis* apud Antoninum vidit imaginaria quadam vi in oratione posita summum & æternum Patrem de ore suo (ut videbatur) coæternum sibi filium producentem, qui in assumta natura sibi demonstratur. Quod cum attenderet, ex alia parte vidit beatissimum patriarcham Dominicum, ex ejusdem Patris pectore produci luce ac splendoribus circundatum, audivitque eodem ex ore prolatam hanc vocem: Egò dilectissima filia, hos duos filios genui: unum naturaliter generando, alterum amabiliter & dulciter adoptando. Cumque nimium admiraretur de tanta comparatione & assimilatione, verba prolata fuerunt sibi exposita per ipsum dicentem: sicut hic filius meus unigenitus in natura assumta fuit mihi perfectissimè obediens usque ad mortem crucis: ita & iste filius meus Dominicus omnia quæ operatus est ab infantia usque ad terminum vitæ secundum obedientiam mandatorum meorum, regulata fuerunt: nec unquam aliquod præceptum transgressus est, sed Virginitatem mentis & corporis illibatam conservavit, & innocentiam baptismalem nunquam per mortale amisit.

Ruti-

*Rutilius Benzonius Romanus* de anno Jubilæi l.1.pag.39. Ordo Societatis Iesu fuit ab Abbate Ioachimo l.5. Concordiæ fol.14. Spiritu prophetico mirabiliter ante quadringentos annos (floruit enim ille circa annũ Domini 1200.) prænunciatus, his verbis: Insurget una nova Religio sanctissima, quæ erit libera & spiritualis, in qua Romani Pontifices positi pace Ecclesiæ se continebunt, quam religionem & Ordinem Deus super omnes alias diliget, quia perfectio illius vincet omnes alias aliorum Ordinum.

Idem Ioachimus clarius l.20. Expositionis super Apocalypsi f.83. de eadem societate sic ait: Erit quidam Ordo designatus in Iesu, qui clarebit sexto tempore Ecclesiæ, id est, in fine mundi, qui erit præ cæteris spiritualis, præclarus & Deo amabilis, & fol.98. Deus diliget istum ultimum Ordinem, quemadmodum Patriarcha Iacob Benjaminum filium suum, eò quòd in senectute genuerit eum.

Idem exponens illa verba Iohannis, & vidi & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem filium hominis. Sic scribit fol.175. Arbitramur tamen in eo, quòd visus est sedere super nubem candidam, signari quendam Ordinem justorum, cui datum sit perfectè imitari vitam filij hominis, & habere linguam eruditam ad evangelizandum & colligendum in aream Domini ultimam messem, qui dicuntur sedere super nubem, propter contemplationem, *& hic erit Ordo perfectorum virorum* servantium vitam Christi & Apostolorum.

Idem Abbas Ioachimus super Ieremiæ caput primum sic ait: revelandi sunt in Ecclesia Doctores, Prædicatoresq; fideles, qui terrena ac carnalia corda, omni plaga percutiant, ac erectis & tumidis magisterijs silentium studijs suis imponant. Et benè filius Melchiæ Hieremias describitur, quia Ordo ille futurus ad Obedientiam summi Pontificis dirigitur. Sic ille.

*De Ignatio Loiola* ita loquitur Bancæus p.405.b. Etiamsi videatis ô societas sancta, planta nova, es tamen fortissima.

Pag. 46. Vulgare inter omnes erat, Patres Iesuitarum *ex alia quadam materia compositos esse.*

Pag. 400. Per totam Europam, Asiam & Africam circumferunt vexilla boni IESU, tanto animo, ac si imperterriti, ac si essent immortales.

*Ribadeneira* pag.537. Ex quo conjicere licet, quæ propria sunt ac præcipua nostræ Societatis firmamenta, ea Ignatium *divinitùs* accepisse.

Pag.47. Trinitatis mysterium Ignatio *divinitus* innotescit.

*Caspar Barcæus* l.2.c.11.p.173. Introspiciebat Ignatius *in penitioribus animi recessibus errores latere.*

Quis ex omnibus Ordinibus Monasticis totam S. Scripturam nervosissimè, promtissimè & comptissimè exaravit, explicavit? Jesuitæ. Cujus mentem & sensum, Christi vicarius & Petri successor Romæ approbat? Jesuitæ.

Legimus Benedictum Pererium in Genesin, & Martinum del Rio. In Pentateuchum Cornelium à Lapide. In Josuam, Judices, Ruth, Tobiam, Ester, Nicolaum Serarium & Cosmam Magalianum.

In libros Regum & Job, Pinedam.

In Psalmos, Bellarminum, Johannem Maldonatum, Petrum Perpinianum, Franciscum Toletum, Johannem Lorinum. In Prophetas majores, Maldonatum. In Danielem, Pererium. In Prophetas minores, Franciscum Riberam. In libros Maccabæorum, Serarium.

In quatuor Evangelistas scripserunt Adamus Contzen, Sebastianus Barradius, Maldonatus. In Johannem, Franciscus Toletus. In Lucam & Johannem, Balthasar Corderius. In Acta Apostolorum & Epistolas Pauli, Alphonsus Salmeron, Toletus, Maldonatus.

In Epistolas Petri, Johannes Lorinus, Serarius. In Apocalypsin Salmero & Ribera, Blasius Viegas. En lectum Salomonis, sexaginta ambiunt ex fortissimis, Cantic.3.

Maria multos repentè doctos fecit, Martinus del Rio. p.856.

*Divinitus* autem Jesuitarum Ordinem esse institutum docuit & prædixit ante trecentos pene annos *Abbas Ioachimus* in Apocalypsin pag.83.b. Designatur in sexto mense sextum tempus Ecclesiæ, in quo oportebat concipere spiritualem Ecclesiam, haud dubium, quod novum quendam spiritualem intellectum, sive etiam promissionis filios & prolem præ cæteris spiritualem hoc est ipsum Ordinem, quem designat Jesus.

*Qui vixit anno 1195.*

Et pag.175.b. Arbitramur tamē in eo qui visus est sedere supra nubem candidam, & esse similis filio hominis, significari quendam Ordinem justorum, cui datum sit perfectè imitari vitam filii hominis.

Idem

Idem Joachimus Abbas ſuper Jeremiam pag. 49. b. Viri Evangelici *ſuſcitandi in toto orbe*, quorum doctrina adeò patens erit & libera, ut qui ſitit, vadat & bibat ſine pretio in ablutione peccatoris ſcilicet populi Chriſtiani & menſtruatæ matris Eccleſiæ.

Beatus autem *Ignatius*, Ordinem hunc inſtituit, & quidem origine *Hiſpanus*. Habent Hiſpani ſuas laudes, ſcribit *Fr. Petrus Merſſeus*, cognomento *Cratepolius*. S. Theologiæ Baccalaureus, Minorita Colonenſis, in primum tomum Concionum Ludovici Granatenſis, ad Sixtum V. Pontificem Romanum, easque ſummo ſtudio promovent & tuentur non in re militari modò, in qua omnes modò ſuperant nationes, ac palmam præripiunt, verùm etiam in Catholica promulganda religione atque in ſacris elucidandis literis, quàm certè excolunt, ac clariſſimè exornant, *ut totius Chriſtiani orbis Reformatores à Deo* dati eſſe videantur.

*Lugduni 1592.*

Ordo autem hic ſanctus non privato auſu fuit introductus, ſed publica autoritate ſanctiſſimi Pontificis Pauli III. Farneſii approbatus, cujus conſenſu factum, ut ſalva conſcientia nemo amplius contrahiſcere audeat. Inde inferimus.

Deum is audit, qui Eccleſiam audit.
Eccleſiam audit, qui Papam audit.
Papam audit, qui Jeſuitas audit.
Ergò Deum is audit, qui Ieſuitas audit.

Talem Soriten olim Diophantus, filius Themiſtoclis contexuit: Quicquid ego volo vult mater mea. Quæ mater, etiam pater. Quæ pater, etiam populus Athenienſis. Ergò quicquid ego volo, vult etiam populus Athenienſis. Sic quicquid Ieſuitæ volunt, vult etiam mater Eccleſia. Quæ mater Eccleſia, etiam pater, Papa Romanus. Quæ Papa Romanus, etiam populus Chriſtianus. Ergò quicquid Ieſuitæ volunt, vult etiam populus Chriſtianus.

*Franciſco Bencio* Ignatius de Loiola eſt per anagrammatiſmum *O Ignis illatus à Deo.*

*Carm. l. 2. Oda 17.*

*CUm Deus è nihilo mundum diſcluſit, & orbem*
*Terræ pelumque condidit.*
*Inſeruitque homines terris & ſidera cælo.*
*Vt parte ab omni nobile.*

*Dædala*

*Dædala quod magni tornarat dextra parentis,*
*Opusque perfectum foret:*
*Humanis animis cælestia semina flammæ,*
*Citosque motus indidit:*
*Ne sacra degeneri torperent corda veterno*
*Adstricta vel pigro gelu:*
*Sed magis ad Superos facili se tramite ferrent,*
*Totoque mentis impetu.*
*Vidit & invidit cœlo teterrimus hostis,*
*Exactus in cœcos specus,*
*Et gravis aggestu terræ consopiit ignem,*
*Ac mole clausit saxea.*
*Hinc anima hærebat terris lutulenta velut sus,*
*Et serva & hospes corporis:*
*Atque oppressa gravi sub pondere mersa jacebat*
*Tenebricoso in carcere.*
*Non tulit hanc speciem rerum mitissimus autor,*
*Operisque Servator sui.*
*Et simul in terras æternos rettulit ignes,*
*Delapsus alto ab æthere:*
*Vt flammam imbiberent mentes, castasque medullas,*
*Divinus intraret calor.*
*Hinc onere excusso, & tenebris mortalis origo*
*Recreata sustulit caput:*
*Cœpit & æthereas arces sperare, suamq;*
*Hæreditatem cernere.*
*Sed tamen in pejus potuerunt lapsa referri*
*Iniquiora tempora:*
*Atque iterum desævit hyems, crassumq; rigorem,*
*Penetrale frigus intulit:*
*Has etiam ut voluit rebus succurrere fessis,*
*Miseratus ærumnas Deus:*
*Ne misera horrendam patiantur sæcula noctem,*
*Et fœdus obcæcet nigror.*
*Insignem virtute virum & præstantibus ausis*
*E bellicosa Iberia*

Extulit,

*Extulit, hic dudum sopitos suscitat ignes,*
*Et nomen eventu probat.*
*Namque putem: Instinctu Superûm monituq́ parentes*
*Nomen dedisse* IGNATIO:
*Vt prius æstifera conceptum mente vaporem,*
*Lumenq́ terris dividat.*
*Magnaq́ de tenui veniant incendia flamma,*
*Ac multa inardescant face.*
*Eq; mari Hesperio rubicundi Solis ad ortum,*
*Lucemq; & ignem differant.*
*ô magnum decus hoc ævi:* Tu IGNATIUS ille es
Illatus ignis à Deo.

## Jacobus Biderman Epigram. l. 1. pag. 13.

*Eminus aspiciens ego quondam sidera, dixi,*
*Astra placent, serva res tibi, terra, tuas.*
*Nunc ipsis aliquid video formosius astris:*
*Parcite, sordetis jam prope & astra mihi.*

Anno 1563. cum S. Carolus factus Archiepiscopus Mediolanensis sciret corruptissimos cleri & populi mores, eò quòd Ecclesiastici tam seculares, quàm regulares *pejus viverent laicis*, publicis concubinatibus infames, sine clericali habitu, armis accincti, sine ornatu & decore in templis, sine cognitione rerum necessariarum, adeò ut multi curam animarũ habentes, nec formam absolutionis scirent, nec casus reservatos, aut censuras, nec unquam confiterentur ipsi, putantes, se ad id non obligari, eò quod aliorũ confessiones audirent, & aliis scandalis essent pleni; laici verò ob infinita vitia & contemptum rerum ac Sacramentorũ Ecclesiasticorũ, & deplorandã rerum divinarũ, & ipsius Orationis Dominicæ ignorationem in pessimo statu essent, volens adeò corruptos mores suarum ovium corrigere, ante suum ad eos adventum è curia Romana præmisit P. Benedictum Palmium, è Soc. Jesu. eloquentem & maximè zelosum concionatorẽ cum aliquot aliis ejusdem instituti sociis tanquam præcursoribus, ut disponerent populum concionibus & confessionibus ad deferenda vitia & malam vitã præteritam, ac recipiendã novam disciplinã & reformationem ab ipso delineatam & valdè expetitam. Itaq; testimonio Ribadeneiræ p. 186. & 515. Martino Luthero Ignatius à Deo fuit oppositus.

Vita [illegible] 1618 pag. 102.

Relation de la fiesta que se hizo en Seville a la beatification del glorioso S. *Ignacio* fundador de la Compania de Iesus. 1610. per Luis Estupian. pag. 35. b.

*Novimus Hebræos, Græcos pariterq; Latinos,*
*Perpetuos ignis constituisse rogos.*
*Nam Deus Hebræos, Græcos Plato, Numa Latinos*
*Iussit inextinctos lege fovere focos.*
*Dic mihi quid sibi vult sacræ custodia flammæ?*
*Quid faculas foculis subdere Vesta parat?*
*Imperii columen vivas intellige flammas,*
*Publica res tacita statque caditque face.*
*Ignis es Ignati, custodia ignea proles*
*Ligna exempla voco, scriptaq; folliculos.*
*Si tanti valuere ignes, ut regna perennent;*
*Quanti ignis natus, flammiferiq; Patres.*

## De fide Patrum Societatis Jesu.

QUid igitur credidit Ignatius, num novam fidem attulit? Minimè. Statuit enim idem quod Basilius Magnus: Fides, inquit, apud nos non est alia in Seleucia, alia Constantinopoli, in Zelis alia, & in Lampsaco alia, & alia Romæ. Et quod nunc circumfertur fidei Symbolum non est à prioribus diversum, sed unum & idem.

Producimus nos, scribit P. Keller in præfatione Papatus Catholici, venerandam primæ Christianitatis canitiem & inviolabilem per tot secula Ecclesiæ majestatem, antistites inquam, eruditione & vitæ innocentia longè clarissimos, immortales, senes, amplissima nomina, invictissimos heroas, his cum nobis vox una, animus unus, arma una, victoria una.

Apud Spondanum p. 148. de Valentinianis Irenæus refert fuisse velut lubricos angues spiris inflexos undique latebras captantes, ita ut cum ex Scripturis coarguerentur, in accusationem converterentur ipsorum, confugientes ad Traditionem, cum verò Traditionibus Apostolicis urgerentur, iisdem adversarentur, dicentes, se Apostolis esse sapientiores, & melius quàm ipsum Salvatorem interpretari doctrinæ mysterium.

Tom. 2. p. 182. D. Luther / schreibt D. Keller / hat wol 15. Bücher auß der Bibel außgeschnitten.

Die

Die Schrifft kan nicht Richter seyn/weil sie selbsten zu urtheilen ist. Tom.1.p 529.

Martinus del Rio p.471. Pleraque Fidei & salutis arcana semper judicavi similia Scytalis Laconicis, quibus nihil erat concius & ignaris mysteria, singula verba *sæpæ dissoluta* videbantur.

Bellarminus de sacram. in genere l.1.c.26. Clarior est *consuetudo*, quàm ipsum verbum.

In articulo de persona Christi credidit Ignatius idem quod D. Lamparter contra Reihingum tom. 2. p. 350. Das allein vermag die persönliche Vereinigung/ von einer Person zweyerley Prædicata mit Warheit gesagt werden / Göttliche/ nach der Göttlichen/ Menschliche/ nach der Menschlichen Natur/ nit aber die Göttliche von der Menschlichen oder die Menschliche von der Göttlichen Natur. Dann weder die Göttlich sterblich/ noch die Menschlich vnsterblich ist/ sondern Christus ist vnsterblich der Gottheit/ sterblich aber der Menschheit nach/ dieweil Christus nur ein Person ist/ und zwo Naturen hat/ und ein jede auß denselbigen jhr besondere Eygenschafften.

De æstu carnalis concupiscentiæ credidit, quod Martinus del Rio p.1154. Deus olivam nostram spiritualem nobis reliquit, quæ *penitus* profligare solet ex animis, cupiditates illas perniciosas & insatiabiles.

Busæus in Viridario p.311. Per prava opera non amittitur fides. Præterea credidit Ignatius, satisfactionem nostram conjunctam satisfactioni Christi, uti est satisfactio mysticæ personæ, non solum esse æqualem simpliciter, sed etiam quandoque superexcedere, juxta illud Pauli, adimpleo ea, quæ desunt.

De Justificatione D. Keller. Tom.1.p.519. Paulus schleust nicht alle Werck auß/ sondern allein die Ceremonialische Werck V.T. Item die Werck so von Menschen auß natürlichen Kräfften vollbracht und mit nichten auch die so mit der Gnaden Gottes verrichtet werden.

Tom.2.p.108 Die Schrifft und alle Vätter bezeugen/ der rechte seligmachende Glaub steh nicht in solchem Vertrawen und Zuversicht/ sondern im Assens und Beyfall der Göttlichen Warheit.

P.111. Also entspringt auß dem Glauben das Vertrawen zu Gott. Ist also das Vertrawen nicht der Glaub/ sondern ein Frucht deß Glaubens.

Quanquam verò S. Ignatius fuit sanctus, tamen nescivit, utrum amore vel odio dignus esset.

Perpinianus de B. Elisabetha p. 145. Quando de tuo in me amore, dum vivo, certa esse non possum.

Busæus in Viridario p. 110. Nemo scit, qualis sit verè in oculis Dei.

Idem Perpinianus orat. 12. p. 329. Potest (Catholica religio) quidem instar musti Noëni ebrium facere, gravique somno oppressum nudum abjicere ad terram, mentem exhilarare verè & corroborare nullo pacto potest.

Fides ista *specialis* non modò non est pœnitentiæ pars, sed neq; ad eam ullo modo requiritur. Bellarm. de pœnit. l. 1. c. 19. p. 404.

*Alanus Copus* Dialo. 6. p. 946. cap. 35. Dogma de sola fide non est à Christi & Apostolorum, sed Simonis Magi schola profectum, & omnium heresean, quæ hodie grassantur, seminarium, & quasi nova pandoræ pyxis, è qua omnia in orbem mala evolarint.

D. Adam Contzen in epist. Pauli ad Romanos p. 69. Fides opponitur operibus naturalibus, & sine gratia factis, ex quibus non potest quisque justificari.

Cum Censura Coloniensi p. 186. De nostro est beata illa æternitas promenda, præstandumque est aliquid *ex proprio*, ut bonum velimus.

Cum Cardinali Bellarmino de Justificatione l. 6. c. 11. p. 289. *Cooperamur* igitur Deo, non solùm ut adversarii volunt, post justificationem, sed etiam in ipsa justificatione & initio fidei.

Cum Patre Georgio Stengelio Soc. Jesu. thesi 48. Cur pauci electi? quia pauci voluerunt venire. Si plures venissent, sicut poterant venire, plures electi fuissent. Ergò ab æterno præparatum est regnum *ob prævisa eorum merita.*

Idem credidit cum Bellarmino de gratia & libero arbitrio l. 2. c. 8. p. 194. Credimus Deũ absoluta voluntate velle salvare multos, tũ parvulos, tũ adultos, & absoluta voluntate nõ velle salvare tum parvulos tũ adultos.

Ad hæc S. Ignatius in Inquisitionẽ Hispanicã consensit, de qua Philippus Honorius I. C. in praxi politicæ Tit. quæ sit forma Reip. gubernãdæ in Hispania. Sacrum Inquisitionis tribunal, maximam exercet autoritatẽ, quàm nõ modò contra Principes, sed contra ipsum Regẽ usurpare potest.

Cum itaque Societatem Jesu Europa, Asia, Africa, America recipiat, defendat, Carolus V. Ferdinandus I. Galliarũ Rex Henricus IV. Iohannes III. Portugalliæ Bojorũ Duces, &c. Academia Ingolstadiẽsis, Lovaniensis, Parisiensis, cæteriq; Reges Catholici admiserint, cur vos cunctamini admittere? Moveat vos eximia patrum mansuetudo, quæ non ex vivis mortuos

mortuos reddit, ſed ex mortuis vivos efficit: moveat patria Ignatii, Hiſpania, quæ nullum unquam hæreticum genuit: moveat pax, cujus filii ſunt Patres, moveat Catholicorum felicitas, qua Duce, Catholici nunquam in bello ullo ſtragem paſſi ſunt; nam S. Trinitas in terris habet ſuam analogiam ex ſententia Ambroſii Novidij Fracci in præfatione carminum: Paulus III. Pontifex Max. refert imaginem Dei Patris; Imperator Romanorum, Filij Dei, & Rex Hiſpaniarum, Spiritus S.

*Antverpiæ 1559.*

Moveat & illud, quòd Societas hæc nullum carcerem in ſcholis ſuis admittit, moveat Autonomia ipſa, quæ Deo eſt odioſa, Eccleſiæ Catholicæ pernicioſa.

Quid igitur vos Lutherani, cum Luthero veſtro, cum Auguſtana Confeſſione, Cothurno facitis? relegate, exterminate, ad Tartaros & tartara hæreticos remittite, ad rogum, ad rogum: rogus eſt hæreticorum ſepulchrum, teſte Radero. Societas hæc indeſinenter ingemiſcit, & more Epiſcopi quondam pij, Imperatorem precibus ſollicitat: δός μοι, φησίν, ὦ βασιλεῦ, καθαρὰν τὴν γῆν τῶν αἱρετικῶν, κἀγώ σοι τὸν οὐρανὸν ἀντιδώσω· συγκάθελέ μοι τοὺς αἱρετικούς, κἀγὼ συγκαθελῶ σοι τὴν οἰκουμένην: da mihi, ô Imperator, terram ab hæreticis repurgatam, & ego tibi cœlum retribuam: tu mihi in profligandis hæreticis ſubveni, & ego tibi in profliganda terra habitabili ſubveniam.

*Socrat. l. 2. c. 29. p. 755.*

Lævinus Torrentius ad Societatem Sanctiſſimi Nominis Jeſu.

In Odis folio 388.

*O grata cælo ſancta ſodalitas,*
*Rex Regum Ieſus nomine quam ſuo*
*Illuſtrat exornatq;, toto*
*Vt celebri memoreris orbe.*
*Non orbe dico quem veteres avi*
*Norant minorem dimidio, malè*
*Truncatum, & anguſtis coactum*
*Limitibus, nec adhuc retectum,*
*Quod uſtus illic Solibus, hic nive,*
*Negaret aptas hoſpitibus domos,*
*Nec torridam fas eſſe ulli*
*(Sic perhibent) ſuperare zonam.*

*Sed orbe toto prorsus & integro*
*Quem belluoso, dum volitant mari*
*Vtroque porrectum sub axe*
*Magnanimi reperêre Iberi.*
*Quorum secuti turgida lintea,*
*Pura sed omni mente cupidine,*
*Pulchro nec argento, nec auro,*
*Nec nitidis inhiante gemmis,*
*Armis ut illi sceptra potentium*
*Fregere regum, fluminaq; & lacus,*
*Portusq; vicinasq; gentes*
*Indomito subiere ferro,*
*Sic vos inermes, impavidi tamen,*
*Casta inferentes indigenis sacra*
*Hac impios cultus, & omnem*
*Barbariem pepulistis arte.*
*Quî namq; vera luce carentibus*
*Fas esse notum, vel potuit nefas?*
*Turpi volutabantur antro*
*Cimmeriis medii tenebris,*
*Clausis retentæ ceu caveis feræ*
*Edenda si quæ ad munera publica*
*Servantur, ut damnata fulva*
*Corpora dilacerent arena.*
*Quo deprehensos tam misero in statu,*
*Vt mente bruta non minus impia*
*Committerent quam sævus olim*
*Antiphates, genus aut Cyclopum,*
*Sanastis, at non Cantibus Orphei,*
*Liniq;, nec qui mœnia condidit*
*Thebana, facundiq; voce*
*Mercurii, fidibusq; Phœbi:*
*Fida sed almæ vi Sapientiæ,*
*Quæ missa ab alto vicit ut hactenus,*
*Sic vincet æternoq; tandem*
*Omnia subjiciet Parenti.*

Qui

*Qui vos ministros quod sibi legerit*
*Res gesta clamat, clamat & [illegible]itus*
*Spe major, adductis opimo*
*Tam cito tot populis triumpho.*
*Quos, ante nec dum nomine cognitos,*
*Portare Christi nunc dociles jugum*
*Miramur, ingenti remixta*
*Lætitia simul & stupore.*
*Sed qui volenti non facilè est Deo*
*Deiq; Verbo, virgineo satum*
*Quod ventre prognatumq; nostri*
*Credimus ad generis salutem?*
*Hic ille* Iesus *progenies patri*
*Æquæva, cœlo quod fuerat manens,*
*Humana sed de matre sumsit*
*Membra, viam reserans Olympo.*
*Hic ille, cujus nomen amabile*
*Vt vestra complet pectora. sic sacro*
*Prorumpit exundans ab ore,*
*Assidua coliturq; laude.*
*Nec parva laudi gratia: nam pys*
*Aspirat orsis omnipotens Deus,*
*Firmatq; quas res cunq; nati*
*Auspicio geritis secundo.*
*Nec de receptis gloria Barbaris*
*Est major illa quam domiti dabunt*
*Calviq; Lutheriq; & omnis*
*Colluvies simul impiorum.*
*Fremant superbi, nec teneant minas*
*Bellumq; cædesq; & rabiem parent,*
*Causamq; quam jus damnat æquum,*
*Vt vetitis tueantur armis,*
*Vos ista prudens simplicitas, bene*
*Morata, se se nec levis efferens,*
*Defendet infantes. At ipso*
*Se rabidus male perdet hostis.*

*Qui quo cruentus ſævierit magis*
*Plus inde damni comperiet, videns*
*Viciſſe quos victos putarat,*
*Et cineri ſupereſſe vires.*

## De Vituperio Jeſuitarum.

pag. 110. MAximus Tyrius, Philoſophus Platonicus Sermone 19. ita ſcribit: ἐν λιβύᾳ μὰ Δία, οὐδὲ τῆς, ἀνὴρ λίβυς, ψάφων ὄνομα, ἐραςὴς εὐδαιμονίας, οὐ ταπεινῆς μὰ δία, οὐδὲ τῆς περιθεούσης ταύτης, ἀλλὰ ἤθελε γὰρ θεὸς εἶναι δοκεῖν. ξυλλαβὼν οὖν τῶν ᾠδικῶν ὀρνίθων πολλοὺς, ἐδίδασκεν ᾄδειν τοὺς ὄρνιθας, μέγας θεὸς ψάφων. καὶ ἠφίει αὖθις ἐπὶ τὰ ὄρη. οἱ δὲ οἱ αὐτοί τε ᾖδον καὶ οἱ ἄλλοι ὄρνιθες ἐθιζόμενοι τῇ φωνῇ. Λίβυες δὲ θείαν νομίσαντες εἶναι τὴν φήμην, ἔθυον ψάφωνι, καὶ ἦν αὐτοῖς θεὸς ὑπὸ ὀρνίθων κεχειροτονημένος. id eſt, in Libea Libys fuit, nomine Pſaphon, beatitudinis & ipſe adamator, minimè profectò humilis quotidianæq; hujus, ſed qua Deus concupiſceret haberi. Capiens itaq; aves ex vocalium numero complures, has quidem edocuit hæc verba canere, *Magnus* DEUS *Pſaphon*, atque ita edoctas dimiſit in montes. Quarum vocibus cum aliæ permultæ aſſueviſſent tam primæ illæ Pſaphonis, quàm dimiſſarum diſcipulæ, Pſaphonis divinitatem celebrabant, creditumq; à Libycis eſt, divinam hanc vocem eſſe, proptereaq; Pſaphoni, veluti Deo ſacrificabant. Sicque Pſaphon comitijs avium Libycus creatus eſt Deus.

Quemadmodum igitur Pſaphon aviculas ſuas docuit canere, *magnus* DEUS *Pſaphon*: ita Papa Romanus, divinitatem affectans Ordines Monaſticos & Clericos docet canere, μέγας Θεὸς πάπας, *magnus* DEUS *eſt Papa*. Nam in extravagantibus Johannis XXII. de verborum ſignificatione Cap. cum interim, in gloſſa habetur, Dominus Deus noſter Papa.

Onus Eccleſiæ cap. 15. Papa eſt terreſtris Deus.

Roberto Turnero Orat. 9. p. 82. Pontifex maximus eſt Chriſtiani orbis *cor & caput*.

In Commentarijs Pij II. Pontificis Maximi rerum memorabilium quæ temporibus ſuis contigerunt, à Iohanne Gobellino editis & Gregorio XIII. dicatis, Romæ excuſis anno 1584. hæc verba leguntur lib. 3. p. 113. Pius Pontifex Maximus facit, quod ſui officij eſt, Chriſtianos in Concordiam revocat, ne ſanctum Evangelium detrimentum ſuſtineat: ſuumq; eſt providere, veſter eſt communis pater & judex, & Catholicæ *Caput* Eccleſiæ, cui qui reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & mancipium ſe Diaboli facit.

Papa

Papa Nicolaus Dist.96.c.7. satis evidenter ostenditur Pontificem pio Principe Constantino Deum appellatum. Julius III. vocatur Monarcha omnium à Fausto Sabæo p.570.

Hæc est cantilena avium Romanarum, inter quas & Societatem Jesu referendam censeo. Neque verò ægrè ferent *Jesuitæ*, si aves vocabuntur, Julius enim Nigronus & ipse Socius Jesu, suos patres vocavit *canes*, non venaticos, sed Pastoritios. Videamus ergò & audiamus, quid Jesuitæ canunt tam in doctrina, quam moribus: prædicatio Veritatis non est crimen læsæ Majestatis. Neque enim sic adulandum est Principibus testimonio B. Hieronymi, ut sanctarum scripturarum veritas negligatur, nec generalis disputatio unius personæ injuria est.

Orat.11. p.382.

Ecquis autem ignorat, scribit Julius Nigronus orat.23.p.793. minimam hanc nostram Societatem, anno seculi hujus quadragesimo à Paulo III. Pontifice Maximo, Farnesiæ gentis splendore clarissimo, constitutam, autoritate Apostolica paulò post privilegijs ornatã & auctam? Eandem ab Alexandro Cardinale Patrono acerrimo suorum clientum perpetuo defensam patrocinio? ab eodem regijs planè eleemosynis nostrorum inopiam sublevatam? ibidem ad radices Capitolij, ejusdem pia liberalitate nobis excitatum à fundamentis Templum illud, dignum (ne dicam amplius) urbe Roma, quæ quondam imperij sedes fuit, nunc est domicilium Religionis, dignum illa celebritate quotidiana, & à civibus & à peregrinis cum voluptate & admiratione frequentatur.

Habemus igitur autorem Societatis Iesu, militem Hispanum Ignatium Loiolam, confirmatorem Papam Paulum III.

An verò Hispania nullum unquam hæreticum genuerit, est contra veritatem historicam: Hosius factus in senio Arianus, Eliphandus Toletanæ sedis Episcopus, & Felix Orgelitanæ, contra quos Concilium Francofurtense coactus fuit, statuerunt Christum esse filium Dei adoptivum, & Servetus Antetrinitarius fuit.

De *Paulo* III. ita cecinit F. Sabæus p.480.

*Cum triplici sanctum caput immortale corona*
*Ornarent Patres, optime Paule, tuum:*
*Sedibus æternis Superi huc venere, volentes*
*Nostrum admirari Te Dominum atque Deum.*

*Xxxx* *Post*

*Postquam mirati te majestate verendum,*
*Nomine tum Numen non minus esse tuum.*
*Et Proceres auro insignes sacrumq; Senatum,*
*Quæ radiant stellis atria & alta suis.*
*Tunc dixere, vale O cœlum, tenet inclyta & ingens,*
*Astra suosq; Deos, Roma suumque Iovem.*

Pag. 282.

*Si bene partitur Paulus sacra munera honoris*
*Purpurei, quisquis judicet ista videns.*
*Immeritò tribuit nolentiq; obtulit ostrum,*
*Promissum optanti promeritoque negat.*

Pag. 844.

*Dicta mihi numeris ad te Conversio Pauli*
*Paule orbis columen prodigiosa venit.*
*Convenit ista dies tibi jam celebrata quotannis*
*Ast Athleta magis, rethor & alta tonans.*
*Nomine namque estis, patria, virtute, labore,*
*Officio, & gemini relligione pares.*
*Differtis quod Paulus inops, tu dives, abundans*
*Vt pascas pastor jure teneris oves.*
*Dissolvi optabat Paulus, tu vivere quod sis*
*Vtilis ad pacem Regibus & populis.*

Pag. 486.

*Evocat orbe alio Paulus quos mittat in astra,*
*Et qui astra attingunt, deijcit inde suos.*
*Et dum virtuti applaudit dum moribus idem,*
*Virtutem & mores trusit adusque famem.*
*Quotq; sibi atque suis Cydari mercatur, & auro,*
*Sentiet infesto tot sibi totque suis.*
*Scir cupis causam, dicam si accedis, in aurem,*
*Fœdat enim ambitio cuncta & avaritia.*

Ejusdem allusio in potentiam Romanorum Pontificum.

*Q id juvat alternas portas septemplice vallo*
*Arcis inaccessæ jam posuisse Iovem?*

*Excu-*

*Excubias vigiles, tot monstra, tot arma, tot ignes*
*Fulminis horrificis intrepuisse minis.*
*Roma tamen non arma timet, nec monstra, nec ignes.*
*Sed penetrat vetiti di via & astra poli.*
*Quodq; magis mirum, Romana colonia cœlum est,*
*Nunc Stygis in baratro jus quoque Roma tenet.*
*Iam bello, nunc pace potens, tellure, mari jam,*
*Nunc tellure, mari, cœlo, acheronte potest.*

Cæterum Institutum illud sic infringimus: qui ordo Enthusiasmis inprimis, & revelationibus est introductus, is dubius, incertus, & meritò suspectus esse debet.

Ordo Jesuitarum Enthusiasmis inprimis & revelationibus est introductus.

Ergo Ordo Jesuitarum dubius, incertus, & meritò suspectus esse debet.

Major est ἀναντίῤῥητος: Ecclesia enim non regitur revelationibus, visionibus. Enthusiasmis, sed lege & testimonio Domini.

Sed quid opus est assumtionem probare? Quoties enim Ignatius (loquor ex hypothesi scribentium) audivit vocem Christi, & B. Virginis: ego vobis Romæ propitius ero.

*Ribadeneira p. 152.*

Præterea, si neque Papa debet suo judicio fidere, aut expectare *divinam revelationem*, teste Bellarmino, multò minus Ignatius.

Antecedens verum est. Igitur & consequens.

Bellarm. de Concilijs l. 1. c. 11.

Quæ causa movit Melchiorem Canum, Episcopum Canariensem, Ordinis Prædicatorum, primariæ cathedræ in Academia Salmanticensi olim præfectum, Hispanum, ut superciliosum hunc Societatis Jesu titulum aspernaretur l. 4. c. 2. p. 116 b. qui ita loquitur: fidelis Deus, per quem vocati estis in Societatem filij ejus Jesu Christi: quæ sine dubio Societas, cum Christi Ecclesia sit, qui titulum sibi illum arrogant, hi videant, an hæreticorum more, *penes se Ecclesiam* existere mentiantur.

Ex hoc Enthusiasmo non immeritò Hispanus Episcopus Canus militem Ignatium Hispanum jugulavit.

Quicunq; dona totius Ecclesiæ cum nomine sibi soli vindicat, hæreticus est.

Societas Jes. dona totius Ecclesiç sibi soli cum nomine vindicat.

Ergo Societas Jeſu hæretica eſt.

Anne Ieſuitæ ſoli in Symbolo Apoſtolico firmius & ardentius credunt in Deum Patrem, quàm cæteri Ordines, Franciſcani, Dominicani, quam cæteri Chriſtiani?

An ſoli Jeſuitæ firmius & ardentius in Chriſtum credunt θεάνθρωπον quàm cæteri Ordines Franciſcani, Dominicani & cæteri Chriſtiani?

An Jeſuitæ ſoli firmius & ardentius in Spiritum S. credunt remiſſionem peccatorum & vitam æternam quàm cæteri ordines, Franciſcani Dominicani, & cæteri Chriſtiani?

Equidem perſuaſum habeo, Jeſuitas firmius & ardentius expetere titulum Magiſtri Sacri Palatij, & Inquiſitionis officium, quam ipſosmet Dominicanos.

Cæterum de nomine Jeſu idem dicimus, quod Athalaricus Rex apud Caſſiodorum lib. 8. epiſt. 8. Sumſiſti nomen ex moribus. Vide ut ſemper læteris veritate vocabuli. Nam cum omnis appellatio ad declarandas res videatur impoſita, nimis abſurdum eſt, portare nomen alienum, & aliud dici, quam poſſit in moribus inveniri: οὐ γὰρ ἐν ὀνόματι τὰ πράγματα ἕστηκεν, ἀλλ' αἱ τῶν πραγμάτων φύσεις τὰ ὀνόματα κατὰ τὴν οἰκείαν ὑπόστασιν πλάττουσιν, monente Chryſoſt. in Pſal. 43 p. 190. Res non conſiſtunt in nominibus, ſed rerum naturæ effingunt nomina ex propria ſubſtantia. Et Juſtinus Martyr Apolog. 2. p. 54. ex nomine ipſo certè neque laus, neque pœna rectè debetur; niſi quid vel per virtutem vel pravitatem factum eſſe ab eo probari poteſt: & Dione teſte, orat. 38. p. 480. neque nomina rebus fidem adferunt, ſed res nominibus.

Ad hæc ſi Ordo Jeſuitarum eſt divinitùs inſtitutus, tum Deus vidit Jeſuitas aut *majora* in Eccleſia præſtituros cæteris Ordinibus, aut *paria*, aut *minora*.

*Minora* Jeſuitas præſtare cæteris Ordinibus, haud facilè largientur, cum ultimus ſit Farneſiæ gentis conatus. Si *paria*, non opus fuit nova religione, quæ more Acephalorum, nullum Epiſcopum ferre queat.

*Majora* — *Majora* certè præſtare Jeſuitas & conferre beneficia cæteris Ordinibus, non ibunt inficias. Et quæ ſunt illa *majora* inquies? Dicam.

1. Antiqui Catholici cum Hieronymo crediderunt, in c. 9. Ierem. pag. 252. Ergò nec Parentum, nec majorum error ſequendus eſt, ſed autoritas ſcripturarum, & Dei docentis Imperium: at Jeſuitæ majora

ra his faciunt, urgent enim Traditiones non ſcriptas, quas pari pietatis affectu recipiendas eſſe exiſtimant.

2. Antiqui Catholici crediderunt, ſolum DEUM eſſe invocandum nullam creaturam, neq; angelos (ubi enim invenis in Moſe cultum angelorum? teſte Origene, contra Celſum l.1. p.21.) ſive in Chriſto, ſive extra Chriſtũ invocandos. Ita enim ſcribit Oecumenius in c. 2. ad Coloſſenſes: οἱ τῷ νόμῳ κατηγοροῦντες, καὶ τοὺς ἀγγέλους σέβειν εἰσηγοῦντο, ὅτι δι' αὐτῶν καὶ ὁ νόμος ἐδόθη. ἔμεινε δὲ τοῦτο κατὰ Φρυγίαν τὸ ἔθος, ὡς καὶ τὴν ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδον νόμῳ κωλῦσαι, τὸ προστιθέναι ἀγγέλοις καὶ προσεύχεσθαι, ἀφ' οὗ καὶ ναοὶ παρ' αὐτοῖς τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ πολλοί Qui legi patrocinantur, etiam angelos colere jubent, quia per illos & Lex data ſit. Manſit vero hæc in Phrygia conſuetudo, ut Synodus quoque Laodicea, lege prohibuerit accedere, id eſt confugere ad Angelos, & eos orare: unde templa etiam apud illos (Phryges) Principis exercitus angelorum Michaelis multa. Inde recte Auguſtinus Tom. 6. contra Maximũ hæreticum l.1. p.477. nonne ſi templum alicui ſancto angelo excellentiſſimo de lignis & lapidibus faceremus, anathematizaremus à veritate Chriſti, & ab Eccleſia Dei, quoniam creaturæ exhiberemus eam ſervitutem, quæ uni tantummodò debetur DEO? at Jeſuitæ majora his faciunt. B. Virginem ardentius & frequentius, quam ipſum Chriſtum invocant, ex Roſarijs & Fraternitatibus.

3. Antiqui Catholici crucem Chriſti nunquam Latria adorarunt. Ante centum annos Auguſtæ Vindelicorum Catholici cum Epiſcopo ita locuti ſunt: Warhaffte Verantwortung an die Röm. Kayſ. Maj. ꝛc. Von dem Hochwürdigſten Fürſten vnd Herren/ Chriſtophen Biſchoff zu Augſpurg vnd ſeiner Fürſtl. Gn. Thumb-Capitel auff der Burgermeiſter vnnd Rath daſelbſt vnerfindliche Schmach-Gedicht /, anno 1537. lit. B. Erſtlich die Tafeln vnd Altär / darzu die vnwehrliche Bilder darin/ ſo weder zum anbeten/ noch vnſern eigen Nutz/ wie ſie neben dem Grund fürgeben/ ſondern allein / zu einer Erinnerung / Anmahnung vnd Nachfolg gutes Chriſtlichen Lebens gemacht vnd fürgeſtelt werden/ vnd der vngelärten Laien geſchrifft ſein.

4. Antiqui Catholici in S. Cœnam nullam contrariam diſpoſitionem admiſerunt: Jeſuitæ autem his majora docent.

Ita videtis, auditores, has aves aliter canere, quàm luſciniam Apoſtolicæ Eccleſiæ.

Quod Abbas Joachimus prædixerit Ordinem Jeſuitarũ, facile quidẽ dici-

dicitur, difficulter autem probatur. Bellarminus enim de Scriptoribus Ecclesiasticis p.241. Non multum ejus autoritati tribuit: in genere dicit & indefinitè, Viros Evangelicos suscitandos in toto orbe: quod vaticinium tam ad Lutheranos, quàm ad Jesuitas referri potest.

Pag.49.b. in Ieremiam ait: tamen ipsi Pontifices multa tulerunt è contrario principibus, quæ non recipere debuerunt, nec quærere. De Roma non Ethnica sed Christiana vaticinatur in Apocal. pag. 194. de meretrice magna, hanc magnam dixerunt Patres Catholici *esse Romam.* Et: non ergò in uno regno, aut in una provincia quærendus est locus hujus famosissimæ *meretricis*, sed sicut per totam aream Christiani Imperii est triticum electorum; ita per omnem latitudinem ejus dispersæ sunt paleæ reproborum.

Pag. 190. Civitas Romana est nova Babylon & meretrix, quæ sedet super aquas, id est populos Romani Imperii.

Idem Abbas Ioachimus in Ieremiam p.9.b. Igitur Romana Ecclesia, ac si altera tribus Iuda, *recessit à Christo*, id est ab opere fidei jam professæ.

Pag.16. Domini Cardinales ab officio repellentur.

Pag. 39.b. Romana Ecclesia est *perdix*, fovet Palarenorum sectam.

P.40. b. Amittet bona temporalia.

P.41.b. Ecclesia Romana remansit sine luce, quemadmodum discipuli sine Christo.

Cardinales redigentur ad nihilum.

P.47.b. Ecclesiæ Prælati sunt Pilati, & non Patres, sunt latrones & lupi.

P.53. Summus Pontifex repugnat imperio.

P.55.b. Si ad cor redirent Cardinales & alii schismatis Doctores, Christum audirent, mitem & humilem quærerent, & Antichristo tumido non adhærerent, sed si futura est eorũ eversio, quid laboro? Induratum est cor Pharaonis, Pontificum superborum, infestant populum, depravant consilium, flagellant Ecclesiam, nec sentiunt vulnera.

P.59. Major est iniquitas Latinæ Ecclesiæ, quàm Græcæ.

Pag.61.b. Pontificalis superbia cadet, & cultus Ecclesiasticus in temporalibus minuetur.

P.24.b. Laicorum Ordo conjugii fidem violat, Clericorum Ordo

do doctrinam Ecclesiæ dissipat, Religiosi regularem observantiam non observant.

Pag.50. Prælati *verè sunt asini*. 1. Tolletur corium temporalium, 2. projicientur in sterquilinium, vilitatis opprobrium, 3. Dabuntur bestiis Romani Imperii p.37.

Hæc Abbas Ioachimus ante trecentos annos cecinit. Si Iesuitæ, aviculæ Pontificis, ita canerent, fortassis iis guttur frangeretur. Nam si credimus Carranzæ in Summa Conciliorum p.408. Audacter sententiam dicere contra summos senioris Romæ Pontifices, non est tutum.

5. Antiqui Catholici cum Ludovico Granatensi in festo Matthiæ p.198. statuunt: cujus numine regimur, cujus beneficio vivimus, cujus cibis alimur, cujus providentia gubernamur, ac postremo sine quo neque esse, nec vivere, nec loco moveri, neque spirare ad momentum possumus, propter cujus gloriam si mille mortes obeundæ essent, nondum illius Majestati & beneficiis esset satisfactum. Iesuitarum cantus est, hominem suis operibus præmereri posse vitam æternam, ideoque meritum congrui & condigni excogitarunt: hominem nondum renatum ex congruo mereri posse remissionem peccatorum & fidem: hominem verò renatum & justificatum *ex condigno* mereri vitam æternam: *Thomas Aquinas.* &, *omnem actum charitatis absolutè mereri vitam æternam.*

Bernhardus Bauhusius ita canit de votis suis pag.15.

*DVm rutilus Phaeton, argentea Cynthia, saltus*
*Efficient cœli per sola picta suos.*
*Mœnia dum Superûm flammis cingentur & auro,*
*Et Stygii regis stabit opaca domus.*
*Stabit cen Sipyli cautes immota mihi mens,*
*Quamque Deo dedero dextera, marmor erit.*
*Et nunc quæ voveo, vos immortali adamante*
*Scribite cœlicolæ, scribitis? incipio.*
Pauper ero, dum vivus ero: *Cretata facesse*
*Ambitio, & fulvi sordida cura luti.*
Castus ero, dum vivus ero, *procul este Suburræ,*
*Vxores olidæ Thaides este procul.*

Non

*Non mihi vertigo hac, ut sim bellator Amoris,*
*Demens Idalia militet alter hera.*
*Denique jam Libertatis mea dulcia jura*
*Trado tibi, ô charum* nolo voloque, *vale.*
Nolo vale, volo dulce vale. *Tonitrua summi*
*Testor templa poli, fulmineamq; domum.*
*Dum tonitru, dum fulmen erit, dum fulminis autor,*
*Non mea vos eritis, non ego vester ero.*
*Et nunc, ô summum, mea sceptra & regna valete*
*Æternum, aternum* nolo, voloque, *vale.*
Omnia persolvi, jam nil tibi dulcis Jesu
Debeo: *nil debet, qui dare plura nequit.*

Martinus del Rio in opere Mariano p. 1154. Deus olivam nostram spiritualem nobis reliquit, quæ *penitus* profligare solet ex animis cupiditates illas pernitiosas & insatiabiles.

De *B. Equitio* Abbate B. Gregorius primo libro Dialogorum c. 4. Hunc, inquit, cum juventutis suæ tempore acri certamine carnis incentiva fatigarent, ipsæ suæ tentationis angustiæ ad Orationis studium solertiorem fecerunt. Cumque hac in re ab Omnipotente Deo remedium continuis precibus quæreret, nocte quadam, assistente angelo *eunuchari* se vidit, ejusque visioni apparuit, quòd omnem motum ex genitalibus membris ejus absciderit, atque ex eo tempore ita fuit alienus à tentatione, ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex Dei omnipotentis auxilio, ut viris ante præerat, ita cepit postmodum etiam fœminis præesse.

*NB.* Der Engel Ampt vnd verrichtung ist auch/ die Mönch verschneiden.

Hæc scilicet sunt *majora* privilegia Ordinum Monasticorum angelo eunuchante.

Audiamus *Dn. Rofredum* Beneventanum in tractatu Judiciario de frigidis & maleficiatis part. 5. pag. 462. In Clericis autem ista frigiditas seu ligamen seu maleficium, locum non habet: nunquam enim vidi aliquem clericum super hoc conquerentem: imò ultra quàm credi posset, potentes sunt in opere & sermone. Unde cum Dominus ROGERIUS bonæ memoriæ de Sancto Severino, Archiepiscopus meus Beneventanus, dum semel quidam laicus venisset coram eo, & diceret, se ligatum ita, quòd non posset uxorem suam cogno-

*Coloniæ 1591.*

cognoſcere, fecit venire ſuum Barberium, & clericam magnam ſeu coronam illi laico fieri fecit: & ſic laicus in nocte uxorem ſuam cognovit cum gratiarum actionibus, & cum maximo xenio ad Archiepiſcopum rediit, & dum ab eo quæreretur ratio (quia phyſicus erat) unde poſſet hoc contingere: ipſe ludendo reſpondit: laici habent capillos in capitis vertice, unde fumoſitas exhalare non poteſt, & ſic pori conſtringuntur, quod in clericis non eſt, quia habent maximam aream, unde nulla fumoſitas retinetur: & ideò ſic de facto contingit.

Parte quarta de Decimis & primitiis p. 466. Licet quidam ſacerdos acceperit à quadam Domina decimam hoc modo: acceſſit quædam Domina ad Confeſſionem illius, dixitque ſacerdos ei, quando agis cum marito tuo, das unquam decimam, vel dediſti de actu? Reſpondit Domina, ſe nunquam dediſſe. Reſpondit ſacerdos, animam amiſiſti, ſed pro toto tempore remitto tibi pro ſeptem vicibus, & ita ſacerdos ſepties in die cognovit Dominam, præcipiens, ut quemlibet decimũ actum ſibi pro decima reſervaret. Domina à marito per novem vices cognita eſt. Cum autem eſſet exacta à marito ad decimam, reſpondit: iſtam non dabo vobis, ſed dabo eam ſacerdoti, quia ſacerdoti debetur, & recitavit marito, ſecundum quod de facto contigerat: maritus ſagax, celans turpitudinem uxoris, ſacerdotem ab illa Eccleſia ſagaciter removit.

Hæc vox cuculi eſt. Audiamus alium ex Luthero Tom. 5. Jenenſ. fol. 299. Jener alte Dompfaff ſagte: Wir Pfaffen ſeyn Narren worden/ da ich jung ward/ ſchlieſſen wir den Burgern bey jhren Weibern und Tochtern/ da wurden uns die Weiber hold/ und muſten uns die Männer auch hold ſeyn/ ſolten ſie Damen haben. Aber nun ein jeglicher will ſein eygen Huren haben/ ſeyn uns die Weiber feind worden/ dann gelten wir bey den Männern auch nichts mehr.

Jam diſpiciamus, an Jeſuitæ *Paria* vel etiam *Minora* præſtent cæteris Ordinibus: de noſtro eſt beata illa æternitas promerenda, ait Cenſura Colonienſis p. 186. præſtandumque eſt aliquid ex proprio, ut bonum velimus.

2. *Paria.*

Martinus del Rio p. 485. Chriſtus voluit, nec pater vult cuique hanc reconciliationem contingere, ut paſſionis pretium prodeſſe niſi illis, qui ex parte ſua conarentur *cooperari*, &c.

Nos dicere poſſumus ait Bernhardinus de Buſti, in Mariali part. 2.

ferm. II. p. 652. de coronatione B. Mariæ, confirmando fupra dicta, quòd beatiffima Virgo *eſt Cancellaria* in cœlefti curia. Nam videmus, quòd in Cancellaria Domini Papæ conceduntur tria genera literarum: quædam funt fimplicis Juftitiæ; aliæ funt puræ Gratiæ; & tertiæ funt mixtæ, quæ continent juftitiam & gratiam. Et fecundum hunc modum Deus in Curia fua cœlefti habet tres Cancellarios.

Primus eft, ad quem fpectat dare literas *fimplicis Iuftitiæ*, & ifte eft *Michael* Archangelus, qui fecundum picturarum repræfentationem *ponderat animas in ftatera*, id eft tam bonas quam malas, ut bonis fecundum magnitudinem bonorum detur magnitudo præmiorum, juxta illud Zachar. 4. exæquabit gratiam gratiæ ejus. Malis autem fecundum menfuram delicti detur menfura fupplicii juxta illud Apocal. 18. Quantum glorificavit fe & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Et Proverb. 16. dicitur, Pondus & ftatera judicia Domini funt. Facit ad prædicta Lex pedibus ff. de lucen. rui. & nov. Cum fi.

Secundus Cancellarius, ad quem fpectat dare literas mixtas, id eft juftitiæ & mifericordiæ, eft B. *Petrus* Apoftolus, qui in palatio Dei eft Janitor conftitutus, ubi funt duæ portæ, fcilicet porta juftitiæ & mifericordiæ. Nam per portam juftitiæ ingrediuntur illi, qui falvantur ex operibus juftitiæ: per portam verò mifericordiæ ingrediuntur illi, qui falvantur ex fola Dei mifericordia & gratia fine operibus. Et iftam differentiam tangit Apoftolus ad Romanos 4. dicens, ei autem qui operatur merces non imputatur fecundum gratiam, fed fecundum debitum. Ei verò, qui non operatur, credenti autem in eum, qui juftificat impium, reputatur fides ejus ad juftitiam, fecundum propofitum gloriæ Dei, ficut & David dicit, bonitatem hominis, cui Deus accepto fert juftitiam fine operibus, cum ait: beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum. Hæc ille: ideò Petrus pingitur cum duabus clavibus, quia cum una aperit portam juftitiæ, illis fcilicet, qui dicere poffunt cum Pfalmo, aperite mihi portas juftitiæ, & ingreffus in eas, confitebor Domino, &c. Cum alia verò aperit portam gratiæ & mifericordiæ, fcilicet illis, quibus dicitur Ephef. 2. gratia enim juftificati eftis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eft, non ex operibus, ne quis glorietur.

Tertius Cancellarius eft ille, ad quem fpectat dare literas puræ gratiæ & mifericordiæ. Et hoc officium habet *B. Virgo*, & ideò dicitur mater gratiæ & mifericordiæ. Unde refert Mauritius Romanus Archiepifco-

episcopus, quod cum quidam B. Virgini devotus in tribulatione multa esset, ipsa gloriosa Virgo sibi apparuit, & an se cognosceret, requisivit? Quo respondente, quòd non, illa ait: Ego sum misericordiæ mater. Deinde subdit idem Archiepiscopus: O Maria, mater sancta gratiæ & misericordiæ, mater pietatis & indulgentiæ, aperi sinum pietatis, & suscipe mortuos in peccatis. Istas autem literas misericordiæ, dat solùm in præsenti vita. Nam animabus decedentibus quibusdam dat literas puræ gratiæ, aliis verò simplicis justitiæ, & quibusdam mixtas, id est justitiæ & gratiæ. Quidam enim fuerunt sibi valdè devoti, & istis dat literas puræ gratiæ, per quas mandat, ut detur illis gloria sine aliqua purgatorii pœna. Alii autem fuerunt miseri peccatores, & ejus indevoti, & istis dat literas simplicis justitiæ, per quas mandat, ut eis fiat condigna vindicta. Alii fuerunt indevoti, tepidi & remissi, & istis dat literas justitiæ & gratiæ simul, per quas mandat, ut & gratia eis fiat, & tamen illis inferatur aliqua purgatorii pœna propter negligentiam & torporem.

*Hactenus Mariale.*

*Johannes Osorius* Soc. Jes. tom. 3. Concionum pag. 525. de primo Cancellario. Hic Dominus Michaelem præfecit universo operi Ecclesiæ militantis, ad quem pertinet animas hîc elaboratas suo loco in cœlo coaptare.

Pag. 526. Michaelis tandem est, ut primi opificis eas (animas) suis coaptare locis, *ponderatis earum meritis* & officiis.

Idem Tom. 1. p. 135. in festo Innocentium. Sic etiam opera nostra in se considerata, tanto præmio digna non sunt. Ea sunt in altera staterae lance, sed tam minimi ponderis est, ut dictum sit: quod momentaneum & leve est tribulationis nostræ, in alia staterae lance immensæ gloriæ pondus, ut hæc æqualia sint, *adjungit Deus operibus tuis Christi gratiam & merita*, promissionem divinam. Quæ ergò potes, age: *venale est Regnum Dei*, quantum habes, tantum valet.

Ex Jesuitis verò libet hoc modo quærere, per quemnam Cancellarium, omnes Ordines Monastici, & sic etiam Jesuitæ, æternam salutem consequantur? per S. Michaelem affirmare non audent. Nescitis vos Jesuitæ, quàm meticulosa res sit ire ad judicem. Simplex justitia requirit opera bona, absolutè perfecta. Atqui Bellarminus fatetur, dilectionem in hac vita imperfectam esse.

*De Iustif. l. 4. c. 11.*

Johan. Osorius Tom.5.p.441. Imperfectiones multas reperiri etiam in bonis operibus.

Tom.2.p.429. Bona opera plena esse imperfectionibus.

Ergò Ordinibus Monasticis non est justitia.

Neque verò per secundum Cancellarium *D. Petrum*, cui sunt duæ portæ, justitiæ & misericordiæ. Per portam justitiæ ingrediuntur illi, qui salvantur ex operibus justitiæ. Ordines verò Monastici operibus justitiæ salvari non possunt, ex prioris Cancellarii decreto. Per portam verò misericordiæ ingrediuntur illi, qui salvantur ex sola Dei misericordia & gratia sine operibus. Ordines verò Monastici sola Dei misericordia & gratia, sine operibus salvari *nolunt*: siquidem Osorio teste, beatitudo æterna *est laboris nostri merces*. Et quid opus fuisset tot peregrinationibus, tot jejuniis, castitate, paupertate, & reliquis operibus supererogationis? De quibus apud S. Brigitam queritur Christus: sic homines per superbiam suam volunt ascendere in cœlum, & non confidunt in me, *sed in se*, facientes voluntatem suam, & meam relinquentes.

Tom 5. p. 375.

l. 2. c. 53.

Ergò neque Ordines Monastici per D. Petri portas ingrediuntur.

Denique neque per tertium Cancellarium B. Virginem ingrediuntur, quia non B. Maria, sed solus Christus θεάνθρωπος pro peccatis nostris est passus, crucifixus, mortuus, &c.

Vinea sua coram Christo semper fuit, ait Mart. del Rio p.490. Ut homo sollicitè vineã suã custodivit & diligẽtissimè excoluit: torcular solus ipse calcavit: perfidia hæc illius ævi fuerit, absit à seculo nostro idem crimen.

Notetur aviculam hanc vera canere: eos verò qui Christo B. Mariam in opere redemptionis associant, non fidem sed perfidiam crocitasse.

An Jesuitæ totam S. Scripturam comtissimè exodarint, alii judicent & quidem linguarum periti. Unicus Oleaster aut Benedictus Arius Montanus omnes Jesuitas quot quot sunt, & fuerunt, multis parasangis superat, unicus Sanctes Pagninus jugulat. Et si vultis judicium cujusdam Jurisconsulti, rogate quondam, quid de Jesuitarum eruditione sentiret? respondit: Jesuitas nil nisi agyrtas, Comœdos, scurras esse, præterea nihil. Sint ergò ἐθελόκακοι, ad salivam veræ Theologiæ & Spiritus sancti

nihil

nihil facientes. Tales scurræ ablegandi sunt in Hispaniam, ex qua venerunt, & qui talibus facetijs unicè delectantur.

Pag.66. In curriculo vitæ Abrahami Sculteti docet vir doctus (Erycius Puteanus) ut & ante eum Lipsius in sterili auditorio non alia de causa (ex magno viro hoc audivi) quàm quod juventus à melioribus studijs ad tricas disputationum Scholasticarum per Jesuitas avocatur: à quibus hominibus imperium orbis terrarum Academias affectantibus nihil aliud quàm barbarica politiorum literarum captivitas est expectanda.

Christophorus Marianus Augustanus, dictus Mätsberger, concionatoris filius in Tricennalibus Julianis p.107. Nos Mariam pro Dea colere, ut Dianam veteres, hoc est aliud insignissimum mendacium & calumnia, de qua querebar. Ego quantum possum clarissima voce pronuncio: sive Mariam, sive Dianam *Deam* credas, utrumque nefas, utrumque impium, utrumque abominandum, utrumque sacrilegum est.

Ita canit & Bellarminus in Apolog. ad regem Angliæ pag.125. prudentes & benè instituti Catholici, neque Divam neque *Deam* vocant.

Atqui Carolus Scribanius in Orthodoxæ fidei controversijs l.5. c.2.p.42. nam ego scitum illud pro firmo habeo, Dei matrem, *Deam*, reginam, dominam dici & haberi posse. Turnerus orat.13.p.177.

Bauhusius, Leo X. Barcleta p 57. vocarunt B Mariam *Deam*. Ergò Carolus Scribanius, Turnerus, Bauhusius. Leo X. Barcleta &c. non fuerunt prudentes & benè instituti Catholici. Sed uti aves interdum mutant sonos & voces. ita & Jesuitæ opiniones & sententias.

D. Lutherus cum S. Epiphanio sentit, B. Virginem τετιμημένην. honoratam, sed à Deo non datam ad adorandum, sanctam Trinitatem solam cultu Latriæ esse prosequendam.

Sed quid canit Martinus del Rio p.848. Hinc illud odium blasphemum manavit. Oderat Luther Deiparam, quantum ab ejus moribus se noverat discrepare: oderat castam incestus: sanctam sacrilegus, virginem scortator, Dei matrem, Diaboli filius: hæresis proseminator omnium hæresêon triumphatricem, sed illa triumphat in cœlis, iste blasphemiarum suarum pœnas jam viginti lustris in styge, ac luet sempiternas.

Calumniam calumnia non solvam, sed vindictam Deo tribuam, qui & cogitata in apricum proferet: melius est ferre quàm inferre injuriam.

Quòd autem *per solam fidem* (verba sunt *Fini Hadriani Fini*, Ferrariensis in Judæos l.4. conclusione 5.p.118.) de Christo futuro omnes fide- *Venetiis* 1538.

les & Patres V.Teſt.fuerint juſtificati, & à peccatis abſoluti. Apoſtolus Paulus ad Hebræos c.11.probat, annumerans omnes principales Patres V.Teſt.incipiendo ab Abel & dicendo: quod omnes illi per fidem Chriſti futuri paſſi ſunt perſecutiones, & operati ſunt juſtitiam, ſed non potuerunt conſequi repromiſſiones, niſi per Chriſtum. Unde omnes illi per fidem Chriſti ſunt membra Chriſti. Licet enim Chriſtus nondum veniſſet, tamen erat ab eis creditus & ab eo redimi jam expectabant: & ideò tanquam membra Chriſti jam meruerunt participare & participes fieri beneficiorum paſſionis Chriſti, quia ſub tali fide à peccatis ſuis abſoluti fuerunt. Hoc etiam ipſum probat idem Apoſtolus ad Romanos cap.4.& ad Gal.3. Nam Abraham antequam reciperet circumciſionem, jam fuerat juſtificatus, dum eſſet in præputio per fidem, eo quod Deo crediderat, quando ſcilicet ad ejus præceptum exijt de terra, & venit in terram Chanaan, & quando ſuſpiciens in cœlum credidit, ſic ſemen ſuum ſpirituale per Chriſtum multiplicandum eſſe, ſicut ſtellas cœli. Et ideo quia credit, reputatum eſt ei ad juſtitiam, Geneſ.15. Ex quo patet, *quod per ſolam fidem Chriſti futuri* ſalvati ſunt patres Veteris Teſtamenti.

*S. Brigita* l.1.c.15.p.26. Multi ſunt ſimplices in Eccleſia, qui pauca bona operantur, per fidem tamen ſalvantur, qua credunt me creatorem omnium & redemptorem. *Oecumenius* ad Romanos p.349. Gratia ſiquidem & opus naturâ à ſe ſeparata ſunt, & quidem ad opus merces ſequitur ſed non gratia: porrò gratia datur non ut retributio, ſed ut donum ac munificientia. κεχώριςαι μὲν γὰρ ἀπ' ἀλλήλων τῇ φύσει, χάρις καὶ ἔργον.

3. Minora. Quid autem canunt nobis Ieſuitæ de bonis operibus? Martinus del Rio in opere Mariano p.204. Nos diſſimiles ſumus Chriſto & Mariæ. Ipſa ſpeculum erat, planum, æquale, levigatum: nos aſperi ſumus, iniqui & ventricoſi. Illa ſpeculum teres, rotundum, plenum: qui nos ſemper Lunæ inſtar corniculares, anguloſi, protuberantes, nunquam rotundi aut perfecti. Illa Chriſtum ſemper intuens, eundem ſemper exhibebat intuenti, non minutatim neq; particulatim ſed integrum totumque: nos neque attollimus cogitationes ad Chriſtum, niſi rariſſimè, nec ille in nobis conſpicitur niſi imperfectiſſimè, imò quidvis aliud potius, & ſi quid ſimilitudinis ejus præportamus, adeo id minutulum eſt, tam exigua eſt particella, & adumbratiuncula quædam, ut aliquid Chriſti dici non mereatur. Tam diſſimiles imagines iſtæ in hoc Speculo comparent,

quia

quia non imprimimus Jesum & Mariam, ut signaculum super cor nostrũ, ut signaculum super brachium nostrum, non imprimimus cordi, qui vix obiter illos cogitamus, non imprimimus brachio *qui nostra opera non dirigimus in Deum*, quia non operamur in Dei honorem, sed bona, quæ facimus, si qua facimus, facimus *ut ab hominibus videamur*, æstimemur, prædicemur. Maria sibi Deum quasi signaculum impresserat, per amorem ei fortiter inhærendo: nos abstrahimus nos ipsos, & recedimus à Deo, quia vix amamus, utinam etiam amare non contemnamus, vel, quod pessimum, amare nos non simulemus?

Pag. 1048. Casia casiæ, stacte stactis, amomum amomi, nardinum nardus ordem spirat: quid spiret Virgo Mater, ancilla Domini, nisi castitatem, charitatem, humilitatem? Proh dolor? quid nos spiramus? superbiam elati, sordes impuri, avaritiam avidi, crapulam ebriosi, sus (quod in proverbio) suem, caninam canis, capram olet capella. Miserijs, stultitia, peccatis obruti sumus: beati, sapientes, sancti *volumus videri*, viles & abjecti sumus: amamus audire clari & generosi, indocti & scioli sumus: alienis plumis ventulum eruditionis nobis facimus, cupimus salutari, honorari, digito ostendi? nec superiorem ferimus, nec parem: ut male super alios efferamur, ipsi nos deijcimus, infra quamlibet vilitatem, ad quas non fœdas & ridiculas ambitiosi honoris artes delabimur.

Pag. 83. Nonne si respicimus opera nostra, illaque non mala, si desideria virtutis, nonne horum omnium principium fervet, medium tepet finis alget?

Antiquam Catholicam fidem discite ab *Anastasio Sinaita*, apud D. Henricum Canisium. Quare ne intraveris in judicium cum servo tuo, neque examinaveris tuas cominationes ad nostra delicta: sed averte faciam tuam à peccatis nostris, ne etiam justam statueris stateram tuã, sed fac, vergat, ac declina eam, ô misericors, ex hoc latere in illud, comnuta onus nostrũ in pondus misericordiæ tuæ, neglige studio gravitatem peccatorũ nostrorũ, multitudinem iniquitatum nostrarũ transcende, & serva nos propter misericordiam tuam, per quam omnes salvi facti, servati sunt. Nam sive Mosen dixero, non est absque peccato, ut scriptura testata est, sive Aaronem, sive Davidem cogitaro, sive ipsum Petrum, magnum illũ Principem, neq; hic peccato aut culpa vacuus. Hinc per fidem cupio salvus fieri, per fidem in quã, *non ex meo opere*, ut & ego tua benignitate audiam

*Tom. 3. antiq. lect. p. 103.*

diam: fides tua te salvum fecit. Vade in pace. Nemini enim omnium, quibus veniam dedisti, Domine, dixisti: *Opera tua te salvum fecerunt*, vade in pace; quia nostra omnis justitia tanquam pannus menstruatæ in conspectu tuo. Itaq; rursum aio, salvum me fac propter misericordiam tuam, & misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.

*Antverpiæ 1617.* Contra M. Antonium de Dominis in Pythagorica μετεμψυχώσει *Paulus Boudot* Sorbon. Theol. doctor pag. 14. Præclusæ sunt omnibus Societatis Patribus fores ad dignitates appetendas, & graves pœnas per eorum leges impositæ injunctæque ijs, qui quoquo modo vel quæsito colore per se vel interpositas personas, ad honores clam vel palam anhelant. Et meritò quidem: nam cum in ea religione tot tamque celebres viri reperiantur, qui non tantum omni scientiarum genere referti, sed rerum etiam gerendarum peritissimi sunt: si quando hæc illis Janua pateret, dareturque ambitioni locus, tota hæc Societas suis quæ tam altas jam egit, quasi radicibus evulsa, brevi sine dubio corrueret.

Licet tam doctus Grammatices quàm Priscanus, Rethorices quàm Tullius, Dialectices quàm Stoicus, Philologiæ quàm Varro, Physicæ quàm Aristoteles, Ethicæ quàm Plato, Musicæ quàm Boetius, Arithmetices quam Archimedes, Geometriæ quàm Euclides, medicinæ quàm Hyppocrates, Juris prudentiæ quàm Papinianus, ratiocinatricis Theologiæ quàm D. Augustinus, Theologiæ quàm M. Gregorius, Anagogiæ quàm B. Ambrosius, literalis sensus quàm S. Hieronymus, deniq; velut Oceanus quidam hæc omnia flumina uno mentis alveo recipiens, ut Magnus Abulensis, aut eo major, angelicus Aquinas.

*Parisijs 1612. pag. 19.* Petrus de Hardivillier Parisinus, Academiæ Parisiensis Rector. Adamanti natura rerum omnium parens tantum à magnete dissidium ingenuit, ut vis illa & occulta nobis illecebra qua ferrum allicit, hoc præsente tota concidat & collabatur, imo jam tractum ferri pondus, & magneti adhærens, admoto adamante, statim excutiatur. In cœtu Jesuitarum latebat blandior quædam illecebra novitatis, quæ ferrea quorundam imperitorum pectora facilimè pertrahebat, sibique in vitæ & consiliorum Societatem adjungebat. Quis miretur, præsente, loquente, pronunciante *Verduno* (quem antea jure suo adamantem Senatorium diximus) non modò concidisse omnes Jesuitarum blanditias, & sinceriores Gallorum animos non tantum immotos, in Academia permanere, sed etiam abreptos jam & *Iesuitico magneti* admotos, hujus adamantis virtu-

*die Jesuiter sind der Magnet / der alles zu sich zeücht*

te

te facile divulsos esse; & ad optimæ parentis gremium reductos ac revocatos?

*Benedictus Arias Montanus* de varia Hebraicorum librorum scriptione & lectione Tom. 1. de Sancte Pagnino. Hujus diligentiam nos imitari atque pressius etiam secuti, eam quam in prima hujus operis præfatione exposuimus, operam præstabamus, quamque à nomine hactenus doctorum & candidorum virorum improbari audivimus, præter unum *Erasticum*, qui Theologorum suæ ætatis & superioris ferè omnium laboribus obtrectare, atque Pagnino inprimis apertè bellum indicere, summæ sibi, ut existimo, laudi fore speravit. Is quoniam Pagninum vivum habere non potuit, nostrum pro omnibus alijs nomen proscindendum suscepit, nactus fortissis oportunitatem in quorundã animis & consilijs, *qui cum soli sapere, sibi bene vivere, Iesumque propius insequi & comitari sibi videantur*, atque id palam professi jactitent, *me*, qui minimum atque adeò inutilem Jesu Christi discipulum ago, odio habuerunt gratis.

In octav.

Ab hac impietate, inquit M. Antonius de Dominis l. 6. c. 9. p. 168. remoti non erant Catholico-Romani Angli, quando unius noctis faculis, sed unius momenti igne tormentario perdere Regem suum, & totius regni proceres voluerunt. Si Tertullianum, si Patres sanctos consuluissent, à Diabolico consilio abstinuissent: sed *patres Iesuitas consuluerunt*, & ab illis in impietate sunt confirmati, qui Ecclesiæ sanctæ Spiritum certè in ea parte (quod dolens & flens contra meos fratres dico) *penitus abjecerunt*. Non decrant, inquam, vires olim Christianis, sed aderat Spiritus, qui viribus in hoc uti omninò vetabat.

Apologia auctior pro Societate Jesu: Calumnia est, quasi nos homicidæ cuilibet aut subdito jus transscribamus, Reges & unctos Domini invadendi, atque ad id facinus perpetrandum, animas eorum pollicitationibus vitę ęternę acquirendæ, aut evitandi purgatorij accendamus: absit hæc impia & blasphema doctrina nunquam in Scholis nostris audita, nunquam in scriptis lecta, nunquam mente nobis concepta, sed paribus studijs ac animis *a Iesuitis omnibus ubivis locorum damnata*, uti palam etiam ac pariter eam *omnes* damnamus & execramur.

*Ingolstat 1619. p. 27*

Hæc est Romana nova Religio, quam jactatis, hæc professio operum, ex quibus odorari licet, nobiscum fidem Apostolicam, vobiscum perfidiam, nobiscum fas, vobiscum nefas, nobiscum jus, vobiscum injuriam, nobiscum Domini timorem, pudicitiam, religionem verè Catho-

eam, vobiscũ impietatem, libidinem, crudelitatem, fidem Apostaticam & hæreticam, omnium denique scelerum vitiorumque stare collegium.

## In Itinerario Constantinopolitano GEORGII DOUSÆ pag. 68.

*VOs uncti capitis tonsura coronat,* Jesu
*Nulla nisi e spinis plexa corona fuit.*
*Personæ fuciq; expers agitavit* Jesus,
*Ore nihil vestro pictius esse potest.*
*Vobis larga cavi spirant* mendacia *folles;*
*At Christus doctus non nisi vera loqui.*
*Plurima sunt Christi miracula, qualia narrant*
*Nulla domi à vobis edita, multa foris,*
*Orbe procul nostro: credat Maranus Apella,*
*Non ego, & autores sit penes ista fides.*
*Fibula cum Christo nil convenit, omnia pugnant*
*Quid confine polo scilicet Orcus habet?*
*Aut vobis* Jesus? *quos usu instructa magistro*
*Natura haud agnos, sed probat esse lupos.*

## Ad Socios Jesu.

*TV ne etiam in Superos immania sæpius ausus*
*Hæc tecum tacito demens sub corde sonabas?*
*Terra mihi forsan fuerit satis hactenus: at nunc*
*Nunc quoq; stelliferum (quis enim prohibebit?) Olympum*
*Propugnante* Deo *frustra conscendere certum est,*
*Et solium super astra meum radiosa locare.*
*Monte sacro residere placet, qua parte serenus*
*Flat Boreas, qua parte caput per nubila celsum*
*Porrigit, & longe montes supereminet omnes.*
*Hic ubi sacra mihi statuam instauranda quotannis*
*Parque* Deo *(si non major) terrasq; fretumque*
*Et cælum, regni consors utriusque tenebo.*
*Talia jactantem frustra, vanasq; vomentem*

Ore

*Oreminas Deus arripuit, dextraque rotatum,*
*Misit ad infernas tormento fortius undas.*

Lib. 3. Epigram. FAUSTI SABÆI pag. 439.

*CAlligenes terræ committere semina cultæ*
*Astrologi petiit limen Aristophanis.*
*Sufficiens ne foret messis, quærebat in anno*
*Illo, & aristarum copia ne exuberans.*
*In mensam vates ponens capiensque lapillos,*
*Et flectens digitos Calligeni ista refert.*
*Si madefactus ager fuerit quantum satis, herbas*
*Nec varias pariat, quæ segetem impediant.*
*Nec glacies scindat sulcos, nec grando flagellet*
*Summa, nec excutiat tunc teneros calamos.*
*Nec tundent segetes animalia, damnaq; nulla*
*Aëris, aut terræ sentiet auctus ager.*
*Vaticinor, tibi messis erit largissima, tantum*
Locustas Turpes, *cætera nil timeas.*

Ad JOACHIMI ABBATIS autoritatem respondemus cum Panormitano prima parte p.14. cum fuisse hæreticum. Certè Alphonsus à Castro lib. 3. adversus hæreses §. Apostoli, ita scribit: de Apostolis eorumque vita, statu & conditione aliquę sunt exortæ hæreses, quarum una est, quæ asserit Apostolos non prædicasse Evangelium Christi, juxta spiritualem intelligentiam, sed tantum secundum literam. Hic est error Abbatis Joachim, & Petri Johannis, ut illis impingit Guido Carmelita. Hic Joachim ex Calabria oriundus fuit, Monachusque Ordinis sancti Benedicti, atque in Florensi Cœnobio ejusdem ordinis Abbas. Hic multa scripsit, in quibus meo judicio suum *leve ingenium* ostendit, quoniam in omnibus fermè libris suis, ut se futurorum præscium ostenderet, consuevit miscere prognostica, quod maximæ levitatis & gloriæ cupiditatis indicium est: maximè cum aliter se inposterum res habuit, quàm ipse prædixit. Nam ut de cæteris taceam, *Fridericum Imperatorem* hostem Ecclesiæ futurum, sicut forte somniaverat, prædixit, quem omnes historiæ tradunt, usque ad mortem in pace & tranquillitate Ecclesiæ permansisse. Claruit sub Alexandro III. hujus nominis Pontifice & Henrico VI. Imperatore.

Verùm hujus Ordinis Prædicatores non esse Jesuitas, inde patet.

1. Prædicatores, de quibus Abbas Joachimus loquitur, Ecclesiam Græcam schismaticam, ad Unitatem Ecclesiæ Romanæ reducent: Jesuitæ Ecclesiam Græcam schismaticam ad Unitatem Ecclesiæ Romanę nondum reduxerunt. Ergo Jesuitæ non sunt prædicatores illi, de quibus Abbas Joachimus loquitur.

2. Deinde prædicatores illi in fine mundi debent Judæos ad fidem Christianam convertere.

Jesuitæ autem Judæos nondum ad fidem Christianam converterunt.

Ergò Jesuitæ non sunt illi prædicatores, de quibus Abbas Ioachimus loquitur.

3. Præterea prædicatores isti facient, ut sit pax in universa terra.

Jesuitæ nondum fecerunt ut sit pax in universa terra. Ergo Jesuitæ non sunt illi prædicatores, de quibus Abbas Joachimus est vaticinatus.

4. Denique prædicatores illi, de quibus Abbas Joachimus est vaticinatus, Ecclesiam ad eum statum reducent, in quo fuit tempore Apostolorum.

Jesuitæ nec possunt, nec volunt Ecclesiam ad eum statum reducere, in quo fuit tempore Apostolorum.

Ergo Jesuitæ non sunt illi prædicatores, de quibus Abbas Ioachimus est vaticinatus.

Major probatur ex libris de Concordia.

I.

Pag. 112. Oportet *prædicatores Ecclesiæ* appropinquare illi populo, à quo in suis prædecessoribus egressi sunt, ut accipiant lumen: quod tamen fieri nequit, nisi prius *populus Græcorum*, relictis quàm multis adinventionibus suis, adhæreat Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, obediens decretis & institutionibus suis.

Pag. 98. defecit gratia, quæ data fuerat à principio populo illi, *recessit ab eis* Spiritus Sanctus, & conversus est ad Latinos.

II.

Pag. 70. b. Cur non eodem modo dicantur *lux*, *ultimi prædicatores*, per quos Judæorum cæcitas perceptura est *lumen*.

Pag. 103.

Pag.103 b. Futurum, ut per talem Ordinem doctrinæ concutiantur duriora lapidibus corda Judæorum *& convertantur iterum* ad Deum vivum & verum.

Pag.58. b. de veris ad prædicandum Judæis circa finem laboriosæ vitæ.

Pag. 131. Quòd si verum est, cum rursum verum sit, *Judæos converti oportere ad fidem Christi*, quid aliud datur intelligi, nisi quì post adventum Anti-Christi relinquetur tempus Judæis, ut convertantur ad Deum.

Pag.90. De ordine quodam, circa finem futuro, ad cujus prædicationem, Omnis penè mundus convertetur ad Deum.

III.

Pag.135. Unum dico securius, quod his completis mysterijs, septimus angelus tuba canet, sub quo universa, quæ scripta sunt complebuntur sacra mysteria, *& erit tempus pacis in universa terra.*

IV.

Pag. 114. *Ecclesia reformanda in eum gradum & similitudinem, in quo fuit tempore Apostolorum.*

Pag.80. Duo filij, duos novissimos Ordines designare puto, quorum unus erit Laicorum, alius Clericorum, qui ambo regulariter vivent, non quidem secundum formam Monachæ perfectionis, sed secundum institutionem fidei Christianæ, imò secundum regulam illam generalem actuum Apostolorum &c.

*Alphons. de Castro* de Hæresib. l.1. p.23, b. Nusquā Ecclesiæ venustas diminuta est, aut color obfuscatus, eo quod tot ex ipsa hæretici exierint. Propter quod non possum non stomachari in eos, qui ut suum institutum laudent, non verentur coram populo jactare & dicere, eum qui semel habitum illū S. *Dominici* illius Ordinis susceperit, *non posse in fide errare aut deficere.* Nonne hoc aperta est blasphemia, cum per hoc magis tribuere videatur Habitui, quo induitur, quàm fidei aut gratiæ Dei. Estne fortè potentior pannus ille, quàm Dei gratia aut fides? Absit tanta dementia. At nec fides, nec gratia in baptismo suscepta sic hominem servat, quin in hæresin labi possit. Qui fit ergò ut *habitus* servet? Quòd si hoc ad professionem referre velit, & non ad habitū, ut professio, quā de illo instituto emisit, hanc vim habere dicatur, quis non videt in baptismo omnes profiteri Christianismū? nec tamen illa, quā tum emisimus professionem,

 immu-

immunes nos ab hæresi reddit. Nec tamen ullus erit adeò impudens, ut neget illustriorem multò esse atque efficaciorem professionem illam, quàm quævis alia postmodum facta. Abeant ergò, & illas nænias poëtis cantandas relinquant, & populo meliora prædicent. Testor Deum, non mentior: nam *me præsente* quidam in concione publica ad populum prædicans, in die, quo agitur solennitas sancti, qui Ordinem instituerat, dixit, *Fraternitatem suam ac Societatē* laudibus extollere volens, eum, qui *habitū illius semel induerit, non posse esse hæreticum.* Et ab aliis pluribus accepi, se eadem verba audivisse, ab hominibus ejusdem Ordinis, cum de eadem re sermo populo fieret. Ego quidem, cum audirem, abominatus sum hominis audaciam atque impudentiam, execratus autem Prælati patientiam, qui illa audiens, tolerasset, minimeque puniisset. Ob quam causam suspicio mihi non parva orta est, ut crederem, ex ejus mente verba prolata. Ne hoc tibi Ordini aut Societati impegisse videar; nomen Ordinis ex industria subticui, ut magis admonere viderer, prout Christiana charitas, quàm traducere, prout invidia suggerit. Libenter quidem audio sanctorum laudes, *modò eos Deo non æquent.*

Dixi, quæ volui, resipiscite, credite Evangelio, mores vestros corrigite (sera nunquam ad bonos mores via,) & salvi eritis.

## Contra Jesuitas.

*Lib. 4. de loc. Theol. c. 2.*

M*Elchior Canus*, Hispanus, de nomine Ecclesiæ differens, quam ab Apostolo docet vocari Societatem Jesu Christi, hæc habet: quæ sine dubio Societas cum Christi Ecclesia sit, qui titulum illum sibi arrogant, hi videant, an hæreticorum more, penes se Ecclesiam existere *mentiantur.*

*Parisiis 1560.*

*Iohannes Quintinus Haduus* Juris Doctor & Ordinarius Professor in Parisiorum Universitate, de Synodo Gangrensi pag. 101. Epiphanius etiam contra Nazoreos, non de aliis, quàm de Christianis, Philonem scripsisse refert, qui tunc, ait, non Christiani, sed ex nomine Jesu, Domini nostri vocabantur Ἰεσσαῖοι *Iessæi* (*nomen aptius, quàm nescio quorum modò Iesuitarum*) Philonisque librum dicit inscriptum fuisse, περὶ Ἰεσσαίων.

ia
205.

Julius Nigronus de regulis Societatis Iesu: S. Epiphanius probabiliter existimat, Fideles Alexandriæ, *Iessæos* à Iesu dictos, antequam Christiani vocarentur.

*Benedi-*

*Benedictus Arias Montanus*, Hiſpanus, de varia Hebraicorum librorum ſcriptione & lectione.

In Bibliis Hebraicis cum verſione interlineari Xantis Pagnini, in 8. ex officina Raphelengii 1613.

Hujus autem diligentiam nos imitati, atque preſſius etiam ſecuti, eam quam in prima hujus operis præfatione expoſuimus, operam præſtabamus, quamque à nemine hactenus doctorum & candidorum virorum improbari audivimus præter unum Eroſtratum, qui Theologorum ſuæ ætatis & ſuperioris ferè omnium laboribus obtrectare, atque P*agnino* inprimis apertè bellum indicere, ſummæ ſibi, ut exiſtimo, laudi fore ſperavit. Is quoniam Pagninum vivum habere non potuit, noſtrum pro omnibus aliis nomen proſcindendum ſuſcepit, nactus fortaſſis opportunitatem in quorundam animis & conſiliis, *qui cum ſoli ſapere, ſoli bene vivere, leſumq; propius inſequi & comitari ſibi videantur*, atque id palam profeſſi jactitent, me, qui minimum atque adeò inutilem Ieſu Chriſti diſcipulum ago, odio habuerunt gratis.

*Martinus del Rio p.*574.

Pro ſynonymis iſta licet uſurpare, Hæreticus, Judas, Diabolus.

Pag.901. Maria arcanis inſpirationibus & conſiliis nos quotidie inſtruit, & *arma* ſuggerit inviſibilia, quibus hoſtem ſuperamus.

## ORATIO,

## An & quomodo Jeſuita ſit omnis homo?

### CHRISTO SACRA.

R. Ecolimus hodierna S. Concordiæ luce, *auditores*, meditatione bea- [illegible] *Martini Lutheri*, omnium Theologorum Phoſphori, [illegible] dum innotuit, cœleſtibus planè commendatus teſtimoniis. [illegible] hic: unde? ex Germania, ex ripis Albis, ex ubertate fontis [illegible]. Hunc reſciſſo voto, contra Dei verbum ſuſcepto, triplici illa [illegible] ignem illum tricipitem Cerberum, ex tenebroſo eductum or- [illegible] & ille Solem. Hic ſtygius ille canis eſt coactus aconitum evome-

*Dan.*12. 2.*Theſſ.*2. *Apoc.*13. & 18.

evomere. Hic noſter Hercules de adamantinis inferni portis, de civitate illa triplici circumdata muro, & quam novies Styx interfuſa coërcet, triumphavit. Vidit Lutherus lucem, vidit lucem, conſideravit, excitantem divinum Spiritum audivit, præcipienti illi obedivit, horrendo principibus atque regibus inimico inermis occurrit, verbo oppugnavit, obſtitit, vicit, & hoſtis ſuperbiſſimi ſpolia atque trophæum ad ſuperos evexit. Hic beatè in terris vixit, beatius mortuus eſt, beatiſſimè cum ſanctis cœlitibus ſacroſanctæ Trinitatis viſione perfruitur: Sancti enim morientes naſcuntur in cœlis invito vel Cardinali Bellarmino atteſtante, qui de beata analyſi noſtri Lutheri ex mendaciſſimo Cochlæo ita ſcribit: Lutherus morte repentina ſublatus eſt, nam cum veſperi opiparam cœnam ſumſiſſet, lætus & ſanus & facetiis ſuis omnes ad riſum provocaſſet, eâdem nocte mortuus eſt.

*Bellarm. de Eccl. triumphante p.64. De notis Eccleſiæ l.4.c.17. p.363.*

Verum enimverò iis potius credimus teſtibus, qui non opinantur, ſed ſciunt, non audiverunt, ſed viderunt, non interfuiſſe, ſed præfuiſſe dicuntur, quos Johannes Mathefius p.m. non ex plebe adducit, ſed illuſtris nobilitatis, conſpicuæ autoritatis viros, in concionibus, de vita & rebus geſtis hujus Theologi habitis, numero bene magno recenſet: quibus Hiſtoricus erudita prudentia, prudentique eruditione ſingularis adſtipulatur. Sub id tempus, inquit, Martinus Lutherus, turbarum contra Pontificiam autoritatem conciliatarum autor, annos natus LXIII. in patria, Islebii, quod eſt Mansfeldicæ ditionis oppidum, moritur XII. Calendas Martias, illuc Witenberga, ubi docebat, à Mansfeldii Comitibus vocatus & arbiter electus, ut diſſidium, quod inter ipſos de finibus & hæreditate erat, componeret. Poſt cœnam proximè ante noctem, qua deceſſit, cum rogaretur, num in illa ſempiterna vita ſimus alter alter alterum agnituri, ita ipſe ajebat, & ſcripturæ teſtimoniis confirmabat. Tantum Thuanus. ὅς παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως

*Thuanus l.2. ad an. Chriſti 46. p.41.b.*

Vixit itaque Lutherus, ut inter preces adſtantium in vera nominis divini agnitione, fiducia meriti Chriſti fretus, animulam ſuam in manus Dei Patris commendaret; multoq; honeſtius vixit, quàm vel Papa *Martinus*, de quo Antoninus refert infantes (quorũ vox, Dei vox eſſe dicitur) in plateis exclamaſſe: Papa Martino non vale uno quatrino: vel Bonifacius VIII. qui atteſtantibus platina & Stella, intravit ut vulpes, vixit ut leo, mortuus eſt ut canis.

Cæterùm cum Jeſuitæ non ſolùm beatos manes D. Lutheri perpetuis calumniis proſcindant, diris omnibus devoveant, odium animi & linguæ blaſphe-

blasphematurientis vafritiem inferant, sed etiam Lutheranos perduelles vocent, horum mores & virtutes effreni lingua velut bifurcatis hamis launcent, sibiq; persuadeant, totam se Theologiam & veritatem Christianam expoliisse, perfecisse, absolvisse, primipilum verò Augustanæ Confessionis Remp. Christianam decepisse, fefellisse, & in errorem induxisse, verè cum discipulo Antisthenis regerere possumus, qui cum intueretur in [illegible] dictitabat, [illegible], nihil esse stultius homine, qui se gloriæ mancipârit, coronas esse bullas gloriæ, & eos, qui dicendo laudem captent, gloriamq; apud imperitam multitudinē aucupentur *ter-homines*, hoc est, ter esse miseros. Imò si Alexandro Hajo credimus, *Iesuita est omnis homo*. An & quomodo hoc apophthegma sit veritati consentaneū, mecum, Auditores, perpendite: [illegible] rebus, non verbis negotium æstimari oportet. Propria & simplex erit orationis forma,

Naz.

Qualis Apelleis est color in tabulis.

Non captabit illa quidem Jesuitarum plausus sed illorum saluti consulet, non conjectabitur immodicas verborum venustates, sed mentes divinæ sapientiæ luminibus illustrabit, non elaborata concinnitate blandietur, sed sententiarum pondere pugnabit, & quicquid efficiet, divinæ virtutis argumento, antiquitatis robore, Papatus valore confirmabit, aut rerum gestarum turpitudine confutabit. Quòd si mihi a vobis tribui concedi, q; sentiam, perficiam profectò ut sereno divinæ clementiæ favonio afflante, ne huc illuc in incertum, ut cymba in Oceano ventis agitata, evagetur oratio, *Iesuitam esse omnem hominem*, non modò credatis, sed & monstrum in orbe Christiano putetis.

Gasp. Barsaeus p. 465 [illegible] ... [illegible] ussima, &c.

Et primò quidem, si è tropo [illegible] Hominem dispescimus, quadruplex divisio ex mente Philosophi, non abnuente etiam Pausca, nobis occurrit, è causis, ex effectis, è subjectis & adjunctis.

E causis nolo rem altius repetere, cum constet Jesuitam corpus habere & animam rationalem, atque ut Sol & homo generare dicuntur hominem, ita [illegible] divinitatis æmulator, callidissimus simulator, & Farnesius producere Jesuitam: quorum posterius Julius Nigronus lubens meritoque confirmat, in gratulatione ad Odoardum Cardinalem: Farnesiæ gentis partus, inquit, & opus est Societas Jesu, &c. pag. 800. Tu fautor dignitatis, tu defensor ejus innocentiæ, si quando oppugnetur.

tur, esse debes: tu custos nativæ integritatis, tu veteris libertatis vindex & conservator, &c.

Olim Christiani omnes ex nomine Jesu vocabantur Jessæi, nomen aptius, quàm nescio quorum Jesuitarum, inquit Quintinus Hoeduus Juris Doctor, in Academia Parisiensi Professor, Hospitalis militiæ frater, in Gangrensi Concilio p.101.

Prius quod attinet, in omnem æternitatem Jesuitæ, divinam vocationem Ordinis Ignatii seu Lojolæ constitutionem probare nequeunt.

Gaspar Barcæus l.1.c.7.p.46. vulgare inter omnes erat, Patres (Jesuitarum) ex alia quapiam materia compositos esse p.400. per totam Europam, Asiam & Africam circumferunt vexilla boni Jesu, tanto animo ac ita imperterriti, ac si essent *immortales*. Immediatè si dixerint, à Deo fuisse Ignatium suum vocatum, hæsitant, titubant, erubescunt. Spiritibus enim talibus & pseudoapostolis, *revelationes, illustrationes extraordinarias, raptus & enthusiasmos* jactantibus, non absolutè credendũ est, sed probandi, an ex Deo sint, & tam incertum est Ignatium ad colloquium B. Mariæ & Christi fuisse admissum, quàm Beatissimam semper Virginem, monachos ebrios lecto adduxisse, osculum impertivisse, aut lac ex uberibus in eorum oculos misisse.

*Ribadeneira* p.537. Ex quo conjicere licet, quæ propria sunt ac præcipua nostræ Societatis firmamenta, ea Ignatium *divinitus accepisse*.

Francisco Bencio quidem Ignatius de Lojola per anagrammatismum est, *O Ignis illatus à Deo:* à Deo scilicet illatus hic ignis devorans, κατὰ συγχώρησιν, οὐ κατὰ τὴν εὐδοκίαν. Pro eo enim quòd dilectionem veritatis non receperunt, testatur Apostolus in hoc, ut salvi fierent, propterea mittet illis Deus efficaciam illusionis, ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed approbaverunt injustitiam. Quo enim modo à Deo fuit illatus ignis super Sodomam & Gomorrham, quove ignis aliquando in ultima mũdi censura à Deo in pœnam æternam mittetur, eodem planè hic ignis Lojolanus (piis quidem fatuus) in pœnam impiorum ob antegressam contumaciam & injustitiam est illatus. Nos igitur multò rectiùs, hunc Anagrammatismum invertimus, & Bencio hoc remittimus pacto:

2. Thess. 2.

*Ignatius de S. Lojola.*

*Ah Ignis, Deo illatus:* Deum ipsum petit, Dei verbum, cultum divinum cupit pressum, obrutum, superatum.

Si nec Papa debet suo judicio fidere, aut expectare divinam revelationem, teste Bellarmino de Concil. l. 1. c. 11. multò minus Pontificis Vasallus, Lojola.

Lux Jesuitica meræ sunt tenebræ, ignis hic non illustrat Christi meritum, sed obscurat, quod fusius & uberius postea demonstrabitur, non purificat, sed polluit, & pollutos demum ad ignem purgatorii remittit: ignis hic non recreat aut gaudio afficit, sed tristes, dubios, incertos gratiæ Dei, & æternæ salutis reddit.

Cum itaque hic Ignis Deum ipsum petat, homines tenebris plusquàm Cimmeriis involvat, ad desperationem adigat, quis eum à Deo non factum, sed ab astutia Satanæ fictum esse dubitet? Neque verò nova hæc Societas appellatione insolita Jesu nomen sibi vindicans à Deo est *mediatè* per Prophetas & Apostolos constituta, ut cæteri Ordines è sacris posse docere sibi videntur.

Nam *de Dominicanis* ita scribit Barelета, Hæc est illa Religio, quæ in V. T. figurata Zach. 6. ubi Propheta dicit: Ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: in quadriga prima equi rufi, id est *Minores*: in quadriga secunda equi nigri, id est *Eremitæ*: in quadriga tertia, equi albi, id est *Carmelitæ*, in quadriga quarta, equi varii & fortes, & quærebant ire & discurrere per omnem terram, quod intelligitur de *Prædicatoribus*, prout Alexander Papa IV. declaravit. Causam hujus visionis & interpretationis Propheticæ idem subjungit. Perdita urbe Hierosolymorum anno Domini 1216. apparuit Christus in aëre *totus furibundus*, cum tribus lanceis, contra tria peccata, superbiæ, luxuriæ, avaritiæ. Virgo autem Maria genibus flexis ad pedes Christi provoluta, parce peccatoribus inquit, quia dabo tibi duos servos meos, Dominicum & Franciscum, qui mundum convertent ad te. Quod & factum est, quia hi duo Ordines sunt duo candelabra in mundo. Hactenus Bareleta, de equis Zachariæ, qui fortes & robusti quidem sunt, sed sagacitate superantur: credimus potius Julio Nigrono Jesuitæ asserenti in gratulatione ad Joh. Delphinum, Brixiæ Episcopum, Iesuitas esse canes, non quidem venaticos sed pastoritios. Nam quemadmodum equi Zachariæ erant rufi, nigri, albi & varii: ita Iesuitæ sunt canes rufi, albi, nigri, varii & versicolores. Circe olim vertebat homines in feras, Papa transubstantialiter per Chymiam, aut sanctam λυκανθρωπίαν ex homine facit ignem, ex igne equum, ex equo canem.

*Vulpi lupique canes, vulpi canes & lupi. Matth. 8. Dominici Iohanna videbatur sibi parere caniculam. Lond. Hist. in vita Dominici p. 94.*

II Quis ergo Hasso inposterum credat Jesuitam esse omnem hominem? Dicat potius esse omnem canem! Sed missa prima distributionis specie, quæ erat ex caussis, transeamus ad alteram, quæ est ex Effectis, quibus adjuncta adhærent. Antequam verò ad ea descendamus, Homo in foro Theologico quatuor modis considerari potest, in statu innocentiæ, id est integritatis, corruptionis, gratiæ & gloriæ.

*De statu integritatis* quanquam malè formato ita differit Martinus del Rio in opere Mariano. Distinguendæ in statu integritatis tres hominis imagines, singulæ singulorum graduum, distinguendæ, inquam, mentis ratiocinatione. Nam in ipso Adamo, à parte rei una fuit imago Dei, quam possumus considerare pro triplici statu, uno naturæ meræ, quæ natura in homine nunquam fuit sed esse potuit, si Deo collibuisset: alio naturæ integræ, in quo fuit Adamus creatus, sed ita ut simul addita illi fuerint non tantum ornamenta, sed dona naturæ humanæ omnia debita, ad finem suum naturalem consequendum, sed etiam illi necessaria gratiæ dona, quibus finem supernaturalem, beatitudinem adipisci valeret: & quia hæc dona supernaturalia, à prioribus illis erant separabilia, ideò aspectu ad finem consequendum concipimus etiam mente tertium statum, quem gratiæ nuncupamus, & ratione triplicis hujus status, tres imagines has intellectu efformamus, imaginem dico naturæ meræ, imaginem naturæ integræ, & imaginem gratiæ. Hactenus del Rio. Verum enim verò natura mera est merum figmentum. Deinde si per naturam integram intelligit imaginem concreatam, est status innocentiæ: si verò reliquias imaginis amissæ, status est lapsus & peccati.

*De notitia sui p.147.*

Imago ergò Dei in homine, quæ fuit specialis hominis conformitas cum Deo, in intellectu Dei sapientiam, sanctitatem & justitiam repræsentavit. Hujus respectu *IESVITA omnis homo*, licet tam doctus Grammaticus quàm Priscianus, Rhetorices quàm Tullius, Dialecticæ quàm Stoici, Philologiæ quàm Varro, Physicæ quàm Aristoteles, Ethicæ quàm Plato, Musicæ quàm Boetius, Arithmeticæ quàm Archimedes, Geometræ quàm Euclides, Medicinæ quàm Hippocrates, Prudentiæ quàm Papinianus, ratiocinatricis Theologiæ, quàm D. Augustinus, Tropologiæ quàm Magnus Gregorius, Anagogiæ quàm B. Ambrosius, literalis sensus quàm S. Hieronymus,

denique

denique velut Oceanus quidam hæc omnia flumina uno mentis alveo recipiens, ut magnus Abulensis, aut eo major angelicus Aquinas, est maximè sapiens, quia Papam in sinu reconditum habet, ut Erichtonium Pallas in Canistro, & hac sapientia maximè omnibus mortalibus facilè antecellit, etiam Architæ.

Quem maris ac terræ, numeroq; carentis arenæ mensorem appellarunt. Et quod de Deo suo Epicuro jactavit aliquando Lucretius l.3. id Jesuitæ de Ignatio.

*Qui genus humanum ingenio superavit, & omnes*
*Præstrinxit stellas exortus uti æthereus sol.*

Ribadeneira pag. 47. Trinitatis mysterium Ignatio *divinitùs* innotescit.

Bernardus lac suxit ex uberibus B. Virginis, & ideo illi fuit tanta sapientia. Hist. Lombard. p. 125.

Martinus del Rio p. 856. Maria multos repentè doctos fecit.

De Monachorum & Jesuitarum quorundam vita ita scribit Martinus del Rio p. 236. in Mariano: ita vixisse, ut liceat ambigere, cœlestes ne viros potius, an terrestres angelos melius appelles.

Gaspar Barcæus lib. 2. cap. 11. pag. 173. introspiciebat in penitioribus animi recessibus errores latere.

*In voluntate αὐτεξούσιον* erat & vera libertas: hanc Jesuitæ omnes affectant. Nolunt enim Magistratui politico subesse, sed præesse, dominari cupiunt non bonis tantum fortunæ & corporis, sed animorum & conscientiæ: & qui parere recusant, apud hos non valet jus sed vis, non justa, sed hasta, non æquo, sed equo, non chartis, sed lacertis, non legibus, sed legionibus res geritur. Hanc arbitrii libertatem in statu etiam corruptionis sibi vindicant.

In statu Gratiæ Jesuita constitutus, est ne etiam omnis homo?

Videamus duas Legis Mosaicæ tabulas.

I. *In primo præcepto* mandatur, ut Deum super omnia timeamus, & amemus, illiq; confidamus.

Augustin. in Enchiridio cap. 8. p. 153. proinde nec amor sine spe est, nec sine amore spes, neq; utrumq; sine fide.

Veri Christiani timore non servili, sed filiali cum vera fiducia conjuncto, Deum colunt. Jesuitæ timorem filialem, quo quis de sua salute certus reddatur, per Evangelii promissiones universales, per Sacramen-

torum σφραγῖδας & signacula per internum inhabitantis Spiritus S. testimonium, quo clamant Abba, Pater. Planè eliminãt, ad dubitationes corda cœli avida & sui pertæsa, ablegant, & in perpetuam dubitationem præcipitant. Bellarm. enim de Verbo Dei l. 2. c. 12. violento modo adducens dictum Ecclesiasticæ c. 9. v. 1. nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit! Ecclesiastes, inquit, loquitur de solis justis, qui cum nullius peccati [illegible] conscii sint, tamen certo statuere non possunt, dum hîc vivunt, justi [illegible] sint, an non? Ex quo sequitur, ut ignorent, utrum odio vel amore digni sint. Verum enim verò non vult Solomon, quòd homo ex verbo Dei, non possit aut debeat de gratia Dei erga se statuere, sed perversum tantùm judicium hominum reprehendit, qui ex eventu rerum æstimare alicujus pietatem soleant. Itaq; nec potest nec debet ex fortuna prospera vel adversa fieri judicium, num quis sit pius vel impius.

NB. *Nullus Iesuita scit* utrum odio vel amore dignus sit.

Perpinian. pag. 145. Quando de tuo in me amore, dum vivo certa esse non possum.

Pag. 329. Potest (Catholica religio) quidem instar musti Noën ebrium facere, gravique somno oppressum, nudum abjicere ad terram, mentem exhilarare verè, & corroborare nullo pacto potest.

Homo Christianus novit cui credat, credit sibi esse remissa peccata ex Symbolo Apostolico, & ita cum timore & tremore operatur salutem, ut interim in peccatis non desperet, sed in Christo habet fiduciam, & accessum in confidentia per fidem, & veritati divinæ, ταῖς σφραγῖσιν & interno Spiritus S. testimonio non diffidat. *Iesuita* verò veritati cœlesti & signaculis justitiæ diffidit. Ergò hoc pacto Jesuita non est omnis homo. An non hoc est, ἀπειθεῖν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πείθεσθαι τῇ ἀδικίᾳ? de Dei favore & charitate dubitare, amorem timentem, & timorem amantẽ divellere, & miseros peccatores incertos relinquere? Cur non de literis Indulgentialibus (quæ verè sunt ὀρίπτανον πετόμενον, ein fliegendes Buch) ab otiosis Monachis confictis, dubitare jubetis? Cur certitudinem bonor. operum, certitudinem precũ à sanctis fusarum, certitudinẽ thesauri Ecclesię ita rigidè & morosè urgetis, ut piaculũ sit vel minimum de ijs in pectore gerere scrupulum?

Ephes. 3.

ohne ein F

*Curia Romana, quò magis facta est cana*
*Eò plus vult, ut altera lena*
*Vt sint nummis omnia plena.*

Cur olim literæ appensis Pontificiorum legatorum sigillis, miseris mer-

mortalibus datæ, ut plenam participationem omnium charismatum & spiritualium honorum videlicet Missarum, orationum, suffragiorum, officiorum divinorum, jejuniorum, abstinentiarum, pœnitentiarum, disciplinarum & peregrinationum, inspirationum, prædicationum, lectionum, meditationum, contemplationum, & observantiarum devotionum & omnium aliorum spiritualium operum gratiosè scilicet conferrent, nisi ut certò apud se statuerent, se, de Dei gratia & amore esse certos, & post hanc vitam in purgatorium non venturos, sed regnum cœlorum *ἀπάρτι* possessuros.

Martinus del Rio in opere Mariano p.28. ( Sodales Jesuitarum ) qui non conveniunt statis temporibus putant precum, meritorum indulgentiarum Sodalitatis participes esse se, *non sunt*.

Cæterùm mercatores illi mystici fuerunt homines, erogarunt id, quod habuerunt ( quod enim quis non habet, alteri communicare non potest ) nullum autem amorem certum & fiduciam, sed dubitationem tantum & conjecturam habuerunt. Ergo dubitationem, conjecturam tantum erogarunt : & ita Monachi non certo Missas celebrarunt, non certò sunt precati, nulla certa jejunia exercuerunt, sed tantum simulata, nullam veram pœnitentiam egerunt, nullas disciplinas veras in corpore senserunt, nullas veras & indubitatas inspirationes hauserunt, nullam devotionem certam tenuerunt, verùm spiritualia opera dubia & incerta fuerunt omnia.

*Del Rio p.1158. fecimus quod jussisti, imploquod promisisti.*

*Questo è di sancta Chiesa il gran tesoro.*

Et hic est ille grandis thesaurus, quem maximis sumtibus majores nostri, neque tamen verè sed conjecturaliter tantum mercati sunt.

Et hac ratione Jesuita est omnis homo, ex certis incerta, ex indubitatis & extra controversiam positis dubia, ex veris falsa, è perfectis & absolutis mutilata, ex integris corrupta, è divinis humana efficiens.

Cur profitemini, omnem actum Charitatis absolutè & ex merito condigni mereri vitam æternam, si adhuc dubitandum de Dei favore? Qui operatur, inquit D. Apostolus, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: Ex eo apparet Jesuitas, Papæ potius, cujus sunt volones, quam Deo confidere.

Ad hæc Idololatriam Pontificij committunt, dum baptismum in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti *& beatæ Virginis collatum*, legitimum esse contendunt.

*Albertus* magnus in 4. Sent. dist. 3. Ulterius quæritur de appositione, utrum liceat aliquid apponere, ut dicatur, baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus S. *& Sanctæ Mariæ*, vel aliquid, vel plura hujusmodi? Et videtur quod sic, quia hoc facit ad majorem devotionem, & non tollit formam.

Ad hanc objectionem altera pagina ita respondet. Ad id quod quæritur ulterius de appositione, dicendum, quod peccat apponens: si autem apponit, quod non sonat corruptionem formæ, non est baptizandus.

*Thomas Aquinas*, Alberti M. discipulus in 4. Sent. dist. 3. De additione verò duo sunt observanda. Primum est ex parte addentis: quia si adderet intendens illud esse de forma: quasi volens per hoc novum ritum adducere, constat, quod non intendit proferre formam, qua utitur Ecclesia, & ita nec faceret, quod Ecclesia facit; quare non esset baptismus. Secus autem est, qui ex aliqua causa adderet, ut ex devotione quadam. Secundū est ex parte ejus, quod additur. Quod si est corruptivum formæ, tunc non est baptismus. Si autem non, est baptismus secundū quosdam, sicut si dicatur in nomine Patris majoris, & filij minoris, corrumpitur fides quam forma profitetur. Si autem addatur *& beatæ Mariæ*, quidam dicunt quòd non est baptismus, quia non fit baptismus in virtute beatæ Mariæ: fieret autem si diceretur: & beata Maria juvet puerum illum vel aliquid hujusmodi. Alij autem dicunt, & *probabilius* dicunt, quod esset baptismus, etiam primo modo additione facta, quia secundum magistrum in nomine Patris idem est, quod invocatione. Potest autem in invocatione B. Mariæ fieri baptismus cum invocatione Trinitatis: non quasi ex virtute ejus efficiam habeat baptismus, sicut habet ex Virtute Trinitatis sed ut ejus intercessio baptizato proficiat ad salutem.

*Antoninus* in 3. parte Summæ titulo 14. capitulo 13. §. 3. Tertio potest fieri mutatio per additionem, siquidem addit aliquid intendens illud esse de forma, quasi volens per hoc inducere novum ritum in Ecclesia, nihil facit, quia non intendit proferre formam, qua utitur Ecclesia. Si addit ex alia causa, puta ex devotione, non vitiat baptismum, ut si dicat, baptizo te in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti *& beatæ Mariæ* invocatæ per modum intercessionis & intendens, quod per hoc intercessio Virginis prosit baptizato, *est verus baptismus*. Secus si invocaret Vir-

ginem

ginem, intendens, quod Virgo operetur ad baptismum, sicut Trinitas. Ex parte autem ejus, quod additur, est considerandum, si sit corruptivum formæ quod additur, & tunc vitiat, ut si dicatur ut faciebant Arriani, baptizo te in nomine Patris majoris, & Filij minoris. Si non corrumpit fidem vel sensum verborum, non vitiat.

*Gabriel Biel in 4. sent. dist. 3.* Consequenter moventur aliqua dubia brevia. Primum si quis baptizando puerū dicat, baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus S. & beatæ Mariæ, an puer esset baptizatus? Respondetur sub distinctione secundum Durandum: quia si intelligit baptizans in nomine Patris & Filij & Spiritus S. & beatæ Mariæ eo modo quo Patris & Filij &c. ita quod baptismus sortiretur effectum ex nomine beatę Mariæ sicut ex nomine Patris & Filij & Spiritus S. ille contrarius est Veritati fidei, & ita non est baptizatus. Et sic secundus clarus deprehenderetur, si additio illa inferreretur dicendo, baptizo te in nomine Patris & Filij & Beatæ Mariæ matris ejus & Spiritus sancti.

Si verò intelligitur & sanctæ Mariæ, ad honorem S. Mariæ, vel in nomine S. Mariæ, ut *intercedentis, adjuvantis*, aut gratiæ stabilitatem impetrantis, vel hujusmodi, verum est baptisma, dum addat, non per rem formæ necessariam, sed ex devotione, licet addens graviter peccet.

*Scrutinium Sacerdotale* sive modus examinandi tam in visitatione Episcopali quàm in susceptione operum, autore R. D. *Fabio incarnato Neapol.* S. Theol. Profess. & expurgatum à R. P. M. Lucio à Lege Veneto Augu. S. Theol. D. pag. 13. b. Quomodo potest fieri variatio per additionem? R. secundum S. Thomam ibid. quòd duo hic observanda sunt. Primam ex parte addentis, quia si aliquid adderetur, intendens illud esse de forma quasi volens per hoc novum ritum adducere, constat, quod non intendit proferre formam qua utitur Ecclesia, quare nō esset baptismus, secus autem esset, qui ex aliqua causa adderet & ex devotione quadam. Secundum est ex parte ejus, quod additur. Quòd si est corruptivum formæ, non est baptismus, sicut si dicatur, in nomine Patris majoris, & Filij minoris, corrumpitur fides, quam forma profitetur. Si vero quod additur non est corruptivum formæ, sicut si additur, & beatæ Mariæ; *probabilius videtur, quod est baptismus.*

*Venetijs 1569. in 12.*

II. Secundo Decalogi præcepto prohibetur, ne nomen Domini in vanum assumamus, blasphememus, mentiamur, neve Magicis actionib.

illud violemus, ſed in omnibus calamitatibus invocemus. Eſtne hoc in loco Jeſuita omnis homo? etiam: prius de Exorciſmis varijs & magicis actionibus, poſterius de mendacio acturi.

Quid verò uſitatius, quam contra Dei verbum exorciſare in baptiſmo infantem, in conſecratione agni (ex quo pallium, auro pretioſius) ſalis, olei, cereorum, in campanarum baptiſmo, ſanctiſſimum Dei nomen violare & polluere? Et quia Martinus del Rio juſtum de Magicis actionibus edidit volumen, placet ea, quæ anteſignanus veſter *Iohannes Trithemius*, Abbas quondam S. Jacobi Herpipoli, magiæ quondam addictiſſimus tertia quæſtione ad Maximilianum I. Imperatorem ſcripſit, huc referre. Erat homo quidam cuſtos porcorum, qui ſcedulam bacillo incluſerat nomen Divi Martyris *Blaſij* continentem, cui tantum fidei detulit, ut baculo in medio gregis terræ affixo, lupum ab acceſſu prohibitum crederet omnem. Hæc ſtulta confidentia per longam experientiam tandem roborata, ibi homo ſecurus quocunque volebat, dimittens ſine periculo in nemore porcos, cum luporum jam nullus haberet acceſſum, Contingit pertranſire videntem abſente paſtore, qui cernens dæmonem cuſtodiam habere gregis, dixit ad eum: quid miſer hic agis? Qui reſpondit, iſtos cuſtodio porcos. At ille: quis tibi curam porcorum commiſit? Iterum reſpondit: *ſtulta confidentia paſtoris*. Nam ſchedulam quandam bacillo incluſam magnæ putat eſſe virtutis, qua *Blaſij* cujuſdam meritis lupi arceantur à porcis, ſuam peccavit in legem, & noſtras ſequitur vanitates. Verum quia invocatus non comparet, ego, ne homo confidentiam ſuã amitteret, porcos ejus cuſtodio & me pro *Blaſio* libens ſuppono. Ita inquit, mortales varijs conjurationibus nos moleſtant, ut niſi velimus æſtimationem noſtri & honorem apud eos perdere omnem, neceſſe ſit, eorum invocationibus ſtultis plerumque occurramus. Hujus ſimilitudine facti dæmones miſericordes, infideles decipiunt, & miracula, quæ orantes à Deo poſtulant, malignorum ſpirituum ſuppoſitione ſæpius aſſeqvuntur. In his enim quæ Dei vel cultum reſpiciunt vel honorem, libenter ſe Dæmones ingerunt, qui manifeſtos honores aſſequi nequeunt, occultis nimirum delectantur. Tantum Trithemius.

*Baldus ſcribit in L. optimam C. de contrah. & committ. ſtip. D. Ambroſiũ uno eodemq; die Mediolani & Romæ miſſã ceciniſſe.*

*Franciſcus Bencius* in oratione funebri Antonini Caraſæ, Cardinalis p. 338. dicit hunc conſecrato agno incendiũ reſtinxiſſe, hiſce verbis. Septimo decimo Calend. Quintiles, qui dies Vito eſt & Modeſto & Creſcentiæ ſacer, qua tempeſtate per magna actus eſſe ſolent, in quandã ædiũ

partem

partem Dynastæ Montis Nigri, apud quem eo tempore versabatur Antonius, improviso casu adhæsit ignis, tanta vi atque impetu, ut cum jam corripuisset lacunar cubiculi, materiam ad exardescendum aptã, & proxima quæq; populando, anteiret remedia velocitate mali, timendum esset, ne deflagraret domus, & uno incendio concideret universa. Hic, quod in ejusmodi rebus fieri amat, cum consilium darent omnes, periculum sibi sumeret nemo, magno animo, sed majore in Deum fiducia, *Antonius* (cum rediisset in memoriam Pauli IV. à quo tale aliquid aliquando factũ accepimus) scalas miræ longitudinis in parietem ponit, & omnibus mirantibus, severoq; vultu & trepido pectore, tantum ne facinus auderet, neve se in apertum discrimen conjiceret, magno opere dissuadentibus, contento cursu supremos gradus arduo superat ascensu, in tectum pervolat: hic verò cum miraculo audaciæ obstupefacti viri steitissent, & exanimatæ metu mulieres duplicarent vota, & nihilosecius bacchraretur ignis, nec longius abesset ab *Antonio*, flexit ille suppliciter genua ad Deum preces effundens: quas veluti sensisset auditas, divini plenus ardoris exsurgit. *Sacramq; cælestis Agni effigiem*, quam habebat ad collum, impresso crucis signo, omnibus inspectantibus, *in medios ignes jacit*, mirum dictu, sed verum: quæ indomita dudum furebat, omniaque se hausturum minitabatur flamma, resedit repentè, suaq; sponte sopita primùm, mox etiam extincta est. Auxit religionem *Antonius*, qui virginali quadam modestia. Dei virtutem extollens, cum fieri negaret posse ut sacra plagumcula funsset igni obnoxia, seduloq; pervestigasset, illam illibatam omnino inter medias prunas atq; integram prorsus ostendit, quæ etiam nunc ad rei memoriam, ab eodem Dynasta sanctè pieq; servata, venerationem habet.

Credat Judæus Apella, non ego.

Cæterùm *mendacia* committuntur vel in doctrina vel in moribus. In doctrina *Jesuita est omnis* Homo, id est, Jesuita Jesuitam mendacii arguit.

Bellarminus de pœnitentia l. 2. c. 12. p. 190. *meritum*, quod Patres agnoscunt ante remissionem peccatorum, nõ est meritum ex condigno, sed ex congruo. Et meritum ex condigno non præcessit justificandum, sed sequitur justificatum.

Idem de justificatione lib. 5. cap. 22. pag. 478. Potest homo, non-

dam reconciliatus per opera pœnitentiæ impetrare & mereri ex congruo gratiam Justificationis.

*Sebastianus* Heiß autem quæst.3. de Ecclesia pag.84. inquit: falsum est, nos docere, quòd gratiam mereamur ex condigno, quòd Monachi aliis mereantur vitam æternam, si absolutè de merito, nempè ex condigno loquamur.

Praxis Ecclesiæ Pontificiæ hactenus percrebuit; *Mariam jubere & præcipere posse Filio*, ut testatur Jesuita Johannes Osorius tom.3. p.132. cum Mariali p.160. Leo X. etiam nomen Deæ, Mariæ tribuit, anno Domini 1514. epistolarum à Bembo (quo non est Latio majus in orbe decus, secundum Sabinum) Leonis X. nomine scriptarum lib 8. epist.17. Unde in partibus Orlandi talis est precatio. O peccator, si Filium Dei non audes accedere, vade ad matrem peccatorum, & ostende ei tua facinora, & ipsa ostendet pro te Filio pectus & ubera, & Filius ostendet Patri latus & vulnera. Pater non negabit Filio postulanti, & Filius non negabit Matri interpellanti, & mater non negabit peccatori ploranti.

*Maria est omnipotens & omniscia.*

Martinus del Rio p.1158. uno dicam verbo, videt (Maria) quicquid scientia visionis omnipotens videt. Deum ipsum videt clarissimè, & in Deo videt, quicquid optat videre.

Martinus del Rio p.408. nec Regina unquam à Rege suo, nec mater à filio potest dissentire.

Idem p.1119. Parata est, Sodales mater misericordiæ pro nobis intercedere, *promta nudare pectus & ubera, quæ suxit, Filio ostendere.*

Martinus del Rio p.853. Nemo mente capiet, qualis sit & quanta Mater, nisi qualis & quantus sit Filius ceperit.

Constans est veteris Papatus sententia, Mariam plura posse Christo, Christum, utpote Judicem austerum, severum, *furibundum*, ut loquitur Barcleta, non omnes admittere, Mariam verò, spiritualis belli Imperatricem, sub umbra sua recipere omnes, etiam imperfectos & peccatores. Ne verò hoc Jesuitis affingere videar, libet Jesuitis Jesuitam opponere, is autem est Martinus del Rio in opere Mariano p.866. Quis non concupiscat, sub hac fronde (cedri Christi) humare & æstivare & meridiari & pernoctare? Verùm advertite, *non omnes admitti.* Herodiis, aquilis & cæteris volucribus tantum permittitur perfugium: non de jumentis, quadrupedibus, reptilibus loquitur. Volucrum nomine solent

lent intelligi spirituales, sive contemplativi de sorte Mariæ, sive qui de sorte Marthæ justi & sancti conantur in cœlum meritis fidei & bonorum operum, ut gemino alarum remigio conscendere. Christus aquila est, de nido deturbat pullos, quorum degener oculus solarem radium respuit. Christus gallina est, non congregat sub alas nisi pullos suos, reptilia *pede proterit* & absumit. Quo igitur nos miseri, qui vix supra solum reptamus, tantum abest, ut ad astra subvolemus, quo nos inquam infelices *a ventura ira* subtrahemus, quo utemur *asylo*? Nemo timeat, nemo desperet, commune cunctis perfugium, & ab hoc ardore *divinæ Iracundiæ* tutum umbraculum indicabo. Nam & pax ab angelis promissa cunctis hominibus bonæ voluntatis. In eodem Libano huic cedri medullæ adsita est *alia cedrus*, cedri illius melioris bona mater, hac una inferior, cæteris omnibus multò celsior, quæ idcircò non dicitur in Libano exaltata simpliciter, sed dicitur exaltata sicut cedrus, sicut illa cedrus cedrorum, non æqualitate, sed similitudine. O factum bonum, & Dei dignum providentia! ut qui sub cedri medullæ umbra *non reciperentur* tardigradi vel repentes, *hos proxima* cedrus invitaret, quæ nullos aspernatur, & cunctos nititur ad cedrum illam, quam genuit, perducere.

*NB. Maria est asylum contra iratum Christum.*

Idem p.867. *B. Gertrudis*, Ducum Brabantiæ germen inclytum & portionis ejus olim non exiguæ Princeps, vidit quondam in Spiritu *sub chlamidem Marianam* sese recipere & occultare diversi generis bestiolas & insecta: per quæ significabatur omne genus peccatorum, ad piæ matris opem speciali devotione confugientium. Insecta hæc omnia *comiter* excipiebat, & sub palla protegens, benigna manu suaviter contrectare, & amice blandiri, ut catellis Melitæis dominæ solent, non aspernabatur. Tantum del Rio.

vnter de Mantel seyn vielleicht auch die Jesuiter gesteckt.

Quare majorem fiduciam Jesuitas in Mariam, quàm in Christum collocare, dicimus, contendimus, evicimus.

*NB. Iesuitas majora blandimenta Mariæ, quàm Christo adscribere.*

Hoc patet exemplo, ait Mariale Bernard. Busti parte 9. serm. 2. fol. 492. quod legitur in Chronicis nostris, quòd quadam die S. Franciscus *vidit duas scalas, unam Rubeam*, cui Christus innixus erat, *& aliam albam*, in qua virgo erat. Et cum ad monita B. Francisci fratres scalá rubeam ascendere conarentur, dum ire inciperent, retrò multi cadebant & ascendere non poterant. De qua S. Franciscus flendo dolebat. Cui dixit: fac ut fratres tui ad matrem meam currant, & ad scalam albam, atq;

*per eam aſcendāt.* Tūc B. Franciſcus exclamare cæpit, dicēs: currite fratres ad ſcalam albam & aſcendite per eam. Quod facientes fratres à B. Virgine læta facie ſuſcipiebantur, & in cœlum *cum facilitate aſcendebant:* Tantum Mariale.

Cicuravit ergò Maria, ait del Rio p. IIII. unicornium, *Formidandum* illum Leonem Juda manſuefecit, cujus juſta indignatio terribili rugitu æternæ damnationis incendia humano generi minitabatur, hanc illa manſuetum & pacatum reddidit.

Antequam verò B. Mariam compellent, adeundus eſt prius Joſephus, ex Apoſtolica traditione Marialis p. 266. In reſurrectione Chriſti, in qua multi reſurrexerant ex ſanctis Patribus, ut habetur Matth. 27. piè creditur, quòd etiam S. Joſeph. glorioſus reſurrexit, & ſimiliter cum Chriſto viſitavit benedictam Virginem, Sponſam ſuam. Et hoc S. Bernardinus prædicans Paduæ affirmans clamabat, in anima & corpore eſt ſanctus Joſeph in cœlis glorioſus, & viſa eſt crux aurea ſuper caput ejus, & ſic ego credo, quòd ſit in vita æterna, in anima & corpore cum Maria, & indicibili gloria habens clariſſimam aureolam Virginitatis & doctrinæ, quia prædicavit paſtoribus & Magis. Item puto, quod ſit apud pedes beatiſſimæ Virginis, honoratus ab Angelis & Sanctis omnibus, & habet magnam Jurisdictionem apud Dominum Jeſum & Sponſam ſuam ad impetrandam gratiam ſuis devotis. Et ideò ô devoti Chriſtiani, habete hunc ſanctum in devotione, quia ei multum ſumus omnes obligati. Qui igitur vult aliquid à Deo obtinere, accipiat beatum Ioſeph. pro advocato ſuo *ante* Virginem benedictam, ſponſam ejus, & beatiſſimam Virginem apud Filium ſuum & Dominum Ieſum ante Patrem cœleſtem, & omnia impetrabit.

Hanc fidem vel potius perfidiam in Papatu viguiſſe, teſtes omni exceptione majores in Lyſandro adduxi. Quibus accedit Ieſuita Franciſcus Remondus l. 1. Epigram. de Chriſto & beata Virgine ejus matre.

Hinc lactor ab ubere, hinc paſcor à vulnere

*UBera me Matris, nati me vulnera paſcunt,*
*Scilicet hæc animi ſunt medicina mei.*

Nam

*Nam mihi dum lachrymas dolor elicit, ubera sugo.*
*Redeat ut dulci mixtus amore dolor.*
*At me pertentant dum gaudia, vulnera lambo,*
*Vt me læta pio mixta dolore juvent.*
*Vulnera sic nati lambo, sic ubera matris*
*Secura ut varia sint mihi sorte vices.*
*Quis sine lacte precor, vel quis sine sanguine vivat,*
*Sanguine nate tuo, lacte puella tuo?*
*Sit lac pro ambrosia, suavi pro nectare sanguis,*
*Et me perpetuò vulnus & uber alat.*

*Martinus del Rio* p.1163. Desit qui LAC eliciat, spissescet liquor, exarescent lagunculæ; sit lacteus qui sugat & mulgeat, novis semper rivulis implebuntur.

HÆC quanquam sunt certissima, æquè plebeculam per Mariam, ac per Christum salvari; tam Iesuita est omnis homo, id est frater conficit fratrem & mendacii arguit. Nam Martinus del Rio in Mariano p.38. Sicut Iosua, inquit, *solus* electus, qui in terram lacte melleque manantem introduceret: *sic solus Iesus Christus* in regnum cœlorum aditum reseravit.

*Ribadeneira l. 1. c. 11. p. 1. Maria est ianua cœli.*

Mariale pag.91. Martinus del Rio p.490. Torcular *solus ipse calcavit: Perfidia hæc illius ævi fuerit:* absit à seculo nostro idem crimen.

At Bernardus in sermone de assumtione inquit: Ad restaurationem generis humani sufficere poterat *solus* Christus, siquidem omnis sufficientia nostra ex ipso est: sed bonum non erat nobis hominem esse solum, *congruum magis erat* ut adesset *nostræ redemtionis sexus uterque*, quorum corruptioni neuter defuisset

Anathema illis, ait del Rio p.900. qui dissidium quærunt, qui Iesum dividunt à Maria. Fuit in terris SOCIA laborum & præliorum, nunc est in cœlis Socia coronæ & triumphorum.

Pag.1103. Ipsa in Filio passa, quicquid in se Filius.

Bellarminus in apologia ad Regem Angliæ p.125. Prudentes, inquit, & bene instituti Catholici, neque Divam, neque DEAM vocant, neque ab ea petunt, ut Filio imperet, & dominetur, neque dicunt, eam ad oscula & complexum sacerdotum descendere.

Ex quo firmissimè colligitur, neque Papam Leonem X. (terrarum moderatorem, pastorem omnium populorum, & controversiarum omnium judicem infallibilem) fuisse prudentem, & bene institutum Catholicum, qui DEAM expressè vocari passus sit: neque totum Papatum, ante Iesuitarum censoriam virgulam, fuisse prudentem & bene institutum.

Verè alicubi Hilarius l.7.de Trinit.p.82. Vincant ut volunt, quia se invicem vincendo, vincuntur: & Bellarminus de Matrimonio cap.52. Contingit aliquando pertinacibus, ut quod ore negant, factis affirment.

Quanquam idem Bellarminus sui mox oblitus; Bonaventura inquit, ad similitudinem psalterii Davidis, *aliud* psalterium ipse composuit, ex pio ad B.Virginem affectu.

Audite quæso D.Apostolum fulminantem, si vel nos, ait, aut angelus de cœlo prædicaverit vobis *aliud* Evangelium (aliud psalterium, quo per κακοζηλίαν Iesuitæ, in manus B.Virginis commendant Spiritum suum) præter id, quod prædicavimus vobis, anathema sit. Christus in opere redemtionis & salutis *Socium* vel Sociam non admittit, suffragante Scriptura, & B. Hilario attestante in Matth.p.292. Hoc omnium hæreticorum est, ut rem manifestissimam in lucem omnium gentium constitutam videre non possint aut nolint.

Altercantur quidem interdum etiam, ait Perpinianus orat.12.p.343. & inter se nostri contendunt, non nego: verum ejusmodi de rebus contendunt, de quibus liberum est cuique opinari, quod velit.

Et Bellarminus de notis Ecclesiæ lib.4.cap.10.ait, Thomistas & Scotistas non dissentire nisi in iis rebus, quæ ad fidem non pertinent.

Liberum ergò in Papatu cuivis, sive per Christum, sive per Mariam æternam speret, aut secundum Perpiniani Grammaticam, opinetur salutem. Liberum est, gratis per solam fidem in Christum, aut tenore meriti condigni justificari.

Est hoc proprium, Theodoreto testante, eorum, qui recta via divertunt, ut huc & illuc aberrent, per viam minimè tritam ingrediantur. Mutatis sententias quotidie, tanquam vestimentum, aut codicillos, sic, ut ne cuniculi sæpius pariant novos catulos, quàm vos nova commenta, novas opiniones. Quamvis enim multiplicia sint in Papatu aquarum divortia, omnia tamen ex uno fonte manarunt opinionis.

Septem

Septem capita habet bestia Romana, & unam caudam, quia non est consentiens doctrina.

Nigra subest udò Jesuitis lingua palato.

Hieronymus Osorius Episcopus Algarbiensis de Sapientia l. 3. pag. 195. verè docet è Scriptura: Christum esse mediatorem nostrum, non hamanæ tantùm, sed etiam divinæ naturæ respectu.

Quinetiam, inquit, ut Dei Filius ea ratione, qua jussa Patris exequitur, & fuit antiquæ Legislator, atque ut Paulus ait, se medium inter Deum & homines interposuit, ut homines in Dei studium incitaret, & Deum hominibus conciliaret, per illum enim Pater, ut Paulus in epistola, quam scripsit ad Ephesios, ait, ab æterno tempore omnia sibi reconciliare constituit, non incommodè pro nobis orare dicitur.

Jesuitæ Christum mediatorem esse nostrum tantum secundum humanam naturam credunt.

Quare in doctrina Jesuitæ Priscillianistis sunt similes, qui teste Augustino, Catholicam veritatem non quidem credunt, sed tamen loquuntur, ut nostri esse credantur. Loquantur ergò veritatem suam in ore suo, non in corde suo.

Denique *potestne Papa fieri hæreticus*? Hîc Jesuita inficiando & mentiendo est omnis homo.

Georgius Scherer Tomo 2. Operum, concione 9. de Papa fol. 64. Dieser Römische Stul hat und führt das Regiment über alle Kirchen auff dem ganzen Erdboden/theils umb andern Ursach willen / theils darum daß dieser Stul nie nach Ketzereyen gestuncken hat/es ist auch keiner in diesem Stul gesessen/ der sich widerwertiger Lehr hette theilhafftig gemacht/und nicht viel mehr wider die Gnad/so dem Apostolischen Stul dißfals verliehen worden/ rein und unverrückt verwahret.

*Martino del Rio p. 1056. Columna veritatis Ecclesia Romana.*

Fol. 159. Allein die Römische Kirch und Succession deß Haupts-Apostel S. Petri ist bißher wunderbarlich erhalten / und von allem ketzerischen Geschmeiß bewahret worden.

Dedit sedi huic, ait Thomas Bozius, divinissimum privilegium, licet enim Pontifex ipse esse malus possit, fari, scribere & efficere flagitiosa & falsa: nunquam tamen aut potuit aut poterit ille universali lege, qua cunctos Christianos obliget, sancire aliquid contrarium veritati æternæ immutabilium rerum.

*De imperio virtutis cap. 10.*

Ad eundem sensum & consensum loquitur etiam Sadoletus Cardinalis:

*P. 759.*

P.759. dinalis: Nunquam pontifex Maximus impiè sensit, ut prava statuisse intelligatur.

Joh. Mariana l.3 c.2 p.225. A multis seculis vix quisquam Pontificum Romanorum reperitur *è cathedra docuisse.*

*S.Brigita* lib.7.c.8.beatæ Virginis judicium divinitus inspiratum hisce verbis reliquit. Vera, inquit, & Catholica fides est quòd Papa, qui est sine hæresi, quantumcunque aliis peccatis sit commaculatus, nunquam tamen est ita malus ex illis peccatis, & ex aliis suis malis operibus, quin semper sit in eo plena autoritas, & perfecta potestas ligandi & solvendi animas: quam autoritatem ipse apud Petrum habuit, & assumpsit à Deo, *quia multi summi Pontifices* fuerunt ante Iohannem Papam, *qui sunt in Inferno*: nihilominus tamen ipsorum justa & rationabilia judicia, quæ in mundo stabilia & approbata sunt apud Deum.

D. Arnoldus Albertinus Episcopus Pactensis quæst. 30. §. 24. ait: Papæ multi hæretici fuerunt, non tanquam Papæ, sed tanquam homines.

*Ribadeneira in Iona. p.349 Non est cordati hominis, temere quidpiam dicere.*

Aristarchus verò Bellarminus in responsione ad librum inscriptum, triplici nodo triplex cuneus pag.87.asserit. Piè credi, Pontificem, etiam ut personam particularem, hæreticum esse non posse.

*Μέγα λίαν αἴτημα*, nimis magnum est postulatum. Atqui nulla est centuria, nulla, inquam, est à Christi ascensione centuria, in qua non ad minimum unus, vel interdum etiam plures Papæ hæresin capitalem foventes, vixerint. Jactent, ut lubet, Jesuitæ caput, vertant, gyrent, rotentque se omnem in partem, ut volent, nunquam veritatem extorquebunt.

*Ario* viam stravit Clemens I. Hieronymus adversus Ruffinum l.2. p.100. Filium Dei creatum de nullis extantibus.

*Ariani* fuerunt Liberius & Gregorius VII. Benno Cardinalis in vita Gregorii.

Calvinianus fuit Gregorius I. statuit enim pios non posse amittere Spiritum S. In Ezechielem homil.5.& in Matth.c.13.homil.11.

Sacramentarius Gregorius VII. in cœna non esse verum Christi corpus, nisi ut in signo, & figura mysteriove. Abbas Urspergensis ad annum Christi 1090.

Mono-

Monotheleta, Honorius, ex teſtimonio trium Conciliorum generalium, *Conſtantinopolitani VI.* Act.12.& 13. *Nic[illegible] II.* in epiſtola Synodica, & *Conſtantinopol.VIII.*can.7. & trium Pontificum Agathonis, Leonis II. & Adriani.

Neſtorianus, Anaſtaſius, Platina & Gratianus. Diſt.19.

Spiritum S. à ſolo Patre procedere ſtatuerunt.
- I. Silveſter, Hieremias patriarcha Conſtantinopol. in act[illegible] p.217.
- II. Damaſus I. ibid. p.218.
- III. Agatho in 2. reſp. Theol. Wirtēb. p.218
- IV. Johannes IX. p.213.

Seminovatianus, Innocentius I. Epiſt. 2. ad Vict.

Simoniacam fovit hæreſin Gregorius VII.
Nauclerus volum 2. gener.36.

Reſurrectionem mortuorum negavit Johannes XXIII.
Concil. Conſtantienſ. ſeſſ.11.

Imò multi Pontifices ſibi mutuò *non tantùm in vita & moribus, ſed in doctrina etiam adverſati ſunt.*

Eutychianus & Cœleſtinus III. ſtatuerunt, Conjugia vera propter hæreſin poſſe diſſolvi: Innocentius cum Concilio Tridentino adverſam tulit ſententiam, propter hæreſin non poſſe diſſolvi matrimonium.

Pius IV. ſenſit, ob ſcortationem non poſſe diſſolvi matrimonium. Zacharias I. verò cum Conciliis & Patribus veriorem tulit ſententiam.

Silveſter cum Concilio Elibertino putavit, Magiſtratum eſſe ſanguinariam functionem. Innocentius autem verbi divini ductū ſecutus eſt.

Alexander II. exiſtimavit, ad electionem Papæ requiri conſenſum Imperatoris: Gregorius VII. non requiri decrevit.

Martinus I. denegavit veniam, poſt ordinationem delinquentibus: Calliſtus autem hos vocat hæreticos, qui dicunt, ſacerdotes poſt crimen admiſſum & pœnitentiam ad priſtinos honores redire non poſſe.

Argumentum reatuſ eſt, ſcribit Salvianus epiſt.3. innocentiam jactare poſt culpam.

Audiamus vel unius Seren. *Venetæ* Reipub. (quæ im̄edi[illegible]tè à Deo, non ab humano aliquo principe traditum ſibi imperiū accepit) teſtimoniū, in Interd. prop.12. *Queſto è certo*, che il Pōtefice può fallare nelli giudicii particolari, etiam dio havēdo uſato ogni diligenza, & anco con buona intentione:

*Montium veſtrorum libro literis indelebilibus inſcribiss.*

tione: & *molti de fatto hanno errato* in questo, & le historie ne sono piene.

Et hoc etiam certum est, quòd Pontifex in judiciis particularibus possit errare, licet omnem diligentiam adhibeat, bonamque habeat intentionem, siquidem *multi in hoc etiam facto erraverunt*, quòd Historiæ abundè testantur.

Et: Massimè considerato, che il sommo Pontefice è huomo, al quale non conviene la impeccabilità. Id est, maximè considerato, summum Pontificem, Hominem esse, cujus affectio non est ἀναμάρτητον esse, aut labi & peccare non posse.

Concludimus cum Bellarmino, de Sacramentis in genere l.2.c.23. Qui in uno articulo hæreticus est, fide simpliciter caret: imò hæreticus manifestus non est Christianus, de Ecclesia militante l.3.c.10.& de Romano Pontifice l.2. c.30.

Atqui plurimi Pontifices hæretici fuerunt. Ergò plurimi Pontifices fide simpliciter caruerunt, & non fuerunt Christiani, & per consequens, ex revelatione Brigitæ canonizatæ sunt in inferno.

Sed hac de re satis: quia verum in Papam dicere, nihil aliud est, quàm fieri perjurum, siquidem verum illud ab Episcopo (quo solenni juramento Papæ consuevit obstringi) dicitur, ut in paralipomenis Ursbergensis Pius II. adversus Dietherum Archiepiscopum immoderatissimè disceptat.

Concilium generale VIII. Can.21.p.400. Non oportet audacter sententiam dicere contra summos senioris Romæ Pontifices.

*Tantum religio potuit suadere malorũ.*

*In moribus Iesuitam esse omnem hominem*, id est mentiri, aliud ore loqui, aliud corde statuere, res est adeò manifesta, ut sancta scilicet hypocrisis Dominici, publicè defendatur: aliquando licet uti æquivocatione, scribit Toletus, & decipere audientem.

Pulchra Laverna, da mihi fallere.

Qui sic verò? anne Deus concessit & toleravit? Plato, inquit Perpinianus p.405. Prorsus ἀψευδὴς. id est, mendacii expers esse numen divinum, animo simplex & verax, tum verbis tum factis, neque ipsum mutari, neque alios fallere, neque visis objectis, neque in somnis, neque vigilanter. Hæc ille de natura divina, magnificè, ut mihi videtur, atque præclarè. Nos autem monstrum immane, totum ex fraudibus mendaciisque conflatum atque concretum, ex Deo natum esse, affirmare non pudebit?

Omnia

*Omnia enim stolidi magis admirantur amantque*
*Inversis quæ sub verbis latitantia cernunt.* Lucret. lib. 1.

ἀλοφάντης in omni re impostor est, omniaq; mentitur. Vera redit facies, dissimulata perit. *Sed vobis facile est verba & componere fraudes,*
*Hoc unū didicit Lojola semper opus.*

Qui aliud sentit, & aliud loquitur, quid aliud appellandus est quàm deceptor bilingvis, malus & propterea stultus. Qui sophisticè loquitur odibilis est, in omni re defraudabitur, Ecclesi. 37. *Lact. de ira cap.*

Δόλιοι εἰσὶ καὶ ἕτοιμοι πρὸς πάντα μεταβάλλεσθαι ἢ μετασχηματίζεσθαι. Callidi & astuti artificio quodam utuntur, inclusam perniciosam corruptelam exquisitorū verborum velamine contegunt. Non prius venenatum virus infundunt, quam simplices & innocentes sub prætextu nominis Christianis raptos atque irretitos involvant, ne soli pereant; sed participes horrendi criminis sui reos faciant. Pius. V. in Catechismo Tridentino gravissimè eos objurgat qui æquivocationibus & mendacijs student; sed fortassis peculiare à Pontificibus Jesuitæ acceperunt privilegium? Si nullum acceperunt, cur Diabolum, si acceperunt, cur non Christum imitantur? Incomparabiliter enim pulchrior est veritas Lutheranorum, quam mendacium Jesuitarum. Ex quo colligitur, inquit Augustinus, contra mendacium c. 3. p. 33. perniciosius, aut ut mitius loquar, periculosius mentiri Catholicos, *ut hæreticos capiant*, quàm mentiuntur hæretici, ut Catholicos lateant. *August. de civitate Dei l. 4. cap. 27. pag. 75.*

Sanctam scilicet *æquivocationem* Dominici (in quo Adam non peccavit M. Reinaldo) & Jesuiticam Sodales à Scævola didicerunt, qui expedire existimavit falli in religione civitates. *Agellius l. 16. c. 15.*

Theophrastus Philosophorum peritissimus refert, omnes in Paphlagonia perdices bina corda habere, & Theopompus in Bisaltia lepores bina pecora, fortassis & Jesuitæ bina corda habent, unum pro Catholicis, verum; alterum pro hæreticis, quos immeritò ita appellant, ipsi ἀμφίσημον æquivocum & falsum. In Loiolæ corpore, vena, quæ porta dicitur, Reinaldus Columbus, qui corpus ejus secuit, tres lapillos (non tria corda) reperisse se, scriptis prodidit.

Similis ergò Jesuita Cynocephalo, qui ex genere simiarum est, animal malignum, tetricum, iracundum, cujus augetur feritas & morositas Luna decrescente, minuitur eàdem crescente, serenatur autem animus, & mirè exultat, quando Luna pleno lumine collucet.

III. Tertio *Decalogi* tenemur ſabbatum ſanctificare, id eſt verbum Dei ſummo honore proſequi, Papiſtæ ignomina afficiunt. Pluris enim faciunt reipſa Traditiones ἀγράφους, quam verbum Dei αὐτόπιςον καὶ ἔγγραφον. Eſt ne Jeſuita quoque omnis homo? Omnninò. Transgreſſores Papiſticarum traditionum gravius puniuntur, quàm verbi cœleſtis. Sine autoritate Eccleſiæ, una voce clamant Papæ volones, nullam aut exiguam ſane habere Dei verbum autoritatem.

*Diſt.19.C ſi Roman.*

Martinus del Rio p.471. Pleraque fidei & ſalutis arcana ſemper judicavi ſimilia ſcytalis Laconicis, quibus nihil inerat conciſius, & ignaris myſterij ſingula verba *ſcopæ diſſoluta* videbantur.

Bellarm. ad Sacram. in genere l.1. c.26. *Clarior eſt conſuetudo, quàm ipſum verbum.*

Omnium Conciliorum veterum & omnium dogmatum firmitatem pendere ab autoritate *præſentis Eccleſiæ*, teſte Bellarmino de ſacram. in genere l.2. c.25.

Qua in re omnes Jeſuitæ judaizant. Nam in codice Juris Bava metria traditur, ſtudium Thalmudicum præſtantius eſſe ſtudio Biblico, hiſce verbis: Qui operam dant lectioni Biblicæ, virtus aliqua eſt aut potius nulla virtus: traditio verò Patrum virtus eſt, propter quam accipitur præmium. Eodem modo Jeſuitis certiores ſunt traditiones Patrum, Conciliorum, ipſis etiam S. literis; malunt diſcedere à verbo Dei, quàm à Conciliorum decretis.

Cum R. Eleaſarem ægrotantem viſitarent aliquando officij cauſa diſcipuli dixerunt; Rabi, doce nos vias vitæ, ut acquiramus in ijs vitam futuri ſeculi, quibus reſpondit, moniti eſtote honorem præbere condiſcipulis veſtris & avertite liberos veſtros à ſtudio Biblico & collocate vos inter genua ſapientũ. Ita Papa ſacrorum librorũ prohibet lectionem, interdicit laicis, ut avertant liberos à lectione Biblica, ne ſcilicet fiant hæretici.

Meminerint verò quod quondam Claudius Eſpenceus in epiſt. ad Titum c.1. ad frivolum cavillum reſponderit. Quaſi vero hæreſes ex ſcripturarum ſtudio ac non potius ex earum neglectu & ignorantia naſcantur. Imò teſte Hilario, de intelligentia hæreſis non de ſcriptura eſt.

IV. Quarto *præcepto* obedientia erga magiſtratum politicum injungitur. Obedit ne Clericus Magiſtratui politico? Hic Jeſuita eſt nullus homo: nolunt enim ſacerdotes huic ſubeſſe ſed præeſſe, in hoc valde diſſimi-

dissimiles, qui pro se, & Petro solvit staterem, duo didrachma, 40 cruciferos.

Bellarminus de Concilijs l.2.c.17. inquit: si eligatur malus Pontifex non est remedium ullum, non enim habet superiorem, à quo deponi possit: at multi viri prudentes & graves eruditione maxima Pontifices Romanos Ecclesiæ universali subijciunt teste Mariana lib. 1. cap. 8. pag. 74.

Martinus del Rio p.893. Nobis tam continua est obediendi necessitas, ut nec edere, nec bibere, nec stare, nec sedere, nec ambulare, nec loqui, nec tacere, nec vigilare, nec dormire, nec ipsum penè spiritum sine obedientia ducere concedatur.

V. Quinto, *ne occidamus* injungitur. Hoc præcepto Jesuita est omnis homo, imò ter homo. Quid enim usitatius, quàm Reges, Principes aliosque Pontificiæ religionis addictos ad cædem hortari, ad internecionem Lutheranorum exstimulare?

Gaspar Barcæus l.2. c.22. p.254. Nihil cunctandum ratus candens antequam tepesceret ferrum, cudendum judicavit.

Lib.3.c.19.p.407. Spiritus S. motus non patiuntur moras, quibus consentiendo errari omnino non potest.

Negant Jesuitę & quidem constanter, nulli subdito licere vitæ Regis aut Principis insidiari. Hanc opinionem saltem privatam *Johannis Mariana* fuisse, vociferantur. Atqui si opinio particularis duntaxat & privata fuit, cur magister provincialis Petrus de Onna in censura non significavit ne lector impingeret? Cur visitator Stephanus Hoieda, Madriti, exertè scripsit, hosce Marianæ libros prius approbatos fuisse à viris doctis & gravibus, ex eodem vestro Ordine? Si vestri Jesuitæ hoc truculentum scriptum approbarunt, utique non fuit opinio duntaxat privata, sed publica. Illud est. Hoc ergò. Deinde asserit Provincialis: Qui sic ad præscriptam in eo formam actiones & Consilia retulerint (ut *Regicidæ* Jacobus Clemens & Franciscus Ravillart, scelera & monstra, in Purgatoriũ infernale translata actiones & Consilia, proh dolor! retulerunt) næ magnum atque incredibile operę pretiũ existat. Præterea si privata tantũ Marianæ fuit opinoi, quæritur non immeritò, an eã Papa approbaverit, an reprobaverit? Sed non reprobavit, neq; per se, neq; per alios. ergò approbavit. & quidẽ per Provincialem & Visitatorem, Hispanos; sunt enim Jesuitæ oculi mentis Papæ.

*Vafram gestant sub pectore vulpẽ.*

*Sixtus. V. fuit ὀψίφοιτος.*

Papæ. Quod Papa ſtatuit, Jeſuitæ approbant, mirè hic conveniunt, λόγος ἔσω, ἐν διάθετος & λόγος ἔξω, προφορικὸς, & amicè conſpirant. Neq; veriſimile eſt Papam æquivocationibus Jeſuitas fallere, aut Jeſuitas mentem Idoli ſui non dextrè percipere.

*Si fas cædendo cœleſtia ſcandere cuique eſt,*
*Ieſvvitis cœli maxima porta patet.*

Eſto tamen, Jeſuitas Pontificis mentem in cædendis Regibus non rectè percepiſſe, facilimè tamen elabi poſſunt. Perpinianus enim in cœlū ſuum receptus, ipſos docuerat, de ejuſmodi rebus eſſe apud Pontificios contentionem, de quibus *liberum* cuiq; ſit *opinari* quod velit. Quare Regem dejicere, morte plectere, rebus exigentibus, liberum eſt opinari in Hiſpania, Provinciali & viſitatore Papæ mentem interpretantibus: amovere quacunq; ratione, ferro aut veneno perimere, non eſt liberum opinari in Germania, Gallia & Anglia. Ita Jeſuita eſt ad utrumq; paratus, τρικέφαλος, gigas: te amplus Geryo & centimanus Gyas, imò omnis homo. Homo enim eſt ab ὁμοῦ, ſimul. Quocirca omnes Jeſuitæ conſpirant, unum ſunt, unum ſentiunt, quamvis non ſemper unum & idem loquantur, neq; etiam opus eſt. Sed *mentiri* liberum eſt, ut incauti Lutherani capiantur, atq; feræ tigres nunquam poſuere furorem.

*ὃ εἷς τῶν ἁγίων λέγει: πάντες λέγουσι, ait Legatio ad Armenios.*

Hæc ipſiſſima eſt Priſcillianiſtarum hæreſis, qui propter occultandas contaminationes & turpitudines ſuas, habebant in ſuis dogmatibus & hæc verba: jura, perjura, ſecretum prodere noli. Vivunt tales ſanguiſugæ, inquit B. Auguſtinus epiſt. 68. p. 326. ut latrones, moriuntur ut circumcelliones, honorantur martyres. Omnia transformant ſeſe in miracula rerum.

*Auguſt. de Hæreſib. p. 29.*

Videte mihi Spiritum Jeſuitarum, quàm ſimilis ſit ſpiritui Jeſu? Nimirum quàm ſimilis ſilex pani, quàm ſimilis ſcorpio piſci, quàm ſimiles tenebræ luci, quàm ſimiles veſpertilio luſciniæ, quàm ſimilis vipera turturi vel columbæ.

Sleidanus lib. 6. ad annum Chriſti 1527. Cæſaris Legatus *Haunartus*, qui tunc per Germaniam ierat, dicebat apertè, *non eſſe fidem ſervandam hæreticis*, Conſtantienſis, opinor, Concilii veſtigia ſecutus, ut quidem in ſcripto quodam Saxoniæ Dux poſtea commemorabat.

Noti ſunt verſus, quos transfuga quidam recoxit anno 1562. in Comitiis Francofurtenſibus, & laudatiſſimum Imperatorem *Ferdinandum I.* ad Lutheranos delendos & extirpandos exſtimulavit.

Præ-

*Promissis standum, te, Cæsar, factio turpis*
*Deq; gradu turbat, Pontificemq;* pium.
*Efficit ut vatum crescat, vivatq; regendo,*
*Papa cupit medicas nunc adhibere manus.*
*Principibus feudum consumas, stemq; gregemq;*
*Evacues loculos urbibus, arte pia.*
*Bella volunt, sumtusq; negant conferre malorum*
*Turcarum in cædem pestiferæq; luis.*
*Non servanda fides, si vel promiseris olim*
*Hæreticis*, Cæsar, *Marte perire volunt.*

Ego unicum tantùm distichon, *τῷ καιρῷ δουλεύων*, tempori inservi-endo apponam.

*Num cuncta hæc miseris veniunt, autore Suita,*
*Æquivoco infantes nomine tollit?* ita.

VI. *Præcepto* adulterium, omnisq; carnis immundicies prohibe-tur, ut quivis vas suum possideat cum sanctificatione & honore, non cum affectu concupiscentiæ, quemadmodum gentes.

Hic Jesuita est ne omnis homo? Monachi olim voverunt in mensa obedientiam, in balneis paupertatem, in altari castitatem, & Clerici quõ-dam distincti fuerunt, ut quidam fuerint casti & cauti simul (quorum nu-merus perexiguus fuit) alii cauti quidem, sed non casti: denique quidam neq; cauti, neq; casti. De singulis libet pauca delibare.

Fremat impietas, ringatur malitia, rumpatur invidia Antidico-marianitarum.

*Qui neq; cauti neq; casti fuerunt* illi in continuis vixerunt scorta-tionibus & adulterijs, de quibus Præceptorium Domini Gottschalci Holleri, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in explicatione sexti Præ-cepti ita differit. Sacerdotes habent equos pingues ac faleratos ad equi-tandum. Habent mulieres juvenculas ad luxuriandum, & si non sufficit eis una, omni nocte unam recentem habent, mediatrices suas. Habent Vicarios suos in beneficiis eorum, & si nolunt visitare chorum in propria persona, habent vicarios suos, in omnibus habent vicarios, dempto in u-no, quia non habent vicarios in tormentis infernalibus. Audivi de quo-dam ditissimo Prælato Hildensheimensis Ecclesiæ, qui jacuit in agone & circumsteterunt eum plures sui vicarii, qui dixit ei: vos vicarii mei fui-stis: jam uni vestrum vellem dare decem millia florenorum, si ab quis

vellet pro me ire ad Diabolum & esse apud illum vicarius meus. Sed talem vicarium habere non potuit. Ergo desperatus dixit: veniat Diabolus, quicunque vult, & portet me secum in regnum suum, & mox jugulatus est. Hactenus Gottschalcus.

Heu quam nimis est verum, ait Martinus del Rio p. 602. Verum vetus illud, bonis Ecclesiasticis nihil esse melius, malis nihil improbius! Dulcissimum vinum, cum degenerat, fit acerbissimum acetum.

*Maria Dт-re...bacensis c. ep. 16. p. 38. n verbū Gal-l. icum cu-s ...*

Arrigite aures Pamphili. Cum Presbyteris, habentibus plures concubinas, Episcopus potest dispensare, ut suum officium exequantur.

*NB.* Plures concubinas habens, non incurrit irregularitatem. Extra. de bigamis. Quia circa, in glossa.

Hoc pacto Jesuita cupit nullus homo videri Conjugium enim Lutheri, Sacerdotum & Episcoporum (quod tamen neque à [illegible] hristo neque ab Apostolo Paulo interdictum, quia à dæmone introductus & fictus cœlibatus 1. Tim. 4.) Jesuita Martinus del Rio vocat innuptias nuptias, incestam castimoniam & merum sacrilegium. Hinc fit ut à Jesuita non modò Clerici in conjugio viventes pro cautis aut castis habeantur, sed

*NB.*

etiam S. Brigita de Matrimonio in genere dicat l. 1. c. 26. *Cum conjuges veniunt ad lectum, tunc statim discedit ab eis Spiritus meus,* & appropinquat Spiritus immundus.

Johannes 12. (cujus petulcam libidinem annotavit Luitprandus Ticinensis l. 6. c. 6. & 7.) vixit intemperantissimus, ac greges concubinarum aluit. Ea propter neque castus, neque cautus fuit. Et quia Jesuita adeo injuriosus est in matrimonium D. Lutheri, jubet ex eo quærere: anne cœlibatus sit de essentia sacerdotij, an verò illius tantum accidens, & quidem separabile?

Si prius asseret, totam S. Scripturam V. T. in qua [illegible] sacerdotes erant conjugati; totam antiquitatis memoriam mendacij arguit, [illegible] plerique Apostolorum in matrimonio vixerint, & Episcopi Græc[illegible] non pauci mariti fuerint? Quid? Quod Cœlestinus III. Const[illegible] Monacham, Rege Rogerio natam, *occultè* Monasterio Panormit[illegible] eduxit, & Henrico VI. dispensatione Apostolica in matrimonium collocavit? Quapropter cælibatus sacerdotij tantùm est accidens idque separabile. Si enim de essentia fuisset, Papa hac in re despensare, Deique verbum tollere non potuisset. Cum neque D. Petrus uspiam hujusce modi dispensationem admisisse legatur. Aut si Papa absolutam planè dispensandi

*Carranza pag. 419. b. Albertinus Quæst. 23. §. 40. fol. 72.*

habet

habet autoritatem, cur occultè Constantiam Monialem Monasterio eduxit, cur non apertè?

Ita refert Genebrardus in Chronologia p 154. Bizetislaum Bohemiæ XVIII. Ducem, ex matrimonio cum Jutha, Othonis Rufi filiam ex Ratisbonensi Monasterio an. 1030. *raptam* in uxorem duxisse, eas nuptias confirmante postea Imperatore.

*Silvius Hist. Bohe. cap. 19.*

*NB.* Papæ dispensationis nulla fit mentio.

Bellarminus de Monachis l. 2. c. 30. Virgines, quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt, quàm incestæ.

Quòd si D. Lutherus nobilissimam Catharinam à Born puram suam castam non tam dispensatione Dei & Apostolica D. Pauli, quàm Pontificia & Papali, in uxorem duxisset, nulla ea de re mota unquam fuisset controversia.

Ex quo luce meridiana clarius apparet, in hujusmodi dispensationibus magis Papæ, quàm Deo parere. Fuerunt itaque Henricus VI. Remigius Monachus & sacerdos (qui accepit uxorem, ex qua suscepit filiam Petronillam, quæ postea in regno Aragonum) Lutherus Monachus & sacerdos, cauti & casti, quod apertè Juris consulti testantur, Johan. Andr. in C. semel de reg juris l. 6. in mercurialibus, Petrus de Ancha. in Con. 240. Col. 2 incipienti parum dubitationis. Baldus in lib. si tibi filius ff. de adoptio. Joannes de Imo. in cl. 1. col. fi. versi. sed quærit de Consang. & affi. Inno. & Abbas cap. cum ad Monasterium col. fi. de statu Monacho. Petrus de Ancha. in repet. cap. 1. col. 5. versiculo, ulterius quæro, de Constitution. latè scribit. Jaso in lib. si C. de transactio.

Albertus Augustinus Episcopus Viennensis *Ioannam Vlrici Comitis* von Fürt *filiam* duxit in uxorem. Bruschius in Patavia lib. 2. pag. 226. & 227.

Qui per se verò neque cauti neque casti sunt, hi dispensatione papali cauti & casti fieri possunt.

Imò Cæsarius dist. 2. cap. 24. aliam viam Clericis ostendit. In civitate quadam Angliæ, puella quædam habitavit Judæi cujusdam filia & secundum genus suum satis speciosa, hanc juvenis quidam Clericus, Episcopi ejusdem civitatis cognatus & Ecclesiæ majoris Canonicus, ut vidit, concupivit, & verbis amatorijs ad consensum suæ libidinis cum multo labore inclinavit. Ad ejus amplexus dum aspiraret, & nimijs incendijs æstuans quoditie ad commixtionē sollicitaret, respondit illa: Patri meo multum sum dilecta, quia tantum custodit me, ut neq; ego ad te,

neq; tu possis venire ad me, nisi in nocte sextæ feriæ quæ Pascha vestrū præcedit. Tunc enim Judæi laborare dicuntur quadam infirmitate, quæ fluxus sanguinis dicitur: circa quam occupati alijs tunc minus intendere possunt. Juvenis hæc audiens, & ob amoris nimietatem penè ratione carens, oblitus Christianæ religionis, immemor Dominicæ passionis, nocte eadem ad virginem venit, usq; ad matutinam cum illa dormivit. Judæus verò pater puellæ ante lucem cum lumine cubiculum intrans, venit ad lectum filiæ, volens videre, quomodo jaceret, vel si fortè operiri necesse haberet: vidensq; ad latus ejus jam dictum juvenem cubantem; expavit & [illegible]remuit, utrumq; occidere cogitans: cognoscens tamen, quòd esset cognatus Episcopi timore illius manum cohibuit, & cum multa ira exclamavit. Quid facis hîc, O male Christiane! Ubi est fides tua? Ubi est religio tua? Traditus es justo Dei judicio in manus meas. Si non timerem Dominum meum Episcopum, modo occiderem te. Ille timens & [illegible] portans cum maxima confusione ejectus est: die eadem cum Episcopus solenne officium ad nonam esset celebraturus, Juvenis idem, utpote hebdomadarius Epistolam lecturus, timuit cum tam immunda conscientia ad sacrum mysterium accedere, & timuit propter notam alteri vicem, die tali committere, timuit tam turpe peccatum tam recenter per confessionem alicui aperire. Et cum victus erubescentia sacris vestibus indutus coram Episcopo staret in loco suo, prædictus Judæus, multitudine Judæorum stipatus, cum magno strepitu intravit Ecclesiam, Episcopo de cognato suo facere volens querimoniam. Quem ut juvenis vidit & benè intelligeret, ad quid venisset, cæpit timere, pallere, tremere & dicere Deo in corde suo: Domine Deus libera me in hac hora; ego tibi promitto, quod de cætero te non offendam; imò de hoc peccato tibi satisfaciam. Creator piissimus, qui odit culpam, & diligit naturam, mox ut hominem contritum vidit, & confusionem, quam timuit, in caput infidelium convertit. Mirante Episcopo quem quærerent Judæi in Ecclesia, maximè tali die, quando Christiani repræsentant Domini sui passionem, annuit ut starent. Illis amplius se ejus præsentiæ ingerentibus, statim ut ora ad Clerici accusationem aperuerunt, privati suis vocibus, omnes obmutuerunt. Videns Episcopus Judæorum contra se hiantia ora & nulla verba ex eis resonantia, putans, quòd ad hoc venissent, ut divinis mysteriis illuderent, cum indignatione omnes de atrio Ecclesiæ expelli fecit & præcepit. Clericus verò divinam in se experper-

pertus clementiam, statim completo officio accessit ad Pontificem, confessus est culpam, suscepit pœnitentiam. Episcopus Dei misericordiam admirans & glorificans, tum pro magnitudine miraculi, tum pro pœnitentia cogitanti, idem suasit ac persuasit, ut puellam à se defloratam, per baptismi gratiam renovatam, legitimè duceret, malens illum sicut vir pius & justus Ecclesiasticis carere beneficiis, quà illam multis expositam periculis in paternis manere delictis. Clericus non ingratus divini beneficii satisfacere cupiens Deo pro peccato commisso, conversus est postea in ordine nostro, similiter & ejus instinctu puella. Hæc mihi sæpius recitavit quidam religiosus Abbas Ordinis nostri. Ecce vides, quam bona operata sit in hoc homine contritio, lapsum erexit, Judæos elingues fecit, puellam infidelem ad fidem provexit.

Martinus del Rio pag. 584. Licet peccatores Christiani, Catholici tamen sumus, & Deo laus, avitam canamq; fidem semper tenuimus, tenemus, tenebimusque cum Deo.

## De nativitate Mariæ. p. 551. b.

EIn Abbtissin spricht die Lombardische Historia / legt allen ihren Fleiß dar an / wie sie deß Ordens-Zucht möchte gehaben. Doch verhengt Gott vber sie / daß sie eines Kinds schwanger ward: dennoch wolt sie von ihrer Gewonheit nit ablassen: vnd hielt ihr gute Samlung in geistlicher Ordnung vnd Zucht mit grossem Ernst vnd versaget ihn vnzimlichen Vrlaub. Darumb waren ihr die Frawen feynd / vnd da sie innen wurden / daß sie ein Kind trug / da wurden sie fro / daß sie ihr etwas schandliches auffzuheben hatten / vnd embotten es dem Bischoff. Da die Abtissin das innen ward / da gieng sie alsbald in die Capellen mit grossem Hertzenleid / vnd betet mit grosser Andacht vnd fiel nieder auff die Erden / vnd bat vnser liebe Frawen / daß sie ihr in ihrer Noth hülffe / vnd entschlieff in dem Leid. Da erschein ihr vnser lieben Fraw mit zweien Engeln / vnd sprach gütlich zu ihr: Ich hab dein Gebet erhöret / vnd hab dir von meinem Kind erworben alles das du begehrt hast / vnnd sprach zu den Engeln / daß sie die Abbtissin erledigten von dem Kind / das thäten sie. Darnach sprach vnser liebe Fraw zu den Engeln / daß sie die das Kind einem Einsidel brächten / der sol es 7. Jahr durch ihren Willen [illegible] das geschach also. Da nun die Abtissin erwacht / da empfand sie wol / daß sie von dem Kind erlediget was / da wurd sie gar auß der massen fro / vnd dancket vnserm HErren mit Andacht

vnd vnser lieben Frawen/seiner würdigen Mutter. Dieweil kam der Bischoff in das Kloster/als jhm die Frawen entbotten hatten / vnd er hielt ein Capitel vnd straffet die Abbtissin gar sehr/vnd trib sie auß dem Capitel/vnd sendet da 2. Pfaffen zu jhr / daß sie erfuhren ob dem also were. Da funden sie solches Ding mit jhr/das sagten sie dem Bischoff/das wolte er nit glauben/vnd gieng selber zu jhr vnd fand die Warheit. Da fiel er jhr zu Füssen/vnd bat sie durch Gott / daß sie jhm vergäb/deß er sie gestraffet hatte/vnd straffet alle die Frawen / die das von jhr gesagt hatten. Da die Abbtissin das sahe/da ward jhr gar leid/vnd fiel für den Bischoff/vnd beichtet alle jhre Sünd / vnd sagt jhm dann/ wie vnser liebe Fraw geholffen hette/das nahm der Bischoff groß Wunder/vnd sandte 2. Pfaffen zu dem Einsidel/daß sie jhn fragten von dem Kind/das jhm die Engel von vnser lieben Frawen bracht hetten. Da sagt der Einsidel die Warheit recht/als die Abbtissin. Da nam der Bischoff das Kind in seinen Hof/vnd ließ zur Schulen gehn / vnd zog es mit Fleiß auff geistliche Zucht/vnd nach deß Bischoffs Todt/ward er erwehlt zum Bischoff an seine statt daselbst.

Abbatissa hæc in se neque casta neque cauta fuit, facta tamen est miraculosa B. Virginis cura, & Angelorum obstetricantium munere, & *casta & cauta*, & castum successorem Episcopus castus reliquit.

## Histor. Lombard. de Nativitate Mariæ pag. 150.

EJnsmals was eine schöne Nunn in einem Kloster / die hieß Beatrix/und was Cüsterin / die gewan groß Anfechtung von Vnkeuschheit. Da gieng sie an einer Nacht zu unser lieben Frawen Altar/dann sie hett unser liebe Fraw gar lieb/und hett jhr offt gedient/ und sprach/mein allerliebste Fraw Maria/ich hab dir offt gedienet/so ich allerbast kont und mocht. Nun nimm hin die Schlüssel/dann ich mag das Leiden nicht länger gehaben/und leget die Schlüssel auff den Altar / und gieng hin mit einem bösen Mann : Da der seinen Willen mit jhr vollbracht hatte / da schlug er sie von jhm / da fiel sie in Verzweiflung / und erwag sich aller Ehren/ und gieng in das gemein Hauß / vnnd was fünffzehen Jahr darinnen.

nen. Darnach gewan sie groß Rew über jhre Sünd/und kam zu dem Kloster an die Pforten/ darinnen sie Cüsterin gewesen war/ und sprach zu der Pförtnerin/hastu nit ein Fraw zekant die hieß Beatrix und was etwan Cüsterin in dem Kloster? Da sprach sie/ ja / ich kenne sie gar wol/ dann sie ist gar ein fromme Fraw und sie ist gar andächtig und sie hat sich allweg wol gehalten. Da sie das hört/ da wolt sie wider hin fern gangen. Da kam unser liebe Fraw zu jhr/ und sprach: Kehre wider und geh in dein Kloster und büß deine Sünd/ und wiß/ daß ich die fünffzehen Jahr Cüsterin bin gewesen/ für dich/ und niemands weiß/ daß du aussen bist gewesen. Da gieng sie wider in jhr Kloster und büsset jhre Sünd/ und sagt den Frawen alles das jhr widerfahren war.

Neque hæc monialis casta aut cauta fuit; cauta tamen Mariæ officio facta est.

## De S. Mariæ potestate.

MArtinus del Rio in opere Mariano pag. 928. Immensa liberalitas est Deiparæ in totum genus humanum.

P. 981. Maria Medica & alexicata.

P. 1155. Cui auxilium ritè postulanti Maria defuit? quem fidentem salutis vel opis indigum destituit?

P. 1083. Mater munditiæ & sanctitatis ex lege non abnuit purgari? Nos putidæ scelerum sentinæ, sordium plenæ cloacæ, immunda Augiæ stabula everri & mundari recusamus?

P. 1104. Male tuta castitas, quam non munit humilitas.

P. 932. *Maria vult* prodesse, quantum *potest*, *& potest*, quantum egemus.

P. 933. O florum florem! Quid odore tuo suavius, quid suavitate tua candidius? Quid tuo candore formosius? Quid formositate tua salubrius? Quid salute tua parabilius?

P. 842. Quid illam (*Mariam*) *posse* putatis: Immò quid illam putatis *non posse*? Ut mater Filio posset imperare: sed mavult ut Sponsa dilectissima, ut soror charissima, ut filia dulcissima *quidvis impetrare*.

P. 935. Vocat Mariam veram & germanam *Panaceam*, divino munere datam hominibus, omnium morborum animi medicinam.

Pag.974. Quicquid ex bono affectu promitur, id Maria satis esse ducit.

P.8[illegible]5. Maria est quasi stella, cœlitus huic pelago vitæ prælucens, & naufragia prohibens.

Pag.863. Maria est vita viventium, quos arcet à morte, & mors mortuorum, quos *ab orco ad vitam reducit*.

*2. Cauti, sed non casti.*

Sequitur alterum genus sacerdotum, qui cauti quidem fuerunt, sed non casti, & hoc Jus Papale à tanto non à toto excusare videtur. Pro simplici enim fornicatione Clericum deponi non debere, quia pauci sine illo vitio inveniantur: item fornicationis causa neminem hodie deponendum esse, quia *corpora hodie sunt fragiliora*. Et, si Clericus amplectatur mulierem, (Laicus) interpretabitur, quòd causa benedicendi eam faciat 11. quæst. 11. absit, in glossa.

*Dist. 81. Maximianus in gl[illegible]sa. Extra. de consang. & affin. Non debet Abb.*

Hoc quondam melius quàm Jesuitæ, perpendens *Norbertus*, autor Ordinis Præmonstratensis, habuit peculiare, ut, ubi esset Monachorum Collegium, ibi puellarum etiam non tantum non procul abesset, sed contigua etiam esset habitatio. Ne deesset Monachis costa quam ademptam primo humani generis parenti, & postea cum multo lucro redditam eidem sciebant.

*Dist. 82. Presbyter. ingressus. Bruschius de Monast. Germaniæ p.55.b. In golstad. 1551 cum diplomate Ferdinandi Regis.*

Ad classem hanc meritò *S. Clara* refertur, de qua Antoninus Tit. 24. c.6. §.3. Cum semel Papa Gregorius IX prohibuisset, ne aliquis frater ad monasterium Dominarum sine licentia pergeret, dolens pia mater cibum sanæ doctrinæ rarius habituras sorores, cum gemitu dixit: Omnes de cætero nobis auferat fratres, postquam vitalis nutrimenti nobis abstulit presbyteros.

Verum enim verò dispensationes Episcopales & Papales, pœna simpliciter non caruerunt, quum in hoc mundo simplicem sacerdotis concubinam ardere in fornace Dialogus miraculorum *Cæsarij Cisterciensis Monachi* in valle S. Petri, quam vulgò Heisterbach verbis hisce refert. Sacerdos quidam, sicut mihi retulit quidam vir religiosus, cum die quadam multis præsentibus sermonem haberet de peccatis & de pœnis Gehennæ, mulier quædam verba ejus interrumpens, eò quod territa esset & compuncta, sic ait: O Domine quid fiet *de concubinis Sacerdotum*? Ille sciens fœminam valde simplicis esse naturæ, in joco respondit: nequaquam poterunt salvari, nisi clibanum ardentem ingrediantur. Erat autem ipsa sacerdotis concubina. Quæ verba sacerdotis non

*Dist. 6. c. 35*

in

in joco, sed in multo suscipiēs seriò, dum die quadam clibanus coquendis panibus succenderetur, & ipsa adesset casu, omnibus egressis ostium clausit, & ut flammas evaderet æternas, seipsam in caminū ardentem præcipitans flammis excepta, Spiritum exhalavit. In ipsa hora, qui circa domum fuerant, contemplati sunt Columbam candidissimam de ore fornacis exire cum multa claritate, cœli secreta penetrare. Stupefacti autem de visione effractis foribus ingressi sunt, & fœminam semiustam, attamen extinctam extrahentes ad verbum prædicti sacerdotis tanquam proprii corporis interfectricem, in campo sepelierunt. Ut autem Deus ostenderet mortem tam simpliciter illatam non fuisse ex malitia, sed ex obedientia, noctibus candelis ardentibus videntibus multis tumulum ejus illustravit. *Novitius*. Non me scandalisat hoc factum, quod legitur in vitis Patrum, quendam Abbatem cuidam volenti converti, ut *fornacem intraret*, præcepisse. Obedivit ille, & reputatum est ei ad justitiam. Hoc etiam scire delectat quid *Columba* de fornace significet? *Monachus*. Animam simplicis fœminæ. Nam in specie ejusdem aviculæ S. Benedictus, sicut in vita ejus legitur, animam sororis suæ Scholasticæ vidit cœlos penetrare.

*Si Iesuita ingrederētur fornacē haud dubiè illis etiam reputaretur ad Iustitiam.*

Quanquam verò magna fuerit imposita pœna, ab æterna tamen damnatione Virgo Maria Papalis (non θεοτόκος castissima) conservavit, quæ in primis Clericis favit, & Monachos ebrios sæpè in lectum deduxit, osculata est, & omnia humanitatis officia exhibuit.

*Cæsarius Cistertiensis dist. 7. c. 33.*

Memorabilem ea de re habemus historiam in Mariali (quod Sixtus IV. Papa examinavit, approbavit & confirmavit) de conceptione Mariæ fol. 89. lectione 4. In pago Gallico Canonicus erat quidam sacerdos, B. Virginis horas nocturnas non parvo mentis affectu solitus decantare. Hic autem in villa quadam cum alterius uxore fornicario miscebatur amplexu. Cum igitur sacrilega satiatus libidine semel in medio noctis silentio ad oppidum, in quo morabatur, redire festinaret, pelagus quoddam transmeare cupiens, solus navem ingressus, Dominicæ Matris horas navigando canere cœpit. Cumque Invitatorium, Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum diceret: etiam usque ad medium fluminis pertransiret: Ecce Dæmonum turba illum cum navicula in pelagi profundum præcipitem dedit, ejusque sicut promeruerat, animam rapuit ad tormenta. Tertio autem die ad locum in quo maligni spiritus variis illum cruciabant tormentis, beata Dei genitrix Maria, innumeris san-

*Cantus fuit, sed non castus.*

ctorum vallata fulgoribus accessit, estque talibus iniquos Dæmones conviciis allocuta. Ut quid mihi famulantis animam injustè affligitis? Et Dæmones: nos, inquiunt, illam habere debemus, quia nostris in operibus occupatam deprehendimus. Si illius, inquit virgo pia, esse debet, cujus opera peragebat, mea profectò esse cognoscitur, cum matutinas meas, dum vos cum peremistis, decantabat: unde magni estis rei criminis, quia erga me iniquè egistis. His itaque dictis, Dæmonibus huc illucque fugientibus, sanctissima Virgo animam illius ad corpus detulit, hominem ab utroque funere suscitatum arripiens de profundo pelagi ad portum incolumem adduxit. At ipse gaudio & exultatione perfusus, ad ejus pedes illicò prostratus: Charissima, inquit, Domina mea, & Virgo gratissima, quid tibi retribuam propter tanta quæ mihi beneficia contulisti? Precor te, ait Dei genitrix Maria, ne amplius in adulteria corruas fœditate, festumque immaculatæ Conceptionis meæ fidelibus populis annuncians, annuatim solenniter celebrare procures. Hæc postquam beatissima Virgo locuta est, ad æthereas polorum sedes, angelis comitata perrexit. Canonicus autem ille *Eremiticam* ac cœlibem vitam ducens, quod sibi acciderat, cunctis audire cupientibus enarravit, totoque vitæ suæ tempore intemeratum Virginis conceptum specialibus non destitit celebrare solenniis. Hactenus Mariale.

*Lectio V.*

Ex quo colligimus eos, qui cauti quidem sunt, sed non casti, intercessione B. Virginis castos fieri posse.

*3. Casti & cauti simul.*

In tertia classe sacerdotes sunt casti & cauti simul, quorum exiguus admodum est numerus. Nam Salvator noster inquit Matth. 19. quosdam seipsos castrasse propter regnum cœlorum, & paucos verbum hoc capere. Hujus classis Jesuita cupit esse omnis homo.

Bernhardus Bauhusius trium religionis votorum hanc instituit nuncupationem in Epigram. p. 18.

*DUm rutilus Phaethon, argentea Cynthia, saltus*
*Refficient cœli per sola picta suos:*
*Mœnia dum super um flammis tingentur & auro,*
*Et Stygij Regis stabit opaca domus:*
*Stabit ceu Sipyli cautes immota mihi mens,*
*Quamq; Deo dedero dextera, marmor erit.*

*Et nunc qua vivo, vos immortalia adamante*
*Scribite cœlicolæ. Scribitis? incipio.*
Pauper ero, *dum vivus ero. Cre[illegible] facesse*
*Ambitio & fulvi sordida cura luti.*
Castus ero, *dum vivus ero. Procul est. Suburra*
*Uxores [illegible]. Thaides este procul.*
Non *mihi vertigo hæc, ut sim bellator amoris,*
*Demens Italia militet alter herus.*
*Denique jam libertatis mea dulcia jura*
*Trado tibi, ô charum nolo, voloq́, vale.*
Nolo vale, volo dulce vale, *tonitrualia summi*
*Testor templa poli, fulmineamq́ domum.*
*Dum tonitru, dum fulmen erit, dum fulminis auctor*
Nec *mea vos eritis, non ego vester ero.*
*Et nunc, ô summum, mea sceptra & regna valete,*
*Æternum, æternum,* nolo voloque vale.
*Omnia persolvi: jam nil tibi, dulcis Iesu,*
*Debeo; nil debet, qui dare plura nequit.*

Causa hujus castitatis non immeritò quæritur: Julius Cæsar Scaliger, homo natus in miraculum & gloriam nostri ævi *de Siliqua*, ita scribit. Illud scio, non solùm fossores, ablaqueatores, pastinatores nostros, & jusculis & pulmentis ejus sapore acribus mirificè delectari, sed etiam sanctissimos patres *Franciscanos*, non solùm in hortis alere ad spectaculum, sed etiam in culinas atque mensas transferre, ut ejus refrigerationibus extincta proritatione castiores evadant. Verum siliqua causa aliqua esse potest, vera & totalis esse non potest, cum vera continentiæ causa non in cujusvis horto nascatur, sed donum Dei sit.

*Exerc. 141. sect. 7. p. 484. Vide historiam plantarum L. F[illegible] hsii p. 695 in siliquastro à Dioscoride.*

Gaspar Barcæus lib. 2. cap. 25. pag 272. Omne libidinis genus cum ea puritate, flagellationibus, ciliciis, jejuniis, cum quibus illa consistere non potest, convertit.

Lib. 3. c. 19. p. 414. Crucis quidem labores non tanti sunt, ut pinguntur.

Martinus del Rio p. 1154. Deus olivam nostram spiritualem nobis reliquit, quæ *penitus* profligare solet ex animis cupiditates illas perniciosas & insatiabiles, &c.

Si me *Auditores*, benevolo animo, uti cæpistis, audire volueritis, veram Continentiæ causam vobis aperiam, non quidem Physicam, sed Metaphysicam, dicam vobis ingens miraculum, neque meis sed alterius verbis efferam, de *S. Sereno*, Abbate refert Cass. in coll. pat. Coll. Abba. Sereni prima (*Fr. Iohannis Nider Suevi, Ordinis Prædicat. S. Theolog. Professoris, & Hæreticæ pestis Inquisitoris in Formicario q.* 744.) Hic, inquit, pro interna cordis atque animæ castitate nocturnis diurnisq; precibus, jejuniis quoque ac vigiliis infatigabiliter insistens, cunctos æstus concupiscentiæ tandem per divinam gratiam in se extinxisse percepit.

Deinde majori zelo castitatis succensus, privatis usus remediis, à Deo petiit, ut interioris hominis castitas in corpus redundaret Dei dono: postremò autem adveniēs ad eum *Angelus* in visione nocturna, ejusq; velut aperiens uterum *quandam ignitam carnis strumam de ejus visceribus evellens* ac rejiciens, suisque omnia, ut fuerant, locis intestina restituens: Ecce, inquit, incentiva carnis tuæ abscissa sunt, & obtinuisse te noveris hodierna die propè tuam corporis puritatem, juxta votum, quo id poposcisti, ut ne ipse quidem naturali motu, qui etiam in parvulis atque lactantibus excitatur, ulterius pulseris.

Sicut de B. Equitio Abbate dicit B. Gregorius primo libro Dialogorum c. 4. Hunc, inquit, cum Juventutis suæ tempore acri certamine carnis incentiva fatigarent, ipsæ suæ tentationis angustiæ ad orationis studium solertiorem fecerunt.

*Angelus eunuchat Equitium Abbatem.*

Cumque hac in re ab omnipotente Deo remedium continuis precibus quæreret, nocte quadam, *assistente angelo eunuchari se vidit*, ejusq; visioni apparuit, quod omnem motum ex genitalibus membris ejus absciderit, atque ex eo tempore ita fuit alienus à tentatione, ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex Dei omnipotentis auxilio, ut viris ante præerat, ita cepit postmodum etiam fœminis præesse.

Ita in vitis Patrum illorum, quos S. Heraclides, Vir religiosissimus collegit, in libro suo, quem Paradisum nominat, meminit cujusdam sancti Patris & Monachi, quem Heliam vocat, hic misericordia motus, trecentas fœminas in Monasterium collegit, & regere cepit. Transacto autē bieñio, jam triginta quinq; annos circiter habens vitę, tentatus à carne, in eremū fugit, ubi biduo jejunus orans, ad Deū ait: Domine Deus, aut occide me, aut libera me ab hac tentatione. Vesperi igitur somnus ei irrepsit, tres angelos

angelos ibi ad se venientes vidit, quibus quærentibus, *cur à Monasterio Virginum fugisset?* nec ille præ verecundia respondere auderet, dixerunt Angeli: si liberaberis, num redibis curam fœminarum gerendo? Respondit ille: quàm libens. Tunc illi juramentum ab Helia recipientes, quod exegerant, *eum eunucharunt.* Nàm unus manus, alter pedes, tertius novaculam testes ejus visus est abscindere: non quòd ita verè esset, sed quia ita esse videbatur, quærentibusq; anne remedium sentiret? Respondit ille: se plurimum exoneratum. Unde quinta die ad lugentes fœminas rediit, & per 40 annos, quibus supervixit, nec pristinæ tentationis deinceps scintillam sensit.

Hactenus Fr. Nider Ordinis Prædicatorum.

Qui de veritate horum *miraculorum* dubitat, is est hæreticus, sic enim Bellarminus in Apologia ad Regem Angliæ cap.9.p.191. *Miracula,* inquit, quæ fiunt in Ecclesia Catholica non esse prodigiosa mendacia, pro comperto habemus, ex eo, quòd ejusdem sunt generis cum ijs, quæ faciebant Prophetæ & Apostoli, & ipse Christus Dominus. Neq; miracula Ecclesiæ adversantur ullo modo nostræ doctrinæ, sed eam mirificè confirmant.

Quia ergò olim Angeli S. Equitium Abbatem & Heliam Monachum ad obtinendam perfectam castitatem eunucharunt, φαινομένως tantum, non ὄντως, an pari ratione Jesuita sit omnis homo, castus & cautus? vobis deliberandum relinquo. Ex quo licet odorari, angelorum beneficio Abbates & Monachos castos & cautos fieri posse.

Quartæ classis Sacerdotes sunt qui casti quidē sunt, sed non cauti, ad quam Cæsarius refert 71.cap.51. S. Mariam in Hispania Monachi collum brachiis suis strinxisse, & osculum dedisse ante mortem, & dist.8.c.88.

4. *Casti sed non cauti.*

Extat etiam miraculum in aurea Legenda seu Lombardica Historia (scripta à Jacobo de Voragine, homine ferrei oris, plumbei cordis dicente, Vive de causis corrup.art.l.2. p 871.) quod bona fide in gratiam Sodalitatis Virginis describam, *ex Historia Lombardica* p 96.b. Einsmals was S. Dominicus auff dem Schlaf Hauß vor Metten/ da sahe er gar schöne vnd H. Frawen drey/ vnd sonderlichen die Mittel was gar schön/ da gedacht er ihm/ es ist vnser liebe Fraw vnd kniet für sie nieder/ vnd sprach/ liebe Fraw/ ich bitte dich/ daß du mir sagest/ wie du heissest/ vnd wer du seyest? Da sprach sie/ ich bin Maria/ Gottes Mutter/ vnd

bin von meinem Sohn deinem Orden zu einer Beſchirmerin gegeben worden/davon biß fro. Da ward S. Dominicus gar fro. Da fraget er aber vnſer liebe Fraw/ wer die zwey Jungfrawen waren/ da ſprach ſie/die ein iſt Cecilia/die ander iſt die heilige S. Catharina. Darnach gieng vnſer liebe Fraw uber alle zu der Bruder Bett/ vnd ſprenget ſie/ vnd trug ihr ein Jungfraw das Weyhwaſſer/ vnd ſie gieng fur einen/ den ſprenget ſie nicht/ da fraget ſie S. Dominicus, warumb ſie den Bruder nicht beſprenget het? Da ſprach vnſer liebe Fraw/ da ligt er nicht geiſtlich/ denn er hat kein Nachtgürtel vmb/ vnd damit verſchwand vnſer liebe Fraw.

Verùm talium caſtitatem pluribus confirmare aut turpitudinem potius revelare, non video operæ precium, & ſubvereor, ne objiciatur illud philoſophi in 3. de partibus animalium c.3. εὔηθες τὸ τοὺς εὐήθεις τῶν λόγων λίαν ἐξετάζειν: Stultas opiniones admodum ſcrutari, ſtultum eſt.

Hinc facilè cuivis miracula concedenti, apparet, etiamſi Jeſuita ſit omnis homo, & humani interdum aliquid patiatur, atque caſtitatis naufragium faciat, habere tamen illum primò diſpenſationem Apoſtolicam, quæ omnes nævos obliterat, fieri caſtum denuò interceſſione Virginis, miniſterio Angelorum & herbarum conſecratarum, quæ omnem planè concupiſcentiam ita eradicant & extinguunt, ut ne quidem veſtigia ulla conſpiciantur.

*Bruſchius in 1. centuria Monaſteriorum p.161.*

Coronidis loco placet adjungere exemplum *VVendelgardis* (quæ caſta quidem fuit, ſed non cauta) cum audiſſet abductum eſſe in Pannonias maritum ſuum Ulricum, Comitem Buchornenſem, nec eſſe liberationis ullam amplius ſpem, mundanis rebus omnibus valedixit, & Monialis facta Sangalli, incluſa S. Wibradæ Cœnobiolo Salomonis Epiſcopi Conſtantienſis, ipſo anno Domini 916. in quo religioſiſſimè vivens, Deoq; cum precibus, tum jejunio fideliter ſerviens, ſingulis annis in memoriam & honorem mariti (quem vita jam functum eſſe arbitrabatur) manibus ipſius Buchorni parentare ſolebat. Cùm verò 919. iterum conſentiente Epiſcopo è Sangallo Buchornam veniſſet, parentandi mariti manibus & eleemoſynas pauperibus elargiendo, accidit ut Ulricus Comes ex Pannonica captivitate liber eodem die (quo ſolennes ei exequiæ celebrarentur, & ab omni parte mendici ac pauperes, catervatim & certatim concurrerent, accepturi ſtipem à Wendelgarde) lacero etiam habitu (pauperis mendici inſtar) Buchornam rediret.

rediret. Accedentibus autem ad D. Wendelgardin catervatim pauperibus, ut acciperent eleemosynas, accessit & ipse non accipiens tantum oblatam stipem, sed & manum dantis Wendelgardis fortius premens, & in omnium conspectu etiam osculans diuque tenens: quod iniquè ferentibus aliquot circumstantibus, quin & flagra & verbera tam petulanti mendico minitantibus, comiter respondit: Ignoscerent sibi, satis superque jam flagrorum, miseriarum & calamitatum perpesso. Wendelgardin verò etiam amplectens dixit: *En tibi ego sum Vlricus*, quem superioribus annis captum amisisse te existimas, bonitate misericordis Dei salvus & incolumis tibi redditus. Statim igitur agnitus summo omnium gaudio exceptus est. Wendelgardis verò per Salomonem Episcopum à voto absoluta, velo Monastico deposito ad maritum redijt, qui Monasterio Sangallensi Hochstenses decimas in Rhenensi valle tradidit dono. Wandelgardis gravida inter pariendum obijt anno Domini 920. Infans verò ex utero defunctæ matris excisus, Burcardus dictus, & S. Gallo oblatus est, qui in Monasterio liberaliter eductus & eruditus, tandem post Cralochij Abbatis obitum, Sangallensis Abbatiæ gubernator designatus est anno 959. Hactenus Bruschius.

Verum ineptiam, Auditores, si tantum ineptiam diutius exagitem. VII. VIII. Septimum præceptum Jesuitæ cum Pontificibus crumenimulgis inexplebili avaritia, vel reliquis Ordinibus attestantibus: octavum calumnijs multiplicibus transgrediuntur.

IX. X. Nono & decimo præceptis prava concupiscentia, radix & scaturigo peccatorum prohibetur: hanc Jesuitæ negant esse peccatum, & hac ratione non videntur esse homines omnes: cum omnis homo etiam renatus illam ceu *[illegible]* sentiat: & Apostolus clarissimis verbis pronunciet, concupiscentiam non novissem nisi lex dixisset, non concupisces. Hanc voluntatis divinæ normam, quæ decalogus est, Ordines Monastici se in hac vita perfectè implere verbis profitentur, respectu hujus perfectionis *[illegible] homo*: Existimo autem Ordines Monasticos perfectam legis divinæ perfectionem à S. Dominico mutuò accipere, de qua apud Antoninum *Catharina Senensis* ita edisserit: part. 3, tit. 23, c. 14, p. 276. Vidit hæc imaginaria quadam visione in oratione posita summum & æternum Patrem de ore suo (ut videbatur) coæternum sibi filium producentem, qui in assumta natura sibi demonstratur. Quod cum attenderet, ex alia parte vidit beatissimum Patriarcham Dominicum

ex

ex ejusdem Patris pectore produci luce ac ſplendoribus circumdatum audivitque eodem ex ore prolatam hanc vocem: Ego, dilectiſſima Filia, *hos duos filios genui*, unum naturaliter generando, alium amabiliter & dulciter adoptando. Cumque nimium admiraretur de tanta comparatione & aſſimilatione verba prolata, fuerunt ſibi expoſita per ipſum dicentem. Sicut hic filius meus unigenitus in natura aſſumta fuit mihi perfectiſſimè obediens uſque ad mortem crucis: ita & iſte filius meus *Dominicus*, omnia, quæ operatus eſt ab infantia uſque ad terminum vitæ, ſecundum obedientiam mandatorum meorum regulata fuerunt. Nec unquam aliquod præceptum trangreſſus eſt, ſed virginitatem mentis & corporis illibatam conſervavit, & innocentiam baptiſmalem nunquam per mortale amiſit.

Sanctus ergo Dominicus planè ſimilis eſt doliario cuidā Selecestadienſi, qui (referente Zwingero in Theatro vitæ humanæ volu.5. l.4.) ſe Spiritum ſanctum eſſe incarnatum dictitavit, & prætendit de ſe, tanquam de vectore vinario, exaudiendū, quod prophetavit Jeremias c.48. v.11.&12. Abeant ergò hæretici, & dicant hominem etiam renatum, Decalogum reſpectu internæ & externæ obedientiæ perfectè implere non poſſe.

Del Rio p.931. Proprium id veræ humilitatis, ſolidæ virtutis, ut quò qvis, cœlo teſte, perfectior, ſibi ſe judicet *imperfectior* cenſeatur.

Franciſcus ſagt in der Lombardiſchen Hiſtoria p.186. b. Ich will unſerm Herren Jeſu Chriſto allen meinen Schweiß zu kauffen geben.

P.148. Imò B. Dominicus (Eccleſiam minitantem ruinam humeris ſuis, velut alter Atlas, ſuſtentavit) ad tantam pervenit perfectionem, ut referente Bareleta, ſingulis diebus *ſibi tres diſciplinas dederit*: unam pro ſe, alteram pro peccatoribus, tertiam pro animabus Purgatorij, ut non tantum ſibi vitam promeritus fuerit æternam ex Congruo: (nam omnis actus charitatis abſolutè meretur vitam æternam) ſed ex Congruo alijs quoq; , atq; opera ſupererogationis plurima effecerit.

Hinc Bellarminus de Monachis l.2. c.1. *Si* proximo benefaciam quando non eſt in extrema vel gravi neceſſitate, opus facio ſupererogationis.

Verum etiam verò ſpiritus vertiginis & hîc quoſdam Jeſuitas agitat: veredarius enim Antverpienſis adeſt Martinus del Rio, qui nec ſibi, neque

Rex enim sordis pari ... [illegible]

que

que suis Sodalibus eam audet adscribere bonorum operum perfectionem, sed imperfectam, contaminatam fatetur.

*ritatem & operũ perfectionem commodã requirit.*

Placet Goliathum fundâ veritatis prostratum, suomet ipsius gladio confodere, iste del Rio ita exclamat. Bone Deus, quæ spurcitia, quanta imbalnities operibus cogitationibusq; *nostris* etiam tum adhæret, quando nobis comptissimi, mundissimiq; videmur pag. 83. Nonne si inspicimus opera nostra, illaq; non mala, si desideria virtutis, nonne horum omnium *principium fervet, medium tepet, finis alget.*

Pag. 59. Sæpè quidem resurgimus, sed iterum *sæpe* corruimus, vehementer timendum, ne tandem ita corruamus, ut viribus, aut tempore defecti, *assurgere amplius nequeamus.*

*Vaticinium de strage Iesuitarum.*

Jesuita hic, si quisquam alius, quodammodo laude prosequendus est, liberè enim enunciat, & effert quæ & qualia sint Ordinis hujus sociorum cogitata, dicta, facta. Ita enim p. 204. animi sui sensa offert. *Maria* Christum semper intuens, eundem semper exhibebat intuenti, non minutatim, neque particulatim, sed integrum totumque, nos nec attollimus cogitationes ad Christum, *nisi rarissime*, nec ille in nobis conspicitur, nisi *imperfectissime*, imò quidvis aliud potius, & si quid similitudinis ejus præponimus, *adeo id minutulum est*, tam exigua est porticella, & adumbratiuncula quædam, ut aliquid Christi dici non mereatur.

Pag. 205. Bona si quæ facimus, facimus ut ab hominibus videamur, æstimemur, prædicemur. Et: Utinam etiam amare nos non contemnamus, vel, quod pessimum, *amare nos non simulemus.*

*p. 360. Charitas & externa ea fere nõ fuit.*

Pag. 406. Qui nondum plenè mandata servant, nondum sobrii, nondum *casti*, nondũ ad pietatem sese exercent, qui adhuc loquuntur ut parvuli, sapiunt ut parvuli, quales adhuc inter Marianos & in hac majore Sodalitate *nimis multi*. Tantum Del Rio.

Quemadmodum verò qui
*- - adverso vix flumine lembum*
*Remigiis subigit, si brachia forte remisit,*
*Atq; illum in præceps prono rapit alveus amni:* ita & Martinus hic superstitione sua abreptus ad opera supererogationis Sodales suos cohortari non substitit, suamq; inconstantiam [illegible] tanquam quandam crapulam (verbo Demosthenis) evomuit. Pag. 316. ita loquitur: Plerique, quod dolendum hærent in parte vulgari & viliore, contenti non peccare graviter, contenti facere quæ

tenentur, &, si quæ non faciant, muneri suo non satisfaciant: nihil tamen cogitant de Supererogatoriis, ad præcepta attendunt, consilia Domini pro non datis sibi habent.

*Martinus del Rio pag. 1108. Utinā Sodales non multorum hic fides mortua.*

Et pag seq. Hæc, hæc, Sodales, est Parthenoniis Christi Jesu pars melior, ubi Zephyri spirant fœcundiores, ubi serenior aura, ubi gratior umbra, ubi Sol lucidior, ubi fontes limpidiores, ubi, si qua in terris Tempe, ubi sunt Elysii campi spirituales.

Stapletonus orat. 4. p. 124. Præclarum celebratur illud S. Francisci dictum, qui cum latronem ad publica supplicia ductum à socio suo valdè deplorari vel accusari potius cerneret, quòd tanta mala perpetrasset, ut jam laqueum mereretur, respondit: imò nostram potius vicem ac sortem doleamus, frater, quòd tantis à Deo gratiæ suæ beneficiis acceptis, plura & excellentiora pietatis opera ipsi non facimus. Qui scis enim, an hic latro, si eas à Domino gratias accepisset, quas nos accepimus, multò nobis sanctior & Deo gratior fuisset?

Verum enim verò, nos Jesuitam ad Monasterium Rhorhaldensium amandamus, in quo olim hoc distichon legebatur.

*Per Christi meritum tantùm salvamur abundè,*
*Ergò tuis factis ne fidas, optime frater.*

Sic Narcissus Episcopus olim Rhetos suos docuit, referente Marco Velsero in Annalibus Augustanis, *tantùm crede, & baptizare & salvus eris.* Non enim est aliud nomen sub cœlo datum, in quo nos oporteat salvari, quàm in nomine Jesu, de quo S. Augustinus lib. 1. Retract. p. 6. Item quod dixi, ad sapientiæ cognitionem non una *via* perveniri, *non benè sonat*, quasi alia via sit præter Christum, qui dixit, ego sum via.

Confess. lib. 9. cap. 13. pag. 160. Exaudi me per medicinam vulnerum nostrorum, quæ pependit in ligno, & sedens ad dextram tuam, & interpellat pro nobis.

Confess. lib. 10. cap. 35. pag. 181. Una spes mea valdè misericordia tua.

Spopondit Christus, ait Martinus del Rio p. 482. & luit Sponsionem, satisfecit non pro originali tantum & patrio delicto, sed pro peculiaribus & propriis cujusq;, quæ vocamus actualia: satisfecit pro culpa & pro pœna culpæ debita, satisfecit non modò ad culpæ commissæ æqualitatem, sed planè superabundanter, mensuram tribuens coagitatam & su-

per-

perefluentem, superefluentem non divina solum acceptatione, sed etiam ex proprio & vero paſsionum tolerantiæq; valore: nam ejus perpesſio non erat operatio nudi hominis, sed personæ Dei.

debat ardoris ut totus ex ardore & dolore deficere videretur, cumque
pœniteret, & ſe beati Franciſci ſtigmata credere veraciter teſtaretur,
poſt duos dies dum Dei ſervum per ſua ſtigmata exoraſſet, fuit continuò
liberatus.

In regno quoque Caſtellæ, cum quidam vir ſancto Franciſco de-
votus ad Completorium pergeret, ab inſidiis ob mortem alterius ibi pa-
ratis, ex errore impetitur, & lethaliter vulneratur, ſemivivus relinquitur:
deinde gladium in guttur e infelix lictor inflixit, & extrahere non valens
receſſit. Fit undique concurſus & clamor, & ab omnibus mortuus plan-
gitur. Cum autem media nocte campana fratrum ad matutinas pulſare-
tur, uxor clamare cepit, mi Domine, ſurge & vade ad matutinas, quia
campana te vocat: ſtatim ille manum elevans, videbatur alicui innuere
ut gladium extraheret, & ecce videntibus omnibus gladius quaſi validiſ-
ſimi jactatus manu pugilis eminus proſilivit, ſtatimque ille perfectè ſa-
natus eſt, & ſe erexit, dicens: Beatus Franciſcus ad me veniens, ſuaque
ſtigmata meis vulneribus apponens, eorum ſuavitate cuncta vulnera de-
linivit, & tactu mirificè ſolidavit. Qui cum vellet diſcedere, ſibi innue-
bam, gladium abſtraheret, quia loqui aliter non valebam: quem ſtatim
apprehendens validè projecit, ſtatimq; ſtigmatibus ſanctis vulneratum
guttur demulcens perfectè ſanavit.

In urbe Roma, clara illa luminaria orbis, ſcilicet beatus Domini-
cus & beatus Franciſcus coram Domino Hoſtienſe, qui poſtea fuit ſum-
mus Pontifex, aderant: dixitque eis Epiſcopus: cur non facimus de ve-
ſtris fratribus Epiſcopos & prælatos, qui documento & exemplo cæteris

prævalent? Fit inter sanctos de respondendo longa contentio: vicit tandem humilitas Franciscum, ne se præponeret, & vicit Dominicum ut primus respondendo humiliter obediret. Dixit ergò beatus Dominicus, Domine gradu bono, si cognoscunt, sublimati sunt fratres mei, nec pro meo posse permittam, * ut aliud assequantur specimen dignitatis. Post hæc respondens sanctus Franciscus dixit: Domine, Minores ideò vocati sunt fratres mei, ut majores fieri non præsumant. Columbina simplicitate plenus, omnes creaturas ad Creatoris hortatur amorem, prædicat avibus, auditur ab eis, tanguntur ab eo, nec nisi licentiatæ recedunt. Hirundines dum eo prædicante garrirent ipso impetrante protinus conticuerunt.

** Vt aliam speciem.*

Apud Portiunculam juxta ejus cellam Cicada in ficu residens, frequenter cantabat, quam vir Dei manum extendens vocavit dicens: *Soror mea Cicada, veni ad me*, quæ statim obediens super ejus manum ascendit. Cui ille: *canta soror Cicada* & Dominum tuum lauda: quæ protinus canens, non nisi licentiata recessit.

Parcit lucernis, lampadibus, candelis, nolens sua manu deturpare fulgorem, super petras reverenter ambulat, ejus intuitu, qui dicitur petra legis divinæ, *vermiculos*, ne transeuntium pedibus conculcentur, *levat*, & apibus, ne inedia pereant glacie hyemali, mel & optima vina jubet apponi, fraterno nomine animalia cuncta vocabat. Miro & ineffabili gaudio replebatur, ob Creatoris amorem, cum Solem, Lunam, stellas intuebatur, & eas ad Creatoris invitabat amorem. Coronam sibi magnam fieri perhibebat dicens, volo quod fratres mei *pulices* partem habeant in capite meo.

*NB.*

Vir quidam admodum secularis, cum servum Dei Franciscum apud S. Severinum prædicantem invenisset, vidit Deo sibi revelante S. Franciscum *duobus transversis ensibus valde fulgentibus* in modum crucis signatum, quorum unus à capite ad pedes, alius à manu in manum per pectus transversaliter tendebatur: quem cum nunquam prius vidisset, tali indicio recognoscens compunctus Ordinem introivit, & vitam feliciter consummavit.

Cum infirmitatem oculorum ex fletu continuò incurrisset, suadentibus, quòd abstineret à lachrymis sic respōdit: non est ob amorē luminis, quod habemus commune cum muscis, æternæ lucis visitatio repellenda. Cum autem à fratribus urgeretur, ut pateretur infirmitati visus adhiberi, & chirurgus instrumentū ferreū igne candēs in manu teneret, vir Dei ait:

mi

*[illegible] Ignis* eſto mihi in hac hora propitius & curialis, precor Dominum, qui te creavit, ut tuum calorem mihi temperet. Et hæc dicens, ſignum crucis contra hoc edidit, profundatoque illo in tenera carne, ab aure uſque ad ſupercilium nullum, ut retulit, dolorem ſenſit.

Apud Eremum ſancti Urbani ſervo Dei ægritudine validiſſima laborante, cum ipſe defectum naturæ ſentiens, vini poculum poſtulaſſet, nihilque adeſſet, allatamque ſibi aquam ſigno crucis addito benedixit, *mox in optimum vinum converſa*: quod deſerti loci paupertas non potuit, Viri ſancti parcitas impetravit.

Malebat de ſe vituperium audire, quàm laudem, & ideo cum populi merita in eo ſanctitatis extollerent, præcipiebat alicui fratri, ut verba ipſum vilificantia ſuis auribus inculcando proferret. Cumque frater ille licet invitus eum ruſticum & mercenarium, imperitum & inutilem diceret, exhilaratus dicebat, benedicat tibi Dominus, quia tu veriſſima loqueris, & talia me decet audire. Non tam ſervus Dei præeſſe voluit, quam ſubeſſe, nec præcipere, quàm parere. Idcircò generali cedens officio, Gardianum petiit, cujus voluntati per omnia ſubjaceret: fratri quoque cum quo ſolitus erat ire, ſemper promittebat obedientiam & ſervabat.

Cum frater quidam contra legem obedientiæ aliquid feciſſet, & pœnitentiæ ſigna haberet, vir Dei ad aliorum terrorem *ipſius caputium in ignem projici juſſit*, cumque per horam caputium fuiſſet in medio ignis, præcepit ipſum extrahi, & fratri reſtitui: extrahitur igitur caputium de medio flammarum, & nullum habens aduſtionis veſtigium.

Quodam tempore per paludes *Venetiarum* ambulans, invenit maximam avium multitudinem cantantium in paludibus, dixitque ad ſocium: *Sorores meæ Aves* laudant Creatorem ſuum: eamus & in earum medio horas canonicas Domino decantemus: Quibus intrantibus aves motæ non ſunt: ſed quia ob nimium garritum ſe ad invicem audire non poterant, ait: ſorores aves, à cantu ceſſate, donec laudes debitas Domino perſolvamus, quibus ſtatim tacentibus, finitis laudibus licentiam cantandi dedit, & ſtatim cantum ſuum more ſolito reſumſerant.

Invitatus devotè à quodam milite, dixit ei frater: hoſpes meis monitis acquieſce, & peccata tua confitere, quia citò alibi manducabis: qui ſtatim acquieſcens, domum ſuam diſpoſuit, & pœni-

nitentiam ſalutarem accepit. Cum ergò ad menſam intraſſent, hoſpes ſubito expiravit.

Cum quandam avium multitudinem reperiſſet, & eas velut rationis participes ſalutaſſet, dixit: *fratres mei volucres* multum debetis laudare DEUM creatorem noſtrum, qui plumis vos induit, pennas ad volandum tribuit, aëris puritatem conceſſit & ſine veſtra ſolicitudine vos gubernat. Aves autem cepêrunt adverſus eum extendere colla, protendere alas, aperire roſtra, & in illum attentè reſpicere, ipſe verò per medium earum tranſiens, tunicam contigebat eaſdem, nec tamen aliqua de loco eſt mota, donec licentia data, omnes inſimul avolarunt.

Cum apud caſtrum Almarium prædicaret propter, garritus hirundinum ibidem nidificantium audiri non poterat: quibus ille: *ſorores meæ Hirundines*, jam tempus eſt ut loquar ego, quia vos ſatis dixiſtis, tenete ſilentium donec verbum Domini compleatur.

Tranſeunte aliquando viro Dei per Apuliam, in via *Burſam magnam* reperit denarijs tumeſcentem, quam ſocius videns, accipere voluit, ut pauperibus erogaret, ſed ille nullatenus permiſit, dicens, ſi licet fili, alienum auferre: ſed cum ille vehementer inſtaret, Franciſcus paululum orans, jubet ut burſam tollat, quæ jam colubrum pro pecunia continebat: quod audiens frater, timere cepit, ſed obedientiæ volens implere mandatum, burſam manibus capit, & inde magnus ſerpens protinus exilivit: & ait ſanctus Franciſcus: *pecunia ſervis Dei nihil aliud eſt, quam Diabolus & coluber venenoſus*.

Cum frater quidam graviter tentaretur, cogitare cepit, quod ſi aliquid ſcriptum de manu [illegible]atris haber[illegible] ip[illegible] protin[illegible] [illegible]retur tentatio: ſed cum rem ſibi nullatenus aperire auderet, qu[illegible] vice vir Dei vocavit eum dicens: porta mihi fili, chartam & at[illegible]mentum, [illegible] laudes quaſdam Dei ſcribere volo: quas [illegible]m ſcripſiſſe, [illegible] accip[illegible] [illegible]rtam hanc, & uſque ad diem mortis tuæ cuſtodias diligenter, ſta[illegible]nque [illegible]nis tentatio ab eo receſſit.

Idem quoque frater, dum ſanctus infirmus jaceret, cogitare cepit: ecce morti appropinquat [illegible]ter, & quampl[illegible]imum conſolarer, ſi poſt mortem haberem tunicam Patris mei. [illegible] modicum ſanctus vocat eum dicens: tibi trado tunicam iſtam, ut poſt mortem meam ipſam habeas pleno jure.

Cum

Cùm apud Alexandriam Lombardiæ cum quodam honeſto viro hoſpitatus fuiſſet, ab eo rogatur, ut propter Evangelij obſervantiam de omni appoſito manducaret: qui cum ejus devotioni aſſentiret, ille accurrens *Caponē ſeptennem* præparat ad manducandum. Manducantibus illis, infidelis quidam amore Dei eleemoſynam petit. Mox vir Dei nomen audiens benedictum, membrum ſibi transmittit Caponis. Reſervat infelix datum, & in craſtinum dum ſanctus prædicaret, oſtendit dicens: ecce quales carnes comedit iſte Franciſcus, quem ut ſanctū honoratis: nam mihi hoc in ſero tribuit ſed, cum membrum caponis piſcis ab omnibus videretur, velut inſanus ab omni populo increpatur: quod cum ille didiciſſet, erubuit, & veniam poſtulavit. Redierunt carnes ad ſuam ſpeciem, poſtquam rediivit prævaricator ad mentem.

Dum quadam vice ad menſam ſederet, & de paupertate Beatæ Virginis & filii ejus collatio fieret, protinus Vir Dei à menſa ſurgens, ſingultus ingeminat doloroſos, & perfuſus lachrymis ſuper nudam humum reliquum panem manducat.

Sacerdotalibus manibus, quibus conficiendi Dominici corporis ſacramentum eſt collata poteſtas, magnam volebat reverentiam exhiberi. unde & ſæpè dicebat. Si ſancto cuiquam de cœlo venienti, & alicui pauperculo ſacerdoti me contingeret obviare, ad ſacerdotis manus deoſculandas citius me offerrem, & ſancto dicerem, expecta ſancte Laurenti, quia manus hujus verbum vitæ contrectant, & ultra humanum aliquid poſſident.

Miraculis in vita ſua multis effulſit, nam panes ei ad benedicendum oblati, multis infirmis attulere ſalutem: aquam in vinum convertit, & inde æger quidam guſtans protinus ſanitatem recipit, & multa alia miracula fecit. Cum vero ad dies jam appropinquaret extremos, longa infirmitate confectus ſuper nudam humum poni ſe fecit, ibique omnes fratres ibidem aſſiſtentes ad ſe vocari, & manus ſingulis imponens, omnes in præſentibus benedixit, & inſtar cœnæ Dominicæ ſingulis panis buccellam diviſit. & invitabat, ut moris ſui erat, omnes creaturas ad laudes Dei, etiam & Mortem ipſam cunctis terribilem & exoſam hortabatur ad laudem, eique læte occurrens, ad ſuum invitabat hoſpitium, dicens: *bene venias ſoror mea Mors.* Ad extremam horam veniens, obdormivit in Domino. Cujus animam quidam frater vidit in modum ſtellæ, ſimilem Lunæ, in quantitate Solis in ſplendore. Mi-

nister fratrū in terra laboris, nomine Augustinus in hora jam ultima positus cū diu jam amisisset loquelam, subitò clamans dixit: exspecta me Pater, exspecta, ecce jam venio tecum. Quærentibus fratrib. quid diceret? ait, non videtis Patrem nostrum Franciscum, qui vadit in cœlum? & statim in pace obdormiens, Patrem secutus est.

*Post Mortē.* Cum quædam Domina, quæ beato Francisco devota extiterat, viam universæ carnis fuisset ingressa, & clerici & presbyteri feretro exequias celebrantes astarent, subitò se mulier erigit super lectum & unum de astantibus sacerdotibus vocat dicens: volo Pater confiteri: ego enim mortua fueram, & diro eram carceri mancipanda, quia modo peccatum, quod tibi pandam, nec dum confessa fueram: sed orante pro me sancto Francisco ad corpus meum redire indultum est, ut illo revelato peccato veniam merear, statimq; ut illud manifestavero, in pace, cernentibus vobis quiescam. Confessa igitur absolutione recepta mox in Domino obdormivit.

Cum fratres de Nicæa plaustrum quoddam à quodam viro mutuò peterent, ille indignatus respondit, ego potius duos ex vobis cum sancto Francisco excoriarem, quam plaustrum meum vobis accommodarem; sed in se reversus semetipsum redarguit & blasphemiæ pœnituit, iram Dei formidans, moxque filius ejus infirmatur, ad extrema deducitur, qui filium defunctum videns in terra volutabatur flens, & sanctum Franciscum invocans dicebat: ego sum qui peccavi, me flagellare debuisti, redde sancte jam devotè precantem, quem abstulisti impiè blasphemanti. Mox filius ejus resurrexit & planctum prohibens ait: cum mortuus essem sanctus Franciscus per quandam viam longam & obscuram me ducens, in quodam tandem me viridario pulcherrimo collocavit, ac deinde dixit mihi revertere ad Patrem tuum, nolo te amplius detinere.

Pauper quidam cuidam diviti debens quandam pecuniæ quantitatem, rogat ut sancti Francisci amore sibi terminum prolongaret: cui ille [illegible] ibè respondens, tali, inquit, te loco recludam, ubi nec Franciscus [illegible] quis poterit te juvare: moxq; illum vinculatum in carcerem obscurum [illegible] usit: paulò post sanctus Franciscus affuit, & fracto carcere ruptis [illegible] culis hominem incolumen reduxit ad propia.

Quidam miles sancti Francisci operibus & miraculis detrahens, cum quadam vice luderet ad taxillos, vesania & incredulitate plenus [illegible] tantibus ait: *si Franciscus est sanctus*, decem & octo veniant in taxil-

taxillis: mox in eis senarius triplicatus apparuit, & usque ad novem vices quolibet suo jactu ter senos accipit, sed insaniam addens insaniæ ait: si verum est, quod Franciscus iste sit sanctus, cadat hodie corpus meum: si vero sanctus non est, evadam incolumis. Ludo finito ut ejus oratio fieret in peccatum cum nepoti suo inferret injuriam, ille gladium arripiens in viscera patrui transfixit, & protinus interfecit.

Vir quidam crure sic perdito, ut nullatenus se movere posset, sanctum Franciscum talibus vocibus inclamabat: adjuva me sancte Francisce, memor devotionis & servitij, quod tibi impendi: nam in asino meo te portavi, sanctos pedes tuos & manus osculatus fui, & ecce morior doloris hujus durissimo cruciatu: moxque ille sibi apparens cum parvo baculo, qui Thau in se figuram habebat, locum doloris tetigit, & fracto apostemate sanitatem protinus recepit, sed semper signum Tau super locum remansit. Hoc signo sanctus Franciscus suas literas consuevit consignare.

Cum in castro Pomarco, in montanis Apuliæ puella quædam Patri & matri unica fuisset defuncta, & mater S. Francisco devota nimia tristitia fuisset absorpta, apparuit sanctus Franciscus, dicens: noli flere, quia lucernæ tuæ lumen quod deploras extinctum, mea est tibi intercessione reddendum. Mater igitur sumta fiducia corpus extinctum non permisit efferri, sed sancti Francisci nomen invocans, & mortuam filiam apprehendens, eam incolumen allevavit.

In urbe Roma cum puer parvulus de fenestra palatij cecidisset, & penitus expirasset, beatus Franciscus invocatur & vitæ protinus restituitur.

In civitate Suesa cum quædam domus corruens quendam juvenem extinxisset, & cadaver jam in lecto ad sepeliendum posuissent, mater beatum Franciscum tota devotione qua poterat, invocabat, & ecce circa mediam noctem puer oscitavit, & sanus surrexit, & in laudis verba prorupit.

Frater Jacobus Reatinus cum in navicula parva fluvium quendam cum fratribus pertransiret, & socijs jam super ripam positis, postremo se ad navis exitum præpararet, revoluta nave ipse in profundum fluminis est dimersus. Fratribus igitur pro liberatione submersi beatum Franciscum invocantibus, ipso etiam corde, ut poterat, beati Francisci auxilium implorante ecce dictus frater per profundum sicut per aridam ambu-

ambulabat, & dimerſam naviculam capiens cum ea pervenit ad littus. Veſtimenta autem ejus madida facta non ſunt, nec aquæ gutta proximavit ad tunicam.

*Franciſcus Georgius Venetus* in Promtuario Theologico, Lutetiæ excuſo anno 1564. Cantico III. tono IV. cap. 8. fol. 379. Quod dominium tamdiu duravit in credentibus, quamdiu perſeveravit fidelis, & perfecta ſervitus in Chriſtum. Adveniente autem tempore, quando ſucceſſores Petri *mentirentur*, dicentes: argentum & aurum non eſt nobis, perdiderunt quoq; jus dicendi, ſurge & ambula: vel ſurge & miniſtra nobis, ſive præcipio tibi in nomine Jeſu Nazareni, exi ab eo, & omnem tandem vim & dominium in virtutem inimicam. *Franciſcus* verò iterum vitam Apoſtolicam amplexus, à pecuniis penitus ſimul & vitijs denudatus, creaturis omnibus imperat, & obediunt ei: aquam in vinum convertit: ſiccis pedibus fluidum elementum pertranſiit, rabidum lupum manſuetiſsimum & domeſticum reddidit, hirundinibus garrientibus ſolo juſſu ſilentium impoſuit: falconi jubet, & veluti gallus excitator efficitur: lepores & cuniculos domeſticos fecit: ignem urentem alloquitur, & virtutis ſuæ oblitus viro Dei fomentum ſine horrida aduſtione præbet. Multa quoque hujuſce generis miranda peregit, ad priſtinam dignitatem reſtitutus. Nec eſt abbreviata manus Domini, omnibus qui ipſi fidele exhibent obſequium.

E Bibliotheca Onoldina.

In libro Conformitatum Franciſci, Mediolani per Gotardum Ponticum (cujus officina libraria eſt apud templum Sancti Satyri) impreſſo, Anno Domini M. CCCCCX. die 18. menſis Septembris fol. 72. pag. 1. col. 1.

Locus Aprutij.

In Aprutio jacet Frater Franciſcus. Iſte dicendo Miſsam, reperit in ſanguine Chriſti in calice araneam, & nolens araneam ſanguine Chriſti intinctam extra proijcere, calicem cum aranea bibit. Sed poſt frater ipſe fricans crus & ſcalpens, ubi pruritum ſentiebat, ipſa aranea ſine fratris læſione aliqua è crure exivit.

De

# De Sancto Dominico.

DOminicus dicitur, quasi Domini custos, vel à Domino custoditus: vel dicitur Dominicus, quantum ad etymologiam hujus nominis, quod est Dominus. Dicitur autem custos Domini tribus modis, scilicet Domini honoris, quo ad Deum, custos vineæ domini vel gregis domini, sui præceptorum Domini, quoad seipsum. Secundò dicitur Dominicus quasi à Domino custoditus. Dominus enim custodivit ipsum quantum ad triplicem statum suum, in quorum primo fuit laicus, in secundo regularis Canonicus, in tertio vir Apostolicus. Nam in primo eum custodivit, faciendo ipsum laudabiliter incipere: in secundo ferventer proficere, in tertio perfectionem apprehendere. Tertiò potest dici Dominicus per etymologiam hujus nominis: Dominicus namq; dicit, quasi donas minas, vel donans munus, vel donans minus. Sic beatus Dominicus fuit donans, id est, condonans minas, per injuriarum dimissionem, donans munus per libertatis largitionem, quia nonsolùm sua pauperibus tribuit, sed etiam seipsum pluries vendere voluit: donans minus per corporis macerationem, quia corpori suo semper minus dabat, quàm appetebat.

E Bibliotheca Ratisbonensi Pluteo.35. num.25.

Dominicus Ordinis Prædicatorum dux & pater inclytus, ex Hispaniæ partibus villa, quæ dicitur Gallaroga Exomiensis diœcesis, Patre Felice, matre verò Johanna nomine, secundum carnem duxit originem, cujus mater ante ipsius ortum vidit in somnis se catulum gestantem in utero, ardentem in ore faculum bajulantem. Qui egressus ex utero, totam mundi fabricam incendebat. Cuidam etiam matronæ, quæ ipsum ex sacro fonte levaverat, videbatur, quod puer Dominicus stellam præfulgidam haberet in fronte, quæ totum orbem illustrabat. Dum adhuc esset puerulus, & sub nutricis custodia constitutus, deprehensus est sæpè lectum dimittere, & super nudam terram jacere. Missus tandem Valentiam ad studium, amore sapientiæ ad discendum vinum per decennium non gustavit; ubi cum fames valida esset, libros cum omni sua supellectili vendidit, & pretium eorum pauperibus erogavit. Crescente jam ejus fama ab Episcopo *Exominensi*, in sua Ecclesia Canonicus regularis efficitur, & postmodum factus omnibus vitæ speculum, à Canonicis Subprior ordinatur, ipse autem nocte ac die lectioni & orationi vacabat

Callegara

cabat, assiduè Dominum exorans ut sibi hanc gratiam infundere dignaretur, qua se totum aliquando saluti posset impendere proximorum. In libro quoque de Collationibus patrum studiosissimè legens magnum perfectionis cumulum apprehendit. Pergens autem cum prædicto Episcopo Tholosam, deprehendit hospitē suum hæretica pravitate corruptum, quem ad fidem Christi convertit, & quasi quendam primitiarum manipulum futuræ messis Domino præsentavit.

Legitur in gestis Comitis Montis fortis, quod cum beatus Dominicus quadam die adversus hæreticos prædicasset, auctoritates, quas in medium produxerat, redegit in scriptis, & cuidam hæretico schedulam illam tradidit, ut super obiectis deliberare deberet. Illa autem nocte ad ignem hæreticis congregatis, schedulam quam receperat, produxit in medium, cui socij dixerunt, ut in ignem eam proijceret, *& si comburi contingeret*, eorum fides immò perfidia vera esset: si vero comburi non posset, veram fidem Romanæ Ecclesiæ prædicaret. Quapropter *scheda in ignem proijcitur*: quæ cum aliquantulam moram in igne fecisset, incombusta ab igne protinus prosilivit. Stupentibus cunctis unus cæteris durior ait: proijciamus eam iterum, & sic experiemur plenius veritatem. Proijcitur iterum, & iterum prosilivit incombusta. Iterum ille dixit: tertiò proijciatur & tunc sine dubio rei exitum cognoscemus: proijcitur tertiò & iterum incombusta prosilijt & illæsa. Hæretici autem in sua duritia permanentes, districtissima inter se juratione firmaverunt ne hoc aliquis publicaret. Quidam tamen miles, qui ibi aderat, & nostræ fidei aliquantulum adhærebat, istud miraculum postmodum publicavit: factum est autem apud montem Victorialem.

Simile quiddam dicitur accidisse apud Faxum Jovis, indicta ibidem in diebus illis quadam contra hæreticos disputatione solenni Cæteris igitur ad propria redeuntibus, & Episcopo Exominensi defuncto, solus ibidem S. Dominicus cum paucis sibi adhærentibus mansit, contra hæreticos constanter annuncians verbū Dei. Irridebant autē eum adversarij veritatis, sputa, lutum & hujusmodi vilia proijcientes in eum, & à tergo pro derisu sibi paleas alligantes. Cum autem interitum sibi minarentur, imperterritus respondebat: non ego *martyrij* dignus sum gloria, dum merui mortem istam, quapropter locum transiens, in quo parari sibi ferebantur insidiæ, non solum intrepidus, verum etiam cantans & alacer incedebat. Quod illi admirantes, dixerunt ei: numquid non tu mortis hor-

horrore concuteris? quid acturus eras, si comprehendissemus te? at ille: rogassem vos ne repentinis me subito perimeretis vulneribus, sed paulatim & successive membra singula mutilantes. Deinde ostensis coram meis oculis detruncatis membrorum particulis, ipsos etiam oculos eruentes ad ultimum semivivum laceratumque corpus sic permitteretis in suo sanguine volutari, vel prorsus ad libitum necaretis.

Cum quendam reperisset propter nimiam, quam patiebatur, inopiam, hæreticorum consortijs adhæsisse, decrevit seipsum venundare, quatenus ex accepto pretio de seipso & egestatis simul occasionem præcideret, & sub errore venundatum liberaret: quod & fecisset nisi inopiæ ejus divina misericordia aliter providisset:

Aliàs etiam cum quædam mulier fratrem suum in saracenorum captivitate detentum lamentabili conquestione sibi exponeret, nullumq; sibi superesse concilium, ille intima compassione commotus se ipsum pro redemtione captivi vendendũ obtulit. Sed Deus, qui ipsum necessariũ ad redemtionem spiritualẽ multorũ captivorũ providerat, non permisit.

Hospitatas in partibus Tholosanis apud quasdam matronas ab hæreticis per ostentationem religionis deceptas, per totam Quadragesimam, ut sic clavum clavo obtunderet, *in pane solo & aqua* frigida cum adjuncto sibi socio jejunavit. Nocte verò vigilans, cum necessitas cogebat, lassa membra super nudam tabulam reclinabat, sicque factum est, ut alias matronas ad agnitionem veritatis perduceret.

Post hæc autem cepit de Institutione Ordinis cogitare, cujus officiũ esset per mundum prædicando discurrere, & contra hæreticos fidem Catholicam communire. Cum igitur mansisset in partibus Tholosanis, per decem annos à transitu Exominensis Episcopi usque ad tempus, quo *Lateranense Concilium* debuit celebrari, cum *Fulcone* Tholosano Episcopo Romam ad Concilium generale adijt, & à summo Pontifice *Innocent.* 3 Ordinem Prædicatorum, qui diceretur & esset, confirmari sibi suisque successoribus postulavit. Qui cum aliquantulum se difficilem exhiberet, nocte quadam idem Pontifex videbat in somnis, quod *Lateranensis Ecclesia* gravem subitò minaretur ruinam. Quod dum tremens aspiceret, ex adverso vir Dei Dominicus occurrebat, humerisque suppositis totam illam casuram fabricam sustentabat. Evigilans autem & visionem intelligens, petitionem viri Dei hilariter acceptavit: hortans ut ad fratres suos rediens Regulam aliquam approbatam sibi eligeret, & sic ad ipsum rediens, confirmationem ad libitum reportaret. Regressus igitur verbum sum-

summi Pontificis fratribus patefecit, erant autem fratres numero circiter quindecim, qui invocato Spiritu S. Regulam Beati Augustini doctoris & prædicatoris egregij, ipsi pariter & re & nomine Prædicatores futuri unanimiter elegerunt, quasdam quidem arctioris vitæ cõsuetudines, quas sibi per formam Constitutionũ observandas statuerũt, superassumentes. Verũ interea *Innocentio defuncto & Honorio* in summum Pontificem sublimato, & confirmationem ordinis anno Domini 1216. à prædicto Honorio impetravit. Dum igitur Romæ in Ecclesia sancti Petri pro dilatione Ordinis sui exoraret, gloriosos Principes Apostolorum Petrum & Paulum ad se venientes aspexit, quorum primus videlicet baculum, Paulum vero librum sibi tradere videbatur, addebantque dicentes: Vade prædica, quomodo à Deo ad hoc ministerium es electus. moxque in momento temporis videbatur ei, quod filios suos per totum mundum aspiceret incedentes binos & binos, & Verbum Domini populis prædicantes, quapropter Tholosam rediens fratres suos dispersit, & quosdam quidem in Hispaniam, quosdam verò *Parisios*, alios tandem Bononiam destinavit: ipse verò Romam reversus est.

Monachus quidam ante Ordinis Prædicatorum institutionem in ecstasi factus, vidit beatam Virginem flexis genibus & junctis manibus pro humano genere filium deprecantem, qui *dans sæpe pia matri repulsam,* tandem instante ea sic ait: Mater mea quid possum vel debeo illis amplius facere? Misi Patriarchas & Prophetas & parũ se emendaverunt, misi martyres & Confessores & doctores, nec illis acquieverunt, veni & ego ad eos, deinde misi Apostolos, & me & Apostolos occiderunt: sed quia non est fas, ut tibi aliquid denegem, dabo eis meos prædicatores per quos valeant illuminari & emundari: sin autem, veniam contra illos.

Similem visionem alius vidit: eodem tempore quo duodecim Abbates Cistertiensis Ordinis Tholosam contra hæreticos sunt transmissi. Nam cum Filius matri oranti respondisset, ut supra dixit mater: bone fili, non secundum eorum malitiã, sed secundum tuã gratiam & misericordiã agere debes. Tunc filius victus precib⁹ ait: ad votum tuum adhuc misericordiã cum eis faciam, quia Prædicatores meos eis mittam, qui eos moneant & informent, & si se non correxerint, amplius jam non parcam.

Quidam frater Minor, qui multo tempore socius S. Francisci extiterat, pluribus fratribus de Ordine Prædicatorum narravit, quod cũ beatus Dominicus Romæ pro confirmatione sui Ordinis apud Papam in-

stareɩ

ſtaret, nocte orans, vidit in ſpiritu, *Chriſtum in aere exiſtentem: & tres lanceas* in manu tenentem & contra mundum eas vibrantem: cui velociter mater occurrens, quid nā vellet facere inquiſivit. Et ille, ecce totus mundus tribus vitijs plen⁹ eſt, ſcilicet *ſuperbia, concupiſcentia, avaritia,* & ideò his tribus lanceis ipſum volo perimere. Tunc Virgo ad ejus genua procidens ait: Fili Chariſſime, miſerere, & tuam juſtitiam miſericordia temperato. Cui Chriſtus: nonne vides quantæ mihi injuriæ irrogantur? Cui illa: tempera furorem & paulisper expecta, habeo enim fidelem ſervum & pugilem ſtrenuum, qui ubique diſcurrens mundum expugnabit, & tuo dominio ſubjugabit. Alium quoque ſervum ſibi in adjutorium dabo, qui ſecum ſimiliter decertabit. Cui Filius: ecce placatus faciem tuam ſuſcepi, ſed vellem ego videre, quos vis ad tantum officium deſtinare. Tunc illa Chriſto *ſanctum Dominicum* præſentavit. Cui Chriſtus: verè bonus & ſtrenuus pugil iſte eſt, & ſtudiosè faciet, quę dixiſti. Obtulit etiam *ſanctum Franciſcum*, & hunc Chriſtus ſicut & primum pariter commendavit. Sanctus ergò Dominicus ſocium ſuum in viſione ſua diligenter conſiderans, quē ante nō viderat in craſtino in Eccleſia inventum. Ex his quę nocte viderat ſine indice recognovit, & in ejus amplex⁹ & oſcula ſancta ruens ait: *tu es ſocius meus*, tu pariter curres mecū, ſtemus ſimul, & nullus adverſarius prævalebit. Viſionem quoque prædictam ſibi per Ordinem enarravit, & extunc factum eſt eis cor unum & anima una in Domino, quod & in poſteros mandaverunt perpetuo obſervari.

Cum quendam novitium japulum ad ordinem recepiſſet, quidā qui prædicti novitij ſocij fuerunt, eū adeo perverterūt, quòd ad ſeculum jam redire deliberans, veſtes ſuas modis omnib. expetebat: quòd beatus Dominicus audiens, continuo orationi ſe dedit. Igitur cum dictum juvenem jam religioſis veſtibus exſpoliaſſent, ille magnis vocibus clamare cepit ac dicere: En æſtuo, en ardeo, en totus exuror, extrahite, extrahite hanc camiſiam maledictam, quæ me totum exurit. Nullo ergò modo potuit quieſcere, quouſque exutus camiſia, religioſis veſtibus denuò eſt indutus, & ad clauſtrum reductus.

Exiſtente beato Dominico Bononiæ, cum fratres jam ad dormiendum iviſſent, quidam frater converſus à Diabolo vexari cepit. Quod cum *Reinerius* Lauſannenſis magiſter ejus audijſſet, beato Dominico hoc ſtuduit intimare; ſanctus autem Dominicus ad Eccleſiam ante altare

ipsum portari præcepit: qui cum fuisset vix à decem fratribus deportatus, dixit beatus Dominicus: adjuro te miser, ut dicas mihi, quare creaturam Dei, & quare & quomodo huc intrasti? Qui respondit: vexo eum, quia meruit: bibit enim heri in civitate sine licentia, & nõ adhibito signo crucis. Unde tunc intravi in eum in specie * *bibionis*, quin potius ipse simul cum vino me bibit. Hoc autem eum bibisse tunc compertum est. Inter hæc factum est primum signum ad matutinas: quo audito Diabolus, qui in eo loquebatur, dixit: amodo hic plus stare non possum, ex quo *caputiati* surgunt, & sic ad orationem beati Dominici exire compulsus est.

* *Babylionis.*

Cum in partibus Tholosanis quoddam flumẽ trãsiisset, libri ejus nullũ habentes conservatorium, inde in flumen ceciderunt: die autem tertia piscator quidam ibi hamum projiciens, cum magnũ piscem se prehendisse putaret, & libros ipsos extrahit penitus sic illæsos, ac si in aliquo armario fuissent cum omni diligentia custoditi.

Dum ad quoddam Monasterium venisset, & fratres quiescerent, nolens eos inquietare oratione fusa, clausis januis *Monasterium cum socio intravit.*

Idem etiam compertũ est, cùm in conflictu hæreticorum cum quodam converso Cistertiensi fuisset. Nam cum serò ad quandam Ecclesiam devenissent, & clausam invenissent, oratione fusa à beato Dominico, intus se subitò invenerunt, & noctem illam totam in oratione duxerunt.

Post laborem itineris antequam ad hospitium devenisset, sitim ad fontem aliquem *extinguere* consuevit, ne in domo hospitis plus bibendo aliquam notam incurreret.

Scholaris quidam carnis lubricum patiens venit in quodam festo ad domum fratrum de Bononia, ut ibi Missam audiret: contigit autem tunc Missam B. Dominicum celebrare. Cum autem ad oblationem ventum fuisset, dictus scholaris accessit, & manum ejus cum multa devotione osculatus est: quam cum osculatus fuisset, tantam ex illis prodire sensit odoris fragrantiam, quantam in vita sua nunquam aliquando est expertus, & ex tunc æstus libidinis mirabiliter in eo refriguit, ut qui ante erat vanus & lubricus, efficeretur postmodum continens atque castus. O quanta munditie, puritate ejus caro pollebat, cujus odor tam mirabiliter sordes mentis purgabat.

Sacerdos quidam videns aliquando B. Dominicum cum suis fratribus

tribus prædicationi tam frequenter insistere, deliberavit eis adhærere, dummodo Novum Testamentum sibi ad prædicandum necessarium habere posset. Hæc eo cogitante quidam Juvenis venale Testamentum sub veste bajulans affuit, quod statim sacerdos cum magno gaudio emit; sed cum adhuc aliquantulum dubitaret, fusa ad Deum prece impressaque super librum exterius cruce, librum aperuit, & oculos ad capitulum, quod primò se obtulit, mox conjecit, & illud, quod in actibus Petro dictum est, eidem occurrit: surge, descende & vade cum eis, nihil dubitans, quia ego misi illos. statimque consurgens eisdem adhæsit.

Cum apud Tholosam in Theologia regeret, magister quidam scientia & fama præclarus, quodam mane ante diem, dum suas lectiones præviderct, oppressus somno, caput suum in cathedra reclinavit paululum, visumque sibi est, *quod septem stellæ* sibi præsentarentur: qui cum de novitate *talis exenij* plurimum miraretur, subitò in lumine & quantitate prædictæ stellæ in tantum creverunt, ut totum mundum illuminarent: qui evigilans, quidnam sibi hoc vellet, plurimum mirabatur. Et ecce dum scholas intrasset, & legeret, beatus Dominicus, & cum eo sex fratres ejusdem habitus ad prædictum magistrum humiliter accesserunt, & suum sibi propositum intimantes dixerunt, quòd scholas suas cuperent frequentare: qui recolens visionem ipsos esse septem stellas, quas viderat, nullatenus dubitavit.

Romæ viro Dei Dominico posito, vir quidam Magister *Renaldus* Reginaldus. S. Aniani Aurelianensis Decanus, qui etiam *Parisiis* in Jure Canonico rexerit annis quinque, Romam cum Aurelianensi Episcopo mare transiturus advenerat, dudum autem in proposito habebat, relictis omnibus prædicationi insistere: sed quonam modo id compleri posset, necdum adverterat. Cum autem à quodam Cardinali, cui hujusmodi votum expresserat, de institutione ordinis Prædicatorũ didicisset, & B. Dominico accersito eidem suum propositum revelasset, ex tunc ipsius Ordinis deliberavit ingressum: nec mora, gravi febrium infirmitate corripitur, & de ejus salute penitus desperatur.

Perseverante autem in oratione B. Dominico, ac beatam Virginem, cui tanquam speciali Patronæ curam Ordinis totam commiserat, exorante, ut vel saltem modico tempore eum sibi concedere dignaretur, ecce subitò Reginam misericordiæ duabus admodum speciosis comitatam puellis, *Renaldus* vigilans, & mortem expectans ad se visibiliter venientem

nientem aſpexit, blandaque facie dicentem ſibi: pete à me quod vis, & dabo tibi: deliberantique quid peteret, una ex prædictis puellis ſuggeſſit, ne quid peteret, ſed ſe totũ Reginæ miſericordiæ & voluntati committeret. Quod dum feciſſet, illa manum extendens Virgineam, aures ejus, nares, os, manus & pedes ſalutari, quam ſecum detulerat, unctione perungit, formulas verborum proprias, ad ſingulas *unctiones* ſubinferens ait ad renes: ſtringantur *renes tui cingulo* ſanctitatis & caſtitatis. Ad pedes ait: ungo pedes tuos inſpiratione Evangelii pacis: addiditq; die tertia mittam tibi ampullam reſtitutionis plenæ ſanctitatis. Tunc ei habitum Ordinis oſtendens: en, inquit, iſte eſt habitus Ordinis tui. Hanc autem viſionem ſimiliter B. Dominicus in oratione poſitus totam vidit. Mane autem facto ad eum veniens ſanctus Dominicus & ſanum reperit, & ab eodem totius ſeriem viſionis audivit, & habitum, quem Virgo monſtraverat, aſſumſit, nam antea fratres ſuperpelliciis utebantur. Die autem tertia mater Dei affuit, & corpus Renaldi adeo perunxit, quod non ſolum febrium æſtu, ſed etiam ardorem concupiſcentiæ ſic *extinxit*, ut ſicut ipſe poſtmodum confeſſus eſt, nec unus in eo motus libidinis de cætero pullulavit. Hanc viſionem iterato exhibitam, quidam religioſus de Ordine Hoſpitaliorum, præſente quoq; *S.* Dominico propriis oculis vidit & ſtupuit. Hanc viſionem multis fratribus poſt illius obitum B. Dominicus publicavit. Miſſus igitur Renaldus Bononiam, prædicationi ardenter inſtabat, & fratrum numerus excreſcebat. Poſt hæc autem miſſus *Pariſios* non poſt multos dies obdormivit.

Juvenis quidam nepos Domini Stephani Cardinalis de Foſſa nova, cum equo in foveam præcipitio lapſus, inde mortuus eſt eductus, qui B. Dominico oblatus, oratione fuſa, vitæ priſtinæ reſtitutus eſt.

In Eccleſia ſancti Sixti architectum quendam conductum à fratribus, ſub crypta quædam mina deſuper reſoluta contrivit, diuque ſub tumulo cadentis materiæ jacentem extinxit: ſed vir Dei Dominicus defuncti corpus de caverna ſubductum ad ſe deferri juſſit, orationumque ſuffragio ſtatim vitæ ſimul & ſanitati reſtituit.

In eadem Eccleſia apud Romam, dum fratres circiter quadraginta manerent, & quadam vice panis valdè modicum inveniſſent, B. Dominicus id modicum, quod habebat, panis, per partes dividi ſuper menſam mandavit, dumque unuſquiſque buccellam cum gaudio frangeret, ecce duo juvenes ejuſdem habitus formæq; conſimiles, refectorium intrave-

runt

runt, palliorum ſinus qui à collo pendebant, plenos panibus deferentes: quibus in capite menſæ ſervi Dei Dominici ſilenter oblatis, ita ſubitò diſceſſerunt, ut nullus de cætero, vel unde venerint, vel quò abierint, ſcire poſſet. Tunc ſanctus pater Dominicus manu ad fratres circumquaq; protenſa, modò, inquit, fratres mei comedite.

Cum B. Dominicus aliquando in via poſitus eſſet, & gravis inundatio pluviarum facta eſſet, ille ſignum crucis edidit, & à ſe & à ſocio omnem pluviam à Deo propulſavit, & quaſi ſancto papilione de cruce cum tota terra imbrium inundatione madeſceret, nec una gutta ad ſpatium trium cubitorum eos contingeret.

Quadam vice cum in partibus Tholoſanis tranſiſſet navigio quandam aquam, nauta ab eo denarium pro mercede tranſitus exigebat: cui cum vir Dei pro ſervitio ſibi impenſo cœlorum promitteret regnum, addens quod diſcipulus Chriſti eſſet, nec aurum, nec pretium, nec pecuniam deportaret, ille eum per cappã violenter trahens dicebat: *aut cappam mihi dimittes, aut denariũ mihi ſolves*. Tunc vir Dei erectis in cœlũ oculis paululum intra ſemetipſum orans, mox in terram reſpiciens, & denarium, nec dubium, procuratum divino nutu jacentem videns: ecce, inquit, frater, quod poſtulas, tolle, & me liberum in pace dimitte.

Contigit aliquando viro Dei iter agente aſſociari ſibi religioſum quendam, converſationis quidem ſanctitate domeſticum, ſed loquela & lingua penitus alienum. dolens itaque, quod divinis eloquiis una cum illo mutua ſe collatione refovere non poſſet, tandem à Domino ut unus lingua loqueretur alterius, verbiſque ſic alterutrum variatis, ſeſe per triduum quo videlicet ſimul ituri erant, intelligerent, impetravit.

Quadam vice cum quidam multis obſeſſus dæmoniis ſibi fuiſſet oblatus, ille ſtolam accipiens, prius ſuper collum propriũ poſuit, deinde dæmoniaci collum cinxit, mandans illis, ut de cætero illum hominem non vexarent: ipſi verò in ejuſdem obſeſſi corpore torqueri ſtatim cœperunt, & fortiter clamare. Permitte nos ire: quare nos cruciari compellis? Non dimitto vos, inquit, niſi mihi fidejuſſores dederitis, quòd ultra nequaquã de cætero redeatis. Quos, inquiunt illi, fidejuſſores poſſumus tibi dare? Et ille, ſanctos martyres, quorum corpora in hac baſilica requieſcunt. Et illi, non poſſumus, quia noſtra merita contradicunt. Oportet vos, inquit, dare, alioquin à cruciatu hoc nequaquã liberos vos dimittã. Tunc reſpõderũt ad hoc, operã ſe daturos, & poſtmodũ dixerunt: ecce impetravim⁹, licet iñeriti, quod S. Martyres fidejuſſerunt pro nobis: requirẽte autem eo

 hujus

hujus rei ſignum dixerunt: eatis ad capſam, in qua ſunt recondita capita martyrum, & eam invenerunt verſam. Quæſitum eſt, & ita inventum, ſicut illi fuerant proteſtati.

Prædicante autem eo aliquando, quædam matronæ ab hæreticis depravatæ, ejus pedibus provolutæ dixerunt, ſerve Dei adjuva nos, ſi vera ſunt omnia, quę prædicaſti hodie, jam diu mentes noſtras erroris ſpiritus excæcavit. Quibus ille, conſtantes eſtote, & expectate pauliſper, ut videatis, quali Domino adhæſeritis, ſtatimq; viderunt in medio ſuo *cattū unū teterrimum proſilire*, qui magni canis præferēs quantitatē, habebat groſſos oculos & flammantes, linguam longam latamq; atq; ſanguinolentam, & protractam uſq; ad umbilicū, caudam verò habens curtam, ſurſumq; protenſam, poſteriorem turpitudinem quocunq; ſe verteret, oſtendebat, de quo fœtor intolerabilis exhalabat. Cumq; circa illas matronas aliquandiu huc illucque ſe vertiſſet, tandem per *chordam campanæ in campanile* conſcendens, diſparuit, fœda poſt ſe veſtigia derelinquens. Illæ igitur matronæ Deo gratias agentes, ad Catholicam fidem ſunt converſæ.

Cum in partibus Tholoſanis quoſdam hæreticos convertiſſet, & illi eſſent incendio deputati, aſpiciens inter eos quendam Raymundum nomine, ait miniſtris: iſtum ſervate, nec aliquo modo cum cæteris comburatur, converſusq; ad eum, blandeq; alloquens, ſcio, inquit, fili mi, ſcio, quod adhuc licet tardè bonus homo eris & ſanctus. Dimiſſus itaq; per annos viginti in hæretica cæcitate permanſit. Tandem converſus & frater Prædicator effectus, in eodem Ordine, vitam ſuam laudabiliter duxit, & feliciter conſummavit.

Cum eſſet in Hiſpania, quibusdā ſibi fratribus ſociatis apparuit ei per viſum im̄aniſſimus quidam *draco*, qui fratres illos, qui ſecū erāt, abſorbere faucibus videbatur: quod vir Dei intelligēs, fratres fortiter reſiſtere hortabatur, & poſt modicū omnes illi, excepto fratre Adam & duobus cōverſis, ab eo receſſerunt. Interrogatus autē quidam ex illis ab eo, an ſimiliter vellet abire? ait, Abſit Pater, ut relicto capite ſequar pedes, ſed continuò orationi ſe dedit. & ferè omnes poſt modicum ſua oratione convertit.

Apud S. Sixtum in urbe cum fratribus exiſtens, ſubitò facto ſuper eum ſpiritu Domini, ad Capitulum fratribus convocatis, palam omnibus nunciavit; quatuor fratres ex ipſis in brevi videlicet in corpore, duos autem in anima morituros. Poſt modicum duo fratres ad Dominum migraverunt, duo verò de Ordine receſſerunt.

Exiſtente eo Bononiæ, erat ibi Magiſter quidā Cunradus Teutonicus,

cujus

cujus ingressum ad Ordinem fratres mirabiliter affectabant. Cum autem B. Dominicus cum Priore Monasterii * *Cassamaria* de Ordine Cistertiensi in vigilia Assumtionis B. Mariæ sermocinaretur, familiari quadam confidentia exigente materia dixit ei: Fateor tibi, Prior, quod tamen nulli adhuc exposui unquam, nec tu alteri, quamdiu vixero, revelabis, quod nunquam à Deo in hac vita aliquid petii, quod non assequerer juxta votum. Cui cum prædictus Prior diceret, quis forsitan ante eum finiret vitam B. Dominicus spiritu prophetico, quod ipse Prior post se diu viveret, sicut & factum fuisse constat, prædixit. Tunc ille Prior adjecit: pete ergò Pater, ut det tibi M. Cunradum ad Ordinem, cujus fratres introitũ etiam tantum flagitare videntur. At ipse, rem, inquit frater bone, difficilem postulasti: finito completorio, cæteris fratribus, ad quiescẽdum pergentibus, ipse in Ecclesia remansit, & in oratione, more solito pernoctavit. Convenientibus igitur fratribus ad primam, cum Cantor incepisset, jam lucis orto sidere, ecce lucis novæ sidus novum futurus Magister Cunradus subitò veniens, & ad pedes B. Dominici se prosternens, habitum Ordinis instanter petiit & perseveranter accepit. Hic fuit in Ordine valdè religiosus, & lector plurimum gratiosus: qui tandem moriens cum jam oculos clausisset, & fratres eum migrasse crederent, ille apertis oculis circumspiciens ait: Dominus vobiscum: quibus respondentibus, & cum Spiritu tuo, ille adjunxit: fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, & sic ille protinus in pace quievit.

* *Sasamarii.*

Inerat autem servo Dei Dominico firma valdè mentis æqualitas, nisi cum ad compassionem & misericordiam turbaretur. Et quia cor gaudens exhilarat faciem, placidam interioris hominis compositionem, manifesta deforis benignitate prodebat. Tempore diurno cum fratribus suis sociisque salvo quidem honestatis tenore, nemo communior, nocturnis horis vigiliis, & orationibus nemo instantior, diem impertiebatur proximis, nocte de suis oculis quasi quendam fontem effecerat lachrymarum. Frequenter, quando corpus Domini elevabatur in Missa, in tantum mentis rapiebatur excessum, ac si ibidem Christum incarnatum præsentem videret, propter quod Missam cum cæteris *multo tempore non audivit*: erat enim sibi in Ecclesia pernoctandi consuetudo creberrima, ut vix aut rarò certum ad quiescendum lectum videretur habere, & cum lassitudine succedente somni inter-

pellaret necessitas, sive ante altare aut super lapidem capite reclinato paululum quiescebat. Tres singulis noctibus recipiebat manu propria *de quadam catena ferrea disciplinas: unam* videlicet *pro se, alteram pro peccatoribus*, qui versantur in mundo, *tertiam pro iis, qui in purgatorio* cruciãtur.

Electus aliquando in Coceranẽsem Episcopũ, omnino renuit, cõtestans se prius terrã deserere, quã electioni alicui de se factę aliquatẽus cõsentire.

Interrogatus aliquando cur non libenter Tholosæ in Tholosana diœcesi quàm Carcasione in ejusq; diœcesi moraretur: quia in Tholosana, inquit, diœcesi, multos, qui me honorant, invenio: apud Carcasionem verò omnes è contrario me impugnant. Interrogatus à quodam in quo libro amplius studuisset? respondit, *in libro Charitatis*. Quadam vice cum vir Dei Dominicus apud Bononiam constitutus in Ecclesia pernoctaret, Diabolus in specie Fratris eidem apparuit, quem S. Dominicus fratrem existimans ei innuebat, ut cum cæteris ad quiescendum pergeret. Ille verò quasi deridendo eundem sibi nutibus respondebat: tunc S. Dominicus quisnam esset, qui sic ejus mandata contemneret, scire volens, candelam à lampade accendit, & in facie ipsum respiciens, quod Diabolus esset, confestim cognovit: quem cum vehementius increpasset: mox eidem Diabolus de fractione silentii insultare cepit. Sanctus autem Dominicus, utpote fratrum magistro sibi licere loqui asserens, coegit ipsum, ut sibi diceret, de quo fratres in Choro tentaret? qui respondit, facio eos tardè venire & citò exire. Deinde duxit eum ad dormitorium, de quo fratres ibidem tentaret, inquirens: qui ait, facio eos nimis dormire, & tardè surgere, sicq; à divino officio remanere, & interdum immundas cogitationes habere. Deinde ad refectorium eum duxit: & de quo ibidem fratres tentaret, quæsivit. Tunc Dæmon per mensas saliens, plus & minus sæpius repetendo dicebat: quem cum sanctus Dominicus quid hoc sibi vellet interrogaret: ait, quosdam fratres tento, ut plus comedant, & sic ex nimia cibi sumtione delinquunt, quosdam ut minus sumant, & sic in Dei servitio, & in Observatione tui Ordinis debiles fiant. Inde duxit eum ad locutorium, de quo ibidem fratres tentaret, inquirens: tunc ille crebrò linguam revolvens mirabilis confusionis sonũ promebat, quem cũ S. Dominicus quid hoc sibi vellet, interrogaret? ait, Hic locus totus meus est. Cum enim fratres ad loquendum conveniunt, eos tentare studeo, ut confusè loquantur, & multis sese inutilibus verbis immisceant, & unus alium non expectet. Postremò duxit eum ad capitulum

lum, sed cum ante ostium capituli venisset, dæmon nullatenus intrare voluit, sed ait: Huc nunquam ingrediar, quia locus maledictionis & infernus mihi est, & totum ibi amitto, quod in aliis locis lucror. Nam cum aliquem fratrem per aliquam negligentiam delinquere facio, mox in loco hoc maledictionis, de ipsa negligentia se purgat, & coram omnibus proclamat. Nam hic monentur, hic confitentur, hic accusantur, hic verberantur, hic absolvuntur, & sic totum amisisse me doleo, quod alibi me lucratum gaudebam. Et his dictis evanuit. Tandem appropinquante peregrinationis termino, constitutus apud Bononiam, gravi cœpit corporis infirmitate languere: sui autem corporis dissolutio sibi in visione monstrata est. Vidit enim juvenem pulcherrimum, his verbis se vocantem & dicentem: Veni dilecte mi, veni, ad gaudia veni. Convocatis igitur ex fratribus Bononiensis Conventus duodecim, ne eos exhæredes & orphanos derelinqueret, testamentum condidit, dicens: hæc sunt, quæ vobis, tanquam filiis, hæreditario jure possidenda relinquo, *charitatem habete*, humilitatem servate, paupertatem voluntariam possidete: illud verò qua potuit districtione prohibuit, ne quis unquam in suo ordine possessiones induceret temporales, maledictionem Dei omnipotentis & suam terribiliter imprecans ei, qui Prædicatorum Ordinem terrenarum divitiarum pulvere præsumeret maculare. Fratribus verò de ejus destitutione inconsolabiliter dolentibus dulciter eos consolans ait: ne vos, mei filii, corporalis turbet discessio, nullatenus dubitantes, utiliorem me vos mortuum habituros, quam vivum. Proinde ad extremam horam veniens anno Domini 1221. dormivit in Domino. Cujus quidem transitus eadem die, eademq; hora fratri *Gvvalo*, tunc Priori fratrum Prædicatorum in Brixia, & postmodum ejusdem civitatis Episcopo hoc modo monstratur. Nam cum in campanili fratrum capite ad murum inclinato levi somno dormitasset, vidit cœlum aperiri, & duas *scalas* Candidas ad terram submitti, quarum summitates Christus cum matre tenebat, & angeli per eas jubilantes ascendebant & descendebant. In medio autem scalarum in imo sedes posita erat, & super [illegible] velato capite supersedens: Jesus autem & Mater ejus scalas [illegible] trahebant, donec sedente in cœlum elevato apertura cœli clausa est. Veniens ergò prædictus frater Bononiam, continuò eadem die [illegible] migrasse cognovit.

*Post mortem.*

Frater quidam Rao nomine positus apud Tiburtinam, eadem die

 & ho-

& hora, qua pater migravit à corpore, Missam celebraturus accesserat: cùm autem audiisset eum Bononiæ ægrotasse, & ad locum Canonis veniens, in quo de vivis mentio fieri consuevit, vellet pro ejus salute orare, subitò factus est in excessu mentis, viditq; virum Dei Dominicum corona quadam aurea laureatum totumque mirabili splendore fulgentem, duobus quibusdam reverendis viris comitatum hinc inde extra Bononiam via regia procedentem. Diem igitur notans, & horam, invenit tunc servum Dei Dominicum à corpore migrasse.

Cùm igitur sub terra corpus ejus diu jacuisset, & crebrescentibus indesinenter *miraculis* non posset ulteriùs sanctitas occultari, fidelium dignum duxit devotio, corpus ejus ad altiorem locum transferre, cumque monumentum fuisset fracto vix ferreis instrumentis cemento, sublatoque lapide patefactum, tanta ex ipso suavissimi odoris erupit fragrantia, ut non tam sepulchrum quam videretur aromatum cella, qui quidem odor cuncta superabat aromata, nec alicujus rei naturalis odor similis videbatur, nec solum ossibus aut pulveri sacri corporis vel capsæ inerat, verum etiam terræ circumquaque congestæ, ita ut ad longinquas postmodum regiones delata, odorem ipsum longo tempore retineret. Fratrum verò manib. maximè aliquid de reliquiis sacrosanctis tangentibus sic inhæsit, ut quantumcunq; lotæ vel etiam confricatæ fragrantiæ diu testimonium præsentarent.

In provincia Ungariæ vir quidam nobilis cum uxore sua & filio parvulo ad reliquias beati Dominici, quæ in sensu habebantur, visitandas accessit, ac filius ejus infirmatus ibidem ad extremum vitæ moriendo pervenit: pater autem corpus filii coram altari beati Dominici collocans lamentari cepit & dicere: beate Dominice lætus veni ad te, en tristis recedo. Cum filio veni, en orbatus recedo: redde mihi quæso filium meum, redde mihi lætitiam cordis mei. Et ecce circa noctis medium puer revixit, & per Ecclesiam ambulavit.

Juvenis quidā cujusdam nobilis Dominæ mancipium, dum in quodam fluvio piscationi insisteret, in aqua lapsus suffocatus disparuit, magno autem temporis spatio interjecto, ejus corpus de profundo fluvij mortuum eductum est: Domina autem ejus pro ipsius resuscitatione beatum Dominicum invocavit, promittens, se ad suas reliquas nudis pedibus accessuram, & resuscitatum mancipium liberanti daturam: statimq; qui fuerat mortuus in medium, videntibus omnibus, vitæ redditus prosilivit, votumq; suum, ut promiserat prædicta Domina implevit.

In

In eadem provincia Ungariæ dum quidam vir filium suum defunctũ amarè lugeret, & beatum Dominicum pro ejus resuscitatione invocaret circa pullorum cantum, qui mortuus fuerat, oculos aperuit, & Patri dixit: quid est Pater, quòd sic habeo faciem macie defectam? Et ille: lachrymæ Patris tui sunt fili, quia tu mortuus fueras & ego solus remanseram, omni gaudio destitutus. Cui ille: multũ flevisti Pater, sed B. Dominicus desolationi tuæ cõpatiens, ut tibi vivus redderer, suis meritis impetravit.

Languidus quidam & per decem & octo annos cæcus, reliquias beati Dominici visitare desiderans, tanquam tentans ire de lecto surrexit, tantamq; subito sibi sensit infundi virtutẽ, quod passu concito gradi cepit, tanto magis in convalescentia corporis & illuminatione oculorum proficiens, quantò quotidie in itinere procedebat, donec tandem ad locum destinatum perveniens perfectum recepit utriusque beneficium sanitatis.

In eadem provincia Ungariæ matrona quædam ad honorem beati Dominici Missam disponens facere celebrari, Sacerdotem hora debita nõ invenit: propterea candelas tres ad hoc paratas manutergio ininvolvit, & in quodam vase reposuit: aliquantulam autem divertens & postea rediens, candelas flammis patentibus ardere vidit. Currens ergò ad tam grande spectaculum, tamdiu ibidem trementes & orantes steterunt, donec sine læsione manutergij penitus arserunt.

Apud Bononiam Scholaris quidam nomine Nicolaus, gravi renum ac genuum dolore adeò est vexatus, quod de cætero surgere non valebat, cujus & femur levũ emarcuit in tantum: quod omnis spes ab eo curationis abscessit. Deo igitur & beato Dominico se devovens, cum se filo, de quo facienda erat candela, totum mensus esset in longum, cepit & collum & pectus tingere. Cum tandem genu filo ambiente cinxisset, invocato ad quamlibet mensurationem nomine Jesu Christi & beati Dominici, continuo se alleviatum sentiens, exclamavit: ego sum liberatus. Exurgens ergò, & præ gaudio lachrymans sine aliquo fulcimẽto veniens ad Ecclesiam, in qua corpus B. Dominici quiescebat. In eadem quoque civitate, multa & ferè innumerabilia *miracula* Deus per servum suum beatum Dominicum operatus est.

NB.

In Sicilia apud Augustam cum puella quædam, quæ vitio lapidis laborabat, incidi deberet, mater ejus pro instanti periculo filiam suam Deo & beato Dominico commendavit. Sequenti ergò nocte dormienti

puellæ

puellæ beatus Dominicus astitit, & in manu ejus, quo torquebatur, lapidem posuit, & abscessit: quem puella evigilans, & se liberatam inveniens, matri dedit: mater verò lapidem ad domum fratrum attulit, & ipsum in memoriam tanti miraculi coram imagine sancti Dominici suspenderunt.

Apud Palaciam in Sicilia mulier quæ jam pauperculum filium habebat, qui infirmitate quadā Scrophularum, quas pueri habere in collo consueverunt, plurimum affligebatur, cumque super hoc nullum posset remedium invenire, vovit DEO & beato Dominico, quod si liberaretur, ipsum in opere Ecclesiæ fratrum, quæ tunc construebatur gratis faceret laborare. Sequenti autem nocte quidam in habitu fratris sibi apparuit, eique dixit: Mulier cognoscis has res? nominans ei quatuor genera rerum, scilicet æs viride, pilatrum, lapatum & scutum porri, quæ cum diceret, cognosco, ille ait: vade accipe hoc & conficias ea cum succo porri, & pone ea super bombacium, & impone collo filij tui, & sanabitur. Evigilans autem hoc fecit, & filius ejus liberatus votum matris implevit.

*NB.* Quidam de partis Pedemontis monstrosè inflatus beato Dominico se vovit, tunc dormienti beatus Dominicus apparuit, ventremque ejus sine dolore scindens, immunditias omnes extraxit, & iterum manu sua sacra unctione consolidans, ipsum perfectè sanavit.

In Augusta civitate, cum in festo translationis beati Dominici matronæ quædam quæ in Ecclesia fratrum Missarum solennijs interfuere, domum redirent, & quandam mulierem præ foribus domus suæ filantē viderent, ipsam charitativè redarguere ceperunt, cur in festo sancti Patris à servili opere non cessaret? illa indignata respondit: vos, quæ estis Beginæ fratrum, festa colite sancti vestri, statimque ejus oculis in tumorem cum pruritu conversis, ex ipsis ceperunt vermes protinus scaturire, ita quòd vicina quædam decem & novem vermes eduxit ex ejus oculis in instanti. Quæ compuncta ad Ecclesiam fratrum venit, ibique peccata sua confitens, & votum emittens, quod de cætero sancto Dominico nunquam detraheret, & ejus festum devotè ageret, protinus restituta est pristinæ sanitati.

Sanctimonialis quædam nobilis, nomine Maria apud Tripolim in monasterio, quod dicitur Magdalenæ, validissimis infirmitatibus elaborans, ac in tibia graviter percussa, quinque mensibus cruciatu miserabili urgebatur, ita ut singulis horis ejus exitus timeretur. Quæ intra

sere-

ſe recolligens ſemetipſam ſic oravit: mi Domine, non ſum ego digna orare te, nec audiri à te, ſed rogo Dominum meum beatum Dominicum, ut ſit *Mediator inter me & te*, & mihi impetret beneficium ſanitatis. Cum ergò diu cum lachrymis exoraret, in ecſtaſi facta, vidit beatum Dominicum cum duobus fratribus, aperta cortina, quæ ante lectum ejus pendebat, intrantem, ſibique dicentem: quare tantum ſanari deſideras? at illa. Domine, ut Deo meo devotius ſervire poſſim. Tunc ille de Cappa unctionem miræ fragrantiæ proferens, [illegible] ejus perunxit, & ſtatim ſanata fuit. Et ait: hæc unctio eſt valdè pretioſa, dulcis & difficilis. Cujus verbi cum mulier requireret rationem, dixit: hæc unctio dilectionis eſt, quia nullo pretio emi poteſt, & quia in domo Dei nulla eſt melius: dulcis, quia nihil eſt dulcius charitate: difficilis, quia citò perditur, niſi cautè cuſtodiatur. Ipſe in eadem nocte ſorori ſuæ in dormitorio quieſcenti apparuit dicens: ego ſanavi ſororem tuam: quæ currens ipſam ſanatam invenit. Quæ cum ſe etiam ſenſibili unctione inunctam ſentiret, ipſam cum bombace cum reverentia multa exterſit: quæ cum Abbatiſſæ, confeſſori & ſorori omnia retuliſſet, & unctionem in bombace præſentaſſet, tanta & tam nova odoris fragrantia ſunt perfuſi, ut nulla eis poſſent aromata comparari: ipſam autem unctionem cum multa reverentia ſervaverunt.

Quod gratus autem exiſtat locus Deo in quo ſacroſanctum corpus beati Patris Dominici requieſcit, licet ex miraculis multis claruerit, unum tamen hic poſuiſſe ſufficiat.

Refert Magiſter Alexander Epiſcopus Vindonenſis in poſtillis ſuis, & ſuper illud verbum, miſericordia & veritas obviaverunt ſibi &c. quod quidam ſcholaris degens Bononiæ, vanitatibus ſeculi deditus viſionem talem conſpexit; Videbatur ſiquidem ſibi, quod in quodam campo conſiſteret, ibidem tempeſtas ingens ſuper ipſum deſcenderet; qui dum fugeret à facie tempeſtatis ad quandam domum pervenit, quam cum clauſam inveniſſet, & pulſans ad oſtium ſe ibidem recipi poſtulaſſet, hoſpita, quæ intus erat, reſpondit: ego ſum juſtitia, quæ hic habito, & hæc domus mea eſt, quia autē juſtus nō es, in ea habitare non vales. Ad cujus verba ille plurimū mœrens abſceſſit, & aliam domum ultra illā conſpiciens ad eā venit, & pulſans ad oſtium ſe ibidem recipi poſtulavit, ſed quæ intus erat, reſpondit: ego ſum veritas quæ hic habito, & hæc domus mea eſt: te

autem hoſpitio non recipio, quia Veritas cum non liberat, qui cam non amat. Inde quo abſcedens, tertiam domum ultra illam perſpexit, ad quam veniens, ſe ſimiliter contra impetum tempeſtatis recipi flagitavit: cui quæ intus erat, reſpondit: Ego ſum pax quæ hic habito, non eſt autem pax impijs, ſed tantum hominibus bonæ voluntatis. Veruntamen quia ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis, utile tibi conſilium do: ultra me ſoror mea habitat, quæ miſeris ſemper auxilium præſtat, ad hanc accede, & ejus monita comple. Cùm ergò acceſſiſſet, quæ intus erat, ſibi reſpondit: Ego ſum *Miſericordia*, quæ hic habito. Si igitur ab imminenti tempeſtate ſalvari deſideras, vade ad domum, in qua Fratres Prædicatores de Bononia habitant, ibique invenies ſtabulum pœnitentiæ, & præſepe continentiæ, & pabulum doctrinæ, *aſinum ſimplicitatis* cum bove diſcretionis, Mariam illuminantem, & Joſeph proficientem & puerum Jeſum te ſalvantem. Cùm ergò prædictus Scholaris evigilaſſet ad domum Fratrum venit, & viſionem per ordinem recitans, habitum Ordinis petiit & accepit.

## Send-Brieff/
## Von der Amniſtia, was ſie ſey/ vnd wie weit ſie ſich erſtrecke.

D. Luthers Hauſzpoſtill am H. Pfingſtag pag. 40. Der H. Geiſt kan nicht wohnen/ wo der Teuffel wohnet.

*Αμνηςία* iſt ein Griechiſch Wort/ vnd heiſt ſo viel/ als Vergeſſenheit/ da ein Theil dem andern ſeine Mängel vnd Fehl/ Miſzhandlung von Herzen verzeiht vnd vergiſt/ alſo daſz ers die Zeit ſeines Lebens nimmermehr begehrt zu rächen/ zu gedencken. Wann man einander beleydiget/ da ſol der jenige/ ſo beleydiget worden/ wann der Beleydiger kompt/ vnd ſeine Sünd berewet/ jhms abbittet/ vnd vmb Verzeihung ſeiner Sünden bittet/ willfärig ſeyn/ weil er noch bey jhm auf dem Weg iſt/ weil er noch im Leben/ vnd das heiſt *Amniſtia* Vergeſſenkeit. Man kan die Sach beſſer an Exempeln verſtehn.

Als der Röm. Kayſer Carolus V. durch ſeinen Feld-Obriſten Duca di Bullion Anno 1527. den 6. Maij die Statt Rom hatte eingenommen/ dieſelbige geplündert/ vnd der Bapſt Clemens VII. die Verzeichnus-Puncten müſſen vnterſchreiben/ vnd ein groſſe Summa Gelts

erlegt/

erlegt/ ist zwischen dem Bapst vnd dem Kayser ein Amnistia angerichtet worden. Vnd wiewol der Kayser hette von Rechtswegen die Statt Rom/ vnd alles dasjenige/ das die Bäpst das Patrimonium Petri heissen/ Sant Peters Verlassenschafft/ behalten mögen (in massen Sanct Peter niemahlen ein Weltlicher Fürst vnd Herr/ wie auch sein Herr vnd Meister/ Christus gewesen) ist er doch von seinem Rechten gewichen/ vnd hat ein Amnistiam gemacht.

Sie wenden zwar für die Donationem Constantini: der Kayser Constantinus habe die Statt Rom vnd alle benachbaurte Oerter deß Welschlands dem Bapst geschenckt. Es ist aber die Donatio ein Palea, ein Sprewe, ohn ein Kern/ vnd von den alten Catholischen verworffen worden. Vnd gehört die Statt Rom auff den heutigen Tag dem Römischen Reich/ vnd ist recht gesagt von Sixtino Consil.14. nu.8. Nemini fit injuria, quando res ad pristinum statum reducitur: niemand geschicht vnrecht/ wann ein Sach in seinen alten Stand gesetzt wird.

Als der löbliche Kayser Friderich/ genannt Barbarossa (welcher die Statt Regenspurg zu einer Reichsstatt gemacht) mit dem Bapst Alexandro III. zerfallen vnd zu Venedig einen Fußfall gethan/ da er jhm auff den Hals getretten/ sagend/ auff den Löwen vnd Ottern wirstu gehn/ vnd tretten auff den jungen Löwen vnd Drachen/ etc. wurd zwischen dem Bapst vnd dem Kayser Friedrich ein Amnistia auffgerichtet. Wiewol aber Baronius das läugnet/ vnd etliche Heuchler für ein Gedicht außgeben/ so ist es doch mit glaubwürdigen Zeugen zu belegen/ wie Besoldus meldet in Synopsi p.436. Hæc quidem à Baronio anno Christi 1177. in dubium vocantur, sed prolixo Italico scripto defenduntur *Da Girolamo Bardi* della vittoria navale, ottenuta de Republica Venetiana contra Ottone figlivolo di Federigo primo Imperatore.

Daß es aber ein wahrhafftige Geschicht seye/ bekennets Johannes Stella Sacerdos Venetus, Gennadius in defensione quinti capitis, sect.6. p.112. zu Rom getruckt.1579. Naucler vol.3. generat.40. fol.235. M. Alphons. Ciaconius Ord. Prædicat. & Apostol. Pœnit. Romæ 1601. p.470 invitis summorum Pontificum. Albert. Brunus in tractatu Tract.to. XI. fol.102 das ward bey dem Kayser ein Amnistia.

Wann ein Nonn sich in den Ehstand begeben/ vnd von jhrem Bischoff in den Bann gethan/ der jhr die Sünd erlassen vnd vergessen/

das ward ein Amniſtia: Davon D. Thummius ſchreibt in Matthæum p.77. Concilium Chalcedonenſe can.16. ſtatuit, conjugium inter Monachos & Monialem firmum eſſe, & ſi excommunicati fuerint, vult ſtatim abſolvi.

Davon ſchreibt auch Marcus Antonius de Dominis lib.2. cap.11. pag.223. hoc eſt, confitentibus ſe peccaſſe, tollat ab eis excommunicationem, & patiatur eſſe ſine illa ſuo frui matrimonio. Non enim ponit conditionem ullam ſeparationis, & apertè vocavit nuptias. Fornicaria verò conjunctio non poteſt in publico generali Concilio nuptiarum nomine honeſtari.

Aber der rechte Verſtand dieſes Canonis iſt dieſer. Jubent Patres, Virgines Deo dicatas & Monachos, ſi nuptias contraxerint, à communione ſubmoveri: tamen ſtatuunt, Epiſcopo licere humanitatem illis ac relaxationem concedere. Ex quo perſpicuum eſt, Synodum non ſic de iſtis nuptiis ut inceſtis judicaſſe. Nuptiis enim inceſtis nullus eſt veniæ aut relaxationis locus, immò ſtatim & ipſas nuptias diſſolvi, & ipſos homines meritis pœnis affici, lex divina præcipit.

Das ward ein Amniſtia, wann ſie der Biſchoff auß dem Bann genommen/ aber darumb den Heuraht nit zerſtört.

Alſo hat S. Maria einer Abtiſſin die Amniſtiam erwieſen/ davon ſchreibt das Buch Stellarium B. Virginis lib.12. cap.3. alſo. Tertia gratia ſeu utilitas, quã præſtat Maria, eſt, quòd à confuſione præſervat. Legitur in Mariali magno, & etiam in libro qui intitulatur *Scala cæli*, quòd Abbatiſſa quædã fuit devota & ſanctæ vitæ in religione, quæ inſolentes acriter puniebat, & ideò magnam illarum indignationem debebat ferre, & quia non poterant ei nocere aliter, ad ejus ſervitium ſe ingerentes ſigna amoris prætendebant ad eam, quæ corrupta moribus, ab eis cœpit allici & attrahi, nunc ad ſolatium, nunc ad ſilentium frangendum, nunc ad potandum & crapulandum. Quid plura? Quadam vice accidit, ut hilarior præ crapula & vino effecta, ad luxuriæ concupiſcentiam accenderetur, & cum *Servitore* mœchando concepit filium. Cumque ejus imprægnatio, ventre intumeſcente à Monialibus eſſet cognita, contra eam conſpirant eò magis quò ipſam oderant, propter priſtinas correctiones earum, revelantque factum, & cum literis & nunciis adventum Epiſcopi requirunt, ut cum confuſione deponatur, & è clauſtro ejiciatur. Præſcia Abbatiſſa adventum Epiſcopi, ingreſſa oratorium B. Virginis, tota pro-

fuſa

fas a lachrymis sic dicebat: ô beatissima Virgo tu es refugium peccatorũ, adjutrix in omni tribulatione, considera nunc instantem confusionem meam. Non enim sum digna ex fœditate peccati mei accedere ad tuã præsentiam, superabundat tua clementia, ubi abundat delictum, & sic fatigata lachrymis obdormivit, & in sopore ei B. Virgo apparuit, dicens, non est fas, cum sim advocata peccatorum, ut contritos corde deseram, & jam obtinui tibi à filio meo liberationem. Tunc Virgo præcepit *duobus angelis* astantibus, ut onere prolis eam exonerarent, & Filium *cuidam probo viro* portarent per 5. annos enutriendum. Evigilante Abbatissa invenit se privatam prægnamine. Et ecce adveniente Episcopo audacter occurrit honorificè, qui repellens eam cum opprobrio, dum per honestas personas de accusatione requireret Veritatem, munda fore comperitur. Moxque Episcopus veniam petijt, & cum Moniales punire vellet pro infamatione ejus, Abbatissa Episcopo in confessione aperuit rei veritatem, & miraculum factum. Tunc Episcopus de puero scita veritate, cum viro illo probo ipsum enutrivit, & ad ætatem adultam in bonis moribus perduxit ad laudem B. Virginis.

Daß diß ein warhafftig Geschicht seye / bekent Speculum Historiale Vincentij de Burgundia l. 6. c. 87. Paratus serm. 32. in Annunciatione Beatæ Mariæ. Speculum exemplorum fol. 539.

Diese Abbtissin hat nicht allein vergebung der Sünden / sondern bey dem Bischoff auch die Amnistiam erlanget.

Wann einer ehrlich vnd redlich schuldig ist / wegen außgelehntem Gelts / vnd begehrt nicht zuzahlen / sondern wolt Eisen werden / da heist es: peccatũ non dimittitur, nisi ablatum restituatur: da sol keine Amnistia seyn / sondern gleiches recht ertheilt werden. Es ist vor 50. jahr zu Wittenberg geschehen / als D. Hunnius Sc. etlichen Margräfischen Stipendiaten ihr halbjärtiges Stipendiũ solle außtheilen / kam ihm ein Magister für / der den Burgern zu Wittenberg alles schuldig gewest / zu dem sprach ehrngedachter Herr D. Hunnius: lieber Magister, ihr wöllt auch den Zinßgesentag erleben / da keiner den andern därff bezahlen / da soll auch keine Amnistia seyn. *Fides Christiana cum injustitia consistere non potest*, wie die Theologi auß GOttes Wort lehren.

D. Luthers Hauß-Postill / in der 2. Predigt vom leiden Christi p. 126. Das lasse dir ein Wahrnung seyn / vnd höre bey zeit auff / bitte

Gott mit Ernst/ daß er dir deine Sünd nicht wölle zu rechnen umb Christi willen/ und bessere dich/ das will Gott haben/ hat auch derhalb diß schröcklich Exempel mit Juda gehn lassen/ daß wirs fleissig ansehen/ und uns daran stossen sollen. Dann wer wolte glauben/ daß solche grewliche Sünd solte so einen geringen Anfang haben? Darum schertze nicht/ gedencke nicht/ **ich kan wol ein Christ bleiben**/ ob ich gleich diß oder jenes thue ich will es wol wider herein bringen/ rc. Der Teuffel ist dir zu listig/ bringt er dich einmal ins Garn/ so last er dich nicht leichtlich wider herauß kommen.

**D. Luthers Haußpostill** XXII. Trinit. p. 137. b.

In Sünden fortfahren/ und davon nicht wöllen ablassen/ und dannoch um Vergebung bitten/ das heist unsers HErren Gottes spotten.

**An S. Stephans Tag** p. 16.

Dann unser Vorfahren haben reichlich hierzu geben/ und gedacht/ den Gottesdienst also zu erhalten: Aber es hat jhnen an dem gefehlet/ daß sie vom rechten Gottesdienst nichts gewust haben/ wie wir nun wissen/ und wöllen dannoch darzu nicht widerfahren lassen/ das von andern gegeben und geordnet ist/ wöllen es selb behalten/ und in unsern eygen Nutz wenden. Also Burger und Bawren/ was sie jhren Pfarrern geben sollen/ sihet man/ wie es so untrewlich geschicht/ jederman wolt jhnen lieber auch nehmen. Darum geht auch (wie der Prophet Malachias drohet) Gottes Zorn so augenscheinlich/ daß jederman (die grosse Herren eben so wol als Burger und Bawren) bey solchem Gut Bettler werden. Das were noch zu leiden/ wo nicht der Jammer daran hienge/ daß dieweil Schulen und Kirchen dahin fielen/ und die arme Leut gar darunter versaumt werden.

D. Luther Tom. II. Jenensi p. 160.

Also blind ist der Thomist-Kopff/ daß er meynet/ der Glaub mög bestehn mit den Sünden/ daß einer mög ehbrechen und tödten/ und dannoch glauben.

ORA-

# ORATIO,

## An Romanorum Imperator sit & debeat esse subjectus Pontifici Romano?

Decretal. Gregorii IX. lib. 4. cap. 13. pag. 1540.

*Innocentius III. fassus est, Regem Franciæ non habere superiorem in temporalibus.*

NOta est vobis, Auditores, fabula de Paride, qua Musas de pulchritudine certantes, in certamen adduxit, pomum Eridis immisit, illiq; inscripsit: ἡ καλλίστη λαβέτω: *Pulcherrima accipiat.* Unde bella horrenda Trojanorum & Græcorum exorta, quorum fumus in Ecclesiam quoque Christi migravit. Cum enim Salvator noster ἱεραρχίαν suam ante & post ascensionem suam institueret, & Apostolis ligandi & absolvendi potestatem concederet, ὁ ἀντικείμενος Christi, venenum in Ecclesiam mittens, tabulam quandam, verius fabulam intrusit, ὁ κάλλιστος λαβέτω, pulcherrimus, præstantissimus accipiat jus & summam potestatem.

Pontifex nimirum Romanus Sixtus V. in bulla contra Henricum III. Franciæ Regem exertè affirmavit, se supremam in omnes Reges & Principes terræ, cunctosque populos, gentes & nationes accepisse potestatem, non humana sed divina institutione traditam.

E contrario Ludovicus Bavarus Imperator, marmoratis laudibus celebrandus, masculè sese opposuit, & probavit hisce verbis: mea potestas non pendet à Papa, sed à Deo immediatè, & vanum est, quod dici solet, Papa non habet superiorem.

Hoc affirmamus, ait Liber Ceremoniarum S. Romanæ Ecclesiæ p. 30. Ante Carolum Magnum, in cujus personam Imperium translatum est à Græcis ad Latinos, neminem Imperii Romani coronam ex manu Romani Pontificis suscepisse.

In expostulatione Jesuitarum scribit *Andreas Paladerius* p. 160. Quid docemus? Quid dicimus? Quid tuemur aliud? nisi quod *Doctores Catholici ad unum omnes semper* in Ecclesia docuerunt, quod Academiæ

omnes

omnes Theologicæ, & Lutetiana inprimis, quod Religiosi quivis Ordines non hactenus toto orbe profiteantur?

Pag. 243. Imperatores esse legitimos ac germanos Imperiorum suorum Possessores ac Dominos, neque Apostolicæ Sedi, neq; ulli, quam Deo propterea subjectos.

*- - en quò discordia fratres*
*Abripuit.*

*Onuphrius Panvinius* Augustinianus in libro de præcipuis urbis Romæ, sanctioribusque basilicis, fol. 77. Innocentius III. in penitiori parte Lateranensis Patriarchis duo alia cubicula à fundamentis fecit, retrò ad ædiculam S. Nicolai ea parte, quæ frontem Basilicæ Lateranensis respicit (hæc adhuc semirupta supersunt) quæ variis picturis ornavit: in quorum uno coronationem Lotharii II. Imperatoris ab se in Basilica Lateran. cõsecrati pinxit, in cujus tabulæ prima parte pictus Rex, qui ante portas Basilicæ Lateranensis jurat Romanis, se conservaturum consuetudines suas, pòst à Papa suscipitur amplectiturque, deinde coronatur, cui picturæ hi versus suppositi fuerunt,

Roma 1570.

*Rex stetit ante fores, jurans prius urbis honores:*
*Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.*

Quos versus Fridericus Barbarossa Imperator, tanquam in Imperii præjudicium, quod non à Papa, sed à Deo immediatè esse contendebat, eradi jussit, ut tradit Otto Frisingensis in lib. de gestis Friderici Imperatoris.

Vide 3. partẽ Annaliũ Boiorum Brunneri.

Proinde videamus jam, uter sit καλλιστος, pulcherrimus, lucerrimus, Papa an Romanorum Imperator? Vestrum est audire & judicare.

Audiamus Gregorium Nonum Papam Romanum ex Jure Canonico pulchritudinem suam, robur & autoritatem deprædicantem.

Decretum Greg. l. 1. de maiorit. & obed. tit. 33. c. 6. p. 424. edit. Rom.

Quod autem sequitur, Regi tanquam præcellenti, non negamus: quin *præcellat* Imperator in temporalibus, illos duntaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia, sed Pontifex in spiritualibus antecellit, quæ tantò temporalibus digniora, quantò anima præfertur corpori. Et: præterea nosse debueras, quòd fecit Deus duo magna luminaria in firmamento

cœli,

cœli, luminare majus, ut præesset diei, & luminare minus, ut præesset nocti: utrumque magnum, sed alterum majus. Ad firmamentum igitur cœli, hoc est universalis Ecclesiæ fecit Deus duo magna luminaria, id est, instituit dignitates, quæ sunt Pontificialis autoritas & regalis potestas, sed illa, quæ præest diebus, id est spiritualibus, major est: quæ verò carnalibus, minor: ut quanta est inter Solem & Lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscatur.

In Glossa. Inter Solem & Lunam.

Igitur cum terra sit septies major Luna: Sol autem octies major terra: restat ergò, ut Pontificalis dignitas quadragies alias quinquagies septies sit major regali dignitate.

Lib.2. Clement. tit.11. c.2. p.136. Clemens V. in Concilio Viennensi. Nos tamen ex superioritate, quam ad Imperium non est dubium nos habere, quàm ex potestate, in qua *vacante Imperio, Imperatori succedimus*, & nihilominus ex illius plenitudine potestatis, quam Christus Rex regum & Dominus Dominantium nobis licet immeritis in persona B. Petri concessit, sententiam & processus omnes prædictos, & quicquid ex eis secutum est, vel occasione ipsorum de fratrum nostrorum consilio declaramus fuisse ac esse omninò irritos & inanes.

*In Extravagantibus* communibus l.1. c.1. de Majoritate & Obedientia, p.212. editionis Romanæ Gregorianæ.

Porrò subesse Romano Pontifici omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus, diffinimus & pronunciamus *omninò esse de necessitate salutis*.

Quia verò Romanorum Imperator facile resistere potest, bonaq; conscientia asserere, se non teneri humanis traditionibus, audiamus Bellarminum, qui Pontificis Romani autoritatem, primatum & principatum è tribus Evangelistis, Matthæo, Luca & Johanne (nam S. Marcus hac de re à Christo nihil audivit, neque à B. Petro jussus est aliquid scribere) conatur ostendere. Ita autem Cardinalis ex illo Matth.16. Tibi dabo claves, &c. commentatur, de Romano Pontifice l.1. c.13. p.214. Nos & Catholici omnes, per claves datas Petro intelligimus summam potestatem in omnem Ecclesiam.

Et fol.215. Cum ergò dicitur Petro generaliter: quicquid solveris, &c. datur ei potestas præcipiendi, puniendi, dispensandi, remittendi,

mittendi, proinde ſit Judex & Princeps omnium, qui ſunt in Eccleſia.

Ex Evangeliſta Luca cap.22. Ecce duo gladii, &c. ſic ratiocinatur Bellarminus ex Jure Canonico Extravagantium communium l.1.p. 207. 208. de Majoritate & Obedientia. In hac Petri poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet & temporalem, Evangelicis dictis inſtruimur. Nam dicentibus Apoſtolis, ecce duo gladii hic, in Eccleſia ſcilicet, cum Apoſtoli loquerentur, non reſpondit Dominus nimis eſſe, ſed ſatis: certè qui in poteſtate Petri temporalem gladium eſſe negat, malè verbum attendit Domini proferentis: converte gladium tuum in vaginam: uterque ergò eſt in poteſtate Eccleſiæ: ſpiritualis ſcilicet gladius & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò ab Eccleſia exercendus: ille ſacerdotis in manu regum & militum, ſed ad nutum & potentiam ſacerdotis. Oportet autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem autoritatem ſpirituali ſubjici poteſtati.

Edit. Rom.

E Johannis cap.21. Paſce oves meas, ita ratiocinatur Bellarminus de Romano Pontifice lib.1.c.15. pag.216. At difficile non erit, ex hac ipſa voce *paſce*, demonſtrare ſummam poteſtatem illi attribui, cui dicitur, paſce oves meas.

Deinde hoc idem efficacius demonſtrari poteſt ex eo verbo, quod Johannes in Evangelio poſuit: ſcripſit enim ποίμαινε, id eſt paſce regendo & præſidendo. Nam & Homerus l.2. Iliados frequenter vocat Agamemnonem ποιμένα λαῶν pastorem populorum.

Verùm enimverò objectiunculas poſtea refutabimus, jam adverſariis opponimus: Antiquior non eſt ſemper ſubjectus juniori. Imperator Romanorum eſt antiquior Pontifice Romano. Ergò Imperator Romanorum non eſt ſemper ſubjectus Pontifici.

Quis enim neſcit, Julium Cæſarem Auguſtum, imò etiam ipſum Conſtantinum Magnum pauperibus Epiſcopis Romanis fuiſſe ſuperiorem?

Solo Deo minor non eſt ſubjectus Romano Pontifici.
Imperator Romanorum eſt ſolo Deo minor, ex Tertulliano.
Ergò Imperator Romanorum non eſt ſubjectus Pontifici.

Deinde ipſum Jus etiam Canonicum Papiſtis adverſatur. Nam Diſt. 96. c.6. p.618. ita ſe titulus habet. Nec Imperator jura Pontificis,

nec

nec pontifex jura regia usurpet. Cum ad verum ventum est ultra, sibi nec Imperator Jura pontificatus arripuit, nec pontifex nomen Imperatorum usurpavit: quoniam idem mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus sic actibus *propriis* & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit.

In Glossa Gregoriana habetur: cum istæ potestates sint divisæ, *Imperator non habet gladium à Papa.*

S. Augustinum audiamus, qui fatetur seipsum & per consequens in sua persona prælatos omnes Ecclesiæ, temporali potestati subditos esse. Cujus verba quoniam magnam huic disputationi lucem adferunt, integra adscribam. Quod autem ait, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo, rectissimè admonet, ne quis ex eo, quod à Domino suo in libertatem vocatus est factus Christianus, extollatur in superbiam, & non arbitretur in hujus vitæ itinere servandum esse ordinem suum, ut potestatibus sublimioribus, quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita est, existimet non esse subdendum. Cum enim constemus ex anima & corpore, quamdiu in hac vita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium degendæ hujus vitæ utamur, oportet & nos ex ea parte, quæ ad hanc vitam pertinet, subditos esse potestatibus, id est hominibus res humanas cum aliquo honore administrantibus. Ex illa verò parte, qua credimus Deo, qui regnum ejus vocamus, non nos oportet esse subditos cuiquam homini, id ipsum in nobis evertere cupienti, quod Deus ad vitam æternam donare dignatus est. Si quis ergo putat, quoniam Christianus est, non sibi vectigal reddendum aut tributum, aut non esse exhibendum honorem debitum eis, qui hæc curant, Potestatibus, in magno errore versatur. Item si quis putat, se esse subdendum, ut etiam in sua fide habere potestatem arbitretur, eum qui temporalibus administrandis aliqua sublimitate præcellit, in majorem errorem labitur, sed modus iste servandus est, quem Dominus ipse præscribit, ut reddamus Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & Deo, quæ Dei sunt.

*Tom. 4. in lib. expositionis quarundam propositionum ex epist. ad Rom. c. 72. p. 575. edit. Antverpiensis.*

Multa hic paucis complectitur Augustinus, quæ varias assertiones fulciunt. Nam primùm docent, Christianæ religionis professionem non eximere quendam à temporalis potestatis subjectione. Ex quo duo necessariò sequuntur, quorum alterum est, Apostolos cæterosque Christianos omnes temporali Ethnicorum Principum & Magistratuum

potestati fuisse subjectos, ac proinde nec D. Petrum aliqua temporali potestate in Christianos præditum fuisse, primis illis Christianis ab Ethnicorum principum imperio deficere, & alios sibi principes & reges instituere, etiamsi vires illis ad id perficiendum suppetiissent, ut falsò putat Bellarminus l. 5. de Rom. Pontif. c. 7. quia non erant liberati à jugo potestatis temporalis, cui ante susceptam fidem subjiciebantur.

Deinde intelligit locum illum Apostoli de temporali potestate tantùm.

Tertiò cum generaliter de illa subjectione loquatur, eoque sermone utatur, in quo seipsum includit, neminem verò excipit, satis apertè indicat, clericos juxta ac laicos temporali potestate in hac vita subditos esse.

Postremò illustrem nobis doctrinam tradit, de duplici officio subditorum erga Deum scilicet, & regem, sic potestatem temporalem, quo modo debeant utrique servire & suum unicuique reddere.

Nobilis Theologus Gallus, Claudius Espencæus in epist. ad Titum cap. 3. p. 512. 513. Dominico ergò tum exemplo, tum responso Apostolus congruens docet, credentes debere mundi potestatibus esse subjectos, & hanc quoque monitionem tunc necessariam fuisse notavit Aquinas, primùm quidem ad tollendum Judæorum errorem, qui dicerent, non esse obediendum mandatis hominum. Secundò nullam in Ecclesia facerent inquietudinem, quod minus observantes turbulenti quidam, mota inter regnum & sacerdotium controversia, mirum quot quantasque turbas utrimque dederint. Et Chrysostomus ut nihil unquam futurũ tale suspicans, simpliciter illud, *omnis anima* enarrat, etiamsi sive Apostolus sit, sive Evangelista, sive Propheta, sive Sacerdos, sive Monachus.

Quem illic sequuntur Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, & qui non Græci? Gregorius I. idem & Magnus ingenuè agnoscebat Imperatori à Deo concessum, non militibus solùm, sed sacerdotibus quoque dominari. Registr. l. 2. epist. 64. Et utroq; tantò posterior Bernhardus ad Henricum Archiepiscopum epist. 42. sic colligit. Si omnis anima, *& vestra. Quis vos excipit ab universitate?* Si quis tentat excipere, tentat decipere; nolite acquiescere consiliis. &c.

Cæterum qui jus habet diligendi Pontificem, is Pontifici in temporalibus non est subjectus.

Impe-

Imperator jus habet eligendi Pontificem.

Ergo Imperator Pontifici in temporalibus non est subjectus.

Assumtionem probat Gratianus Distinct. 63. cap. 22. Hadrianus Papa Romam venire Carolum Regem ad defendendas res Ecclesiæ postulavit: Carolus verò Romam veniens, Papiam obsedit, ibique relicto exercitu in sancta Resurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorificè susceptus est. Post sanctam verò resurrectionem reversus Papiam, cepit Desiderium Regem: deinde Romam reversus, constituit ibi Synodum cum Hadriano Papa in patriarchio Lateranensi, in Ecclesia sancti Salvatoris, quæ Synodus celebrata est ab 153. Episcopis, Religiosis & Abbatibus. Hadrianus autem Papa cum universa Synodo *tradiderunt Carolo jus & potestatem eligendi Pontificem & ordinandi Apostolicam sedem.* In glossa sequentia leguntur. In hoc capite continetur, quod sicut Hadrianus concessit privilegium Carolo, ita *Leo* Papa in Synodo Romæ congregata concessit idem privilegium Ottoni I. Regi Teutonicorum & ejus Successoribus, ut ipse eligat sibi successorem & ordinet Romanum Pontificem, & Episcopos & Archiepiscopos, ut ab eo investituram accipiant.

Eadem Glossa p. 435. ita loquitur. Dictum est, quod constitutio facta fuit quondam, quod Imperatores deberent interesse Electioni Papæ & Episcoporum, ut patet in multis capitibus. Nunc verò dicit Gratianus in hoc Paragrapho, *quod postea statutum contrarium*, propter tres rationes. Prima ratio est, quia Imperatores abutebantur privilegio suo, quia non solum consentire volebant, sed etiã electionibus se ingerebant. Secunda ratio fuit, quia in hæresin labebantur, & sæpè Ecclesiam impugnabant. Et quod Apostolici *potuerunt in contrarium statuere, & destruere constitutiones*, quas antecessores fecerunt. Et tertia ratio est, quia Imperatores suis privilegijs *renunciaverunt*, *&c.*

Verum enim vero uti Spiritus sanctus sibi non est contrarius, ita nec Apostolici viri contrarias leges ferunt.

Taceo multos Papas Romanos fuisse hæreticos.

*Liberius* fuit Arianus, Honorius Monothelita, Johannes XXII. plane negavit resurrectionem mortuorum, taceo figmentum esse, Imperatores suis privilegijs renunciasse.

In cap. 16. Matth. pag. 22.

Deinde claves Apoſtolo Petro cæteriſque Apoſtolis conceſſæ, non poteſtatem temporalem, ſed ſpiritualem tantum inferunt: ita enim *Iohannes Ferus* loquitur. Audiſtis, Petro dictum eſſe, tibi dabo claves: Claves hæ non ſunt materiales, ſed metaphoricæ, poteſtatem ſignificant. Poteſtatem igitur accepit Petrus, non terrenam aliquam, ut poſſit dare, auferre, *alienare regna, principatus &c.* Nec talem poteſtatem, ut ſibi liceret facere, quicquid libuiſſet, id quod plerique ſomniant, ſed poteſtatem accepit ligandi ac ſolvendi, remittendi peccata, & retinendi, aperiendi & claudendi, neque id pro libitu ſuo, ſed tanquam Miniſter, voluntatem Domini perficiens. Aliter enim DEUS, aliter Petrus peccata remittit. Remiſſio peccatorum DEI ſolius eſt per Chriſtum nobis impetrata. Hunc autem theſaurum Apoſtoli diſtribuunt, per verbum Evangelicum & Sacramenta, verbo annexa. Quare fit, ut etiam Apoſtoli peccata remittere dicantur. Hanc poteſtatem Petrus accepit, non pro ſe ipſo, ut de poteſtate ſuperbiat, aut laſciviat de dignitate, glorietur de diſpenſatione, de ſpiritualium bonorum adminiſtratione, pro temporalibus negotietur, ſed totum lucrum ad DEUM reportet, in cujus gloriam refundat quicquid habet & operatur.

Nec audet Eccleſia, inquit *Facundus* pag. 580. ſibimet vindicare, quod ipſis beatis Apoſtolis conſpicit non fuiſſe conceſſum.

Ad hæc par in parem non habet imperium. Romanorum Imperator & Papa ſunt titulis pares (loquor ex hypotheſi).

Ergò in Romanorum Imperatorem Papa non habet imperium.

Aſſumtionem ſuppeditat nobis Baronij abbreviator *Spondanus*, qui ad annum Chriſti 312. pag. 235. ita ſcribit: autore Zoſimo, conſtat, non ipſum ſolum Conſtantinum, ſed etiam ſecutos omnes Imperatores, uſque ad Gratianum, unà cum Imperio Pontificis Maximi titulum ſuſcepiſſe, & ſtolam Pontificiam induiſſe. Id enim inſuper ex Auſonio probatur, qui eundem Gratianum appellat Pontificem Maximum.

Jure igitur meritoque *Ferdinandus III.* non ſolum Romanorum Imperator, ſed & Pontifex Maximus appellari poteſt.

Cum

Cum itaque testimonio *Optati Milevitani* super Imperatorem non sit nisi solus Deus, qui fecit Imperatorem, dum se Donatus (Papa Romanus) super Imperatorem extollit, jam quasi hominum excesserat metas, ut se, ut DEUM, non hominem æstimaret, non verendo eum, qui post DEUM ab hominibus timebatur summum in terris principatum Cæsari meritò adscribimus, & cum Bernhardo concludimus asserente: Si totus mundus adversum me conjuraret, ut quidpiam molirer adversus regiam Majestatem, ego tamen DEUM timerem, & ordinatum ab eo Regem offendere temerè non auderem.

*Lib. 3. p. 85.*

*Tom. 1. epistola 170. pag. 1319.*

F I N I S.